


ADDENDA

LEXICIS LATINIS

TYPIS CAROLI LAHURE ET SOCIORUM
Via dicta de Fleurus, 9

ADDENDA

LEXICIS LATINIS

INVESTIGAVIT COLLEGIT DIGESSIT

L. QUICHERAT

PARISIIS

VENUMDATUR APUD L. HACHETTE ET SOCIOS

VIA DICTA BOULEVARD SAINT-GERMAIN

LONDINII
Via dicta King William, 18, Strand

LIPSIÆ
Via dicta Post, 15

M DCCC LXII

PRÆFATIO.

Non ab re mihi visum est multa vocabula, quæ longus scriptorum latinorum usus per triginta amplius annos mihi suggessit, hactenus in Lexicis omissa[1], colligere ac publici juris facere. Præstantissimum Forcellinum quum omnes singulari honore prosequantur, nemo magis miratur quam qui eamdem insistit viam, atque ex ejus diuturnis lucubrationibus uberrimos fructus grato animo percepit. Qui quidem amplissimum thesaurum pro virili parte confecit; sed quum omnia perquirere, in unum cogere, et accuratius digerere, brevissimum humanæ vitæ spatium non siverit, opus suum augendi provinciam necesse fuit ut postfuturis relinqueret. Hanc egregie suscepit Furlanettus, altera Patavini seminarii gloria, qui mira industria patriæ messi pulcherrimos mergites accumulavit. Nec contemnendam iis studiis operam adhibuit Anglus Lexicographus Bailey, cujus additamenta (etsi locos non satis expresse indicat, et auctores nimio recentiores attingit) in Germanicam Forcelliniani Lexici editionem feliciter inserta sunt.

Quotus quisque lectorum est qui animadvertat quam non ratione, sed casu ac temere varii totius latinitatis scriptores ad suppeditandam Lexicorum materiam vocati sint? Quantumvis angustis temporum terminis opus suum aliquis

1. Mille et quingenta quondam pollicitus, nunc, multis auctoribus ex illo tempore evolutis, aut in id ipsum perlectis, septem millia fere verborum præbeo, ex quibus plus quatuor millia, exceptis Glossariorum vocibus, supersunt.

includat, ab eo saltem omnes ejusdem ætatis auctores pari jure accipi æquum est, et semel admissos omnia vocabula sua in communem thesaurum conferre. Quod fit multo secus : Lexicographi enim, neglectis multis qui quarto vel quinto sæculo scripsere (Ambrosium, Cæsarium, Cassianum, S. Fulgentium, Hilarium, Optatum[1], Zenonem Veronensem laudare satis sit), ad eos delabuntur qui sextæ vel septimæ ætatis sunt, exempli gratia Aldhelmum, Aratorem, Cassiodorum, Corippum, Jornandem, Venantium Fortunatum, ut Supplementa Plautina, Æmilium Macrum, Calpurnium Pisonem, Messalam Corvinum, Porcium Latronem, Johannem Sarisberiensem sileam. Nec non quorumdam, qui arcessuntur, paucula verba producunt : cujus numeri sunt Boethius[2], Cyprianus, Augustinus, Hieronymus, Ennodius, et omnis grammaticorum chorus. Hoc vidit, ad quem maxime pertinuit, doctissimus Angelus Maius, et de ista inconstantia cum magna auctoritate conquestus est. Locum exscribere pretium est, qui in *Scriptorum veterum nova Collectione*, t. III, Præf. p. XVIII, legitur :

« Atque ex brevi hoc specimine satis, credo, fit palam quam imperfecta adhuc Lexica sint, quantaque pars latinitatis in manuscriptis editisque libris vel lateat vel nondum observata fuerit, tum etiam quam inconstanter Lexicographi in excerpendis auctoribus versati sint. Et jam mitto Cangium et Carpentarium, qui meram fere barbariem peculiari instituto suo conservant : cur, exempli gratia, præstantissimus Forcellinus utitur Hieronymo, Augustino, Paulino Nolano, Cassiodoro, Boethio, Ennodio, ipsisque Aldhelmo, Paulino Petrocorio, Venantio Fortunato aliisque; negligit autem Zenonem Veronensem, Hilarium Pictavensem, Ambrosium Mediolanensem, Luciferum Calaritanum, quarti sæculi homines? Cur item missos facit Romanos pontifices Damasum ac Leonem? Cur Maximum Taurinensem, Rufinum Hieronymi coætaneum, Prosperum, Cassianum aliosque plures? Cur denique Victorini nostri scripto uno utitur, omittit alterum? »

Non ignoro multos esse qui omitti christianorum auctorum vocabula facile patiantur, imo valde probent. Scilicet egregios religionis nostræ antistites latinis scriptoribus vix adnumerandos censent : quibus aurea et argentea linguæ latinæ ætas unice in oculis est, et insincera oratio fastidium movet Tullianam et Virgilianam elegantiam requirentibus. Ego vero ita sentire, non dico christianos homines, sed litteratos, non satis mirari queo. Quos enim si nulla

1. « Forcellinus, in Indice auctorum suorum, usum se ait editione Parisiensi Ellies Du Pin, an. 1700, fol. Sed nusquam, quod sciam, in Lexico suo loca ejusdem (Optati) citavit. » Id jure animadversum in Indice auctorum Germanicæ editionis.

2. Boethii librum *De Consolatione* duntaxat norunt.

religionis, at saltem aliqua historiæ cura tangere debuit. Ecquid majus in populorum annalibus eventum quam christianæ fidei ortus, incrementum, victoria? Nonne talia facta narrantes, talem doctrinam prædicantes, a Lexicis excludi, monstri instar est? Quum Evangelium omnium manibus et animo versandum sit, quemquam Vulgatæ versionis pudeat, ab Hieronymo magnam partem conscriptæ! Quid, quod immerito Sanctorum Patrum lingua in universum taxatur? Nova quidem religio aliquot voces fingere debuit; quas ipsas colligi, historiæ et philosophiæ interest. Sed diligentius attendenti pleræque eorum dictiones ad communem loquendi usum pertinere videbuntur; ita ut naris emunctioris judices nullo modo affirmare queant vocabulum aliquod, hactenus ignotum, ecclesiastici scriptoris notam præferre. Mirum profecto si Hieronymus, Romæ a Donato liberaliter institutus, si Ambrosius, Mediolanensis episcopus, ideo latine loqui dedidicissent quod christianam fidem tuerentur! Imo nullus infitias ibit majorem in serioribus ethnicorum scriptoribus barbariem, quam in Ecclesiæ doctoribus, deprehendi: illi tamen Romana civitate sine controversia donati sunt. Summos Latinorum theologos in Lexicis fere prætermissos fuisse tum maxime quum insignes pietate viri linguæ latinæ supellectilem unde unde colligebant, mirum quidem, sed non adeo stupendum, si de temporibus a memoria nostra non ita remotis cogitemus.

Recordamini qualis latinitas ætatibus illis tradita fuerit quæ ad resuscitandas bonas litteras se accingebant. Quam fœda sordium omnium proluvies! Quam grave virus, vix unquam munditiis pellendum! Certatim igitur eruditorum virorum cohors ad classicos scriptores confugit, et ex iis succum illum sanguinemque incorruptum hausit, ut quasi lutulentum sermonem defæcare posset, et aurum e stercore eruere. Hinc tot opera eosdem conatus testantia, et ubique barbarismis tanquam indictum bellum. Tunc enim latine docebant, latine de quacumque scientia scribebant, latine apparatas orationes habebant, latine jus dicebant, et rem suam agi credebant si latina lingua a vetere gloria descisceret. Hac laudabili industria, Romani sermonis integritas conservata ad nos pervenit, et castigata veterum scripta, detersis innumeris maculis, nitent. Quid referam tot emendatæ latinitatis vindices, Laurentium Vallam, Vossium, Borrichium, Cellarium, Ketelium, Noltenium? Quorum velut medica cura medii ævi omne virus monstratum et purgatum est.

Quod fuit eruditis viris, tribus abhinc sæculis, propositum, hoc ad nostram usque ætatem apud multos invaluit, et præpostera latinæ linguæ reverentia obstitit quo minus Lexicorum opus ad perfectionem, quam nunc desideramus, tenderet. Germaniam videmus, gentem cui jamdiu Romana litteratura pluri-

mum debet, obsoletam in hac re sententiam retinere, et veram conscribendi Lexici leges ignorare: inde, credo, quod latina lingua etiamnunc in solennibus Academiarum et Gymnasiorum consessibus et exercitamentis utatur, scriptoresque fastidiat per quos professorum alumnorumque suorum dicendi genus infici atque contaminari possit.

Hac opinione imbutus, præstantissimus ille Ruhnkenius Lexicographos adeo non ad augendam antepartam penum hortatur, ut quamplurima inde recidi velit, ne lolium cum frumento demetatur. « Quum inter omnes, ait[1], quorum de his rebus judicium est, satis constet, illibatam illam et unam hoc nomine dignam latinam linguam iis scriptoribus, qui usque ad Antoninorum tempora floruerint, contineri, nec eos terminos ultra proferendos, Lexicographi nostri, credo, veriti ne lingua, si ex optimis tantum sumeretur, inopia laboraret, per omnes ætates vagati, quidquid Lexicis constipandis inserviret, arripuerunt, et prorsus, ut proverbio dicitur, de fæce hauserunt. Ita tanquam idonei testes citantur Ammianus Marcellinus, Martianus Capella, Sidonius Apollinaris, Cassiodorus, id est scriptores balbutientes. Ventum est adeo ad Theologos christianos, nunquam somniantes, fore aliquando ut a se quoque symbolæ ad latinitatem probandam erogarentur. » Et in aliquem invehitur qui integrum Tertullianum in Lexicon retulerat, auctorem scilicet « per quem unum plura monstra in linguam latinam, quam per omnes scriptores semibarbaros, invecta sint. »

Doctos ejusdem gentis cum summo viro consentire nemo mirabitur. Opusculum scripsit E. Kaercherus, Badensis, *De optima latini Lexici condendi ratione*[2]. Qui quum eam rationem tribus contineri partibus, ostendere cordi habeat, et de hoc fusius disputet, totus in inquirenda vocabulorum prima significatione versatur, ne suspicatus quidem Lexicographi etiam munus esse scriptores latinos legere, ut ex his latinæ linguæ instrumentum depromat; quasi non tempore posterius sit materiam fingere quam sibi parare. Architectum mihi videre videor qui, omissa saxorum eruendorum cura, nihil ad ædificandum, nisi lapides quadrandi et omnifariam cædendi laborem, utile esse contendat.

Et in manu mihi est quædam *Narratio de Jacobo Facciolato*[3], in qua reprehenditur quod ad ferream usque latinæ linguæ ætatem descenderit. « Alterum, quod offendit, hoc est quod Lexicorum suorum fines ultra latinitatis puræ et

1. Præfatio in Schelleri Lexicon, p. 698. (Davidis Ruhnkenii opuscula varii argumenti. Editio altera. Lugd. Batav. 1823.)

2. Carolsruhæ, 1826.

3. Scripsit Carolus Natusch. Dresdæ, 1836.

sinceræ terminos protulit et nimis late patere voluit. Quod, animadversum a Ruhnkenio, ita verum etiamnunc videtur ut nesciam an ne ad interitum quidem imperii Romani delabi debeant ea Lexica quæ in aureæ ætatis sermone explicando versantur. » Idem Lexicorum finem esse ait « ut prosint ad intelligendos scriptores *et comparandam latine scribendi copiam.* »

Ita Germanos omnes sentire, ostendunt Lexica quæcumque his temporibus composita videmus. Præcipuum locum jure obtinet V. Cl. Freund : cujus opus, singulari laude communem materiam digerendi et verborum vim explicandi commendandum, adeo non publicam supellectilem amplificavit ut multa a prioribus tradita respuerit et amputaverit.

Graviter profecto peccaret qui, auctores latinos nullo delectu imitatus, in eamdem orationem et Ciceronis et Tertulliani verba inferciret. Num autem Lexica tale aliquid suadent? Quis ea ex ordine legit, ut voces tum optimæ notæ, tum deterioris ævi memoria sua recondat? Etsi facillimum est vitanda vocabula obelo vel alio quolibet signo in Lexicis notare, ne hoc quidem adminiculo lectores indigent, quum scriptoris cujusque ætatem tirones etiam doceantur, et, quæ sint æmulanda, quæ fugienda, moneantur.

Quid, quod ne luculentis ipsis Comicis parcendum, et Plautus Terentiusque a Lexicis (nefas!) excludendi, si quæcumque non imitanda sint, ex oculis tollere jubemur? Nemo enim, latine scribens, tantum sibi sumet, ut et obsoleta ab illis optimis poetis mutuetur : cujus generis sunt : *alteræ* (singulari numero), *tumulti*, *siem*, *duim*, *arbitrarem*, *aggrediri*, *largibere*, *potestur*, *potesse*, *curassis*, *adaxint*, *promiscam*, *protinam*, *simitu*, etc. Verum, ratione quidem duce, nimis antiqua relinquent, usitata sibi adsciscent. Si quis oratoriam aut philosophicam materiam tractat, et, ut sæpe fit, aliquod Lexicon in consilium advocat, Ciceronis, credo, et Quintiliani vocabula eliget, nec cum Cœlio Aureliano, medico, male latine loquente, rem habebit. Quem igitur in Lexicorum usu scopulum denuntiant, is ejusmodi est ut nemo in hunc nisi volens libensque allidatur.

Lexicorum hercule provincia est universas veterum scriptorum dictiones perscribere, ne quid legenti obversatum interpretatione careat, non recentiores ad effingendum optimi cujusque stilum instruere. Ita quondam sensit Forcellinus. « In hoc opere, ait Cognolatus[1], iis quidem auctoribus locum aliquando esse voluit Forcellinus qui ferream ac luteam etiam latinæ linguæ ætatem attigerunt.... quod verborum quorumdam, quibus utuntur, explicatio, sin minus

1. In Præfatione novæ editionis Lexici Forcelliniani.

latine scribere, latina saltem intelligere cupientibus maxime sit opportuna. » Merito quidem scripsit Ernesti : « Nizolii opus non tam ad intelligendum Ciceronem, quam ad latine scribendi facultatem, comparatum scimus. » Si id Nizolii consilium non fuerit, ea certe Tulliani *Apparatus* utilitas. Huc recurrendum iis qui latinæ facundiæ colorem aliquem ducere nituntur.

Verum enimvero tempora nostra, latiorem scientiam adepta, novum aliquid reposcunt, et vim suam in illustranda humani ingenii historia obtinere Lexica, omnes persuasum habemus. Non magni interest si quis nunc eleganter latina oratione utatur; sed intueri nobis placet quomodo *verborum vetus ætas intereat*, quomodo *abdita rerum indiciis monstrata recentibus sint*, quomodo *verba modo nata juvenum ritu floreant vigeantque*. Scire volunt tum Itali, tum Galli, tum Hispani quibus mutationibus Romanorum lingua in hunc sermonem suum inflexa sit. Quas disquisitiones, quanquam ad linguam suam non pertinentes, minime dedignantur Germani : qui Narbonensis Provinciæ et Aquitaniæ veterem loquendi consuetudinem tam studiose et acute excusserunt ut nobis ipsis lumen præluceant. Linguarum autem nostrarum præcipuos celat fontes qui, classicis tantum scriptoribus exscriptis et discenti juventuti traditis, latinitatis quasi transitum in plerosque Europæ sermones percipi non patitur.

Age vero, attende ut Natura rerum gignentia indefesso fetu pariat ac renovet, annuum terræ ornatum sufficiat, et vim vitalem omnibus rebus infundat. Nempe corruptissima quæque elementa nitidum floribus decorem, dulcem fructibus saporem indere valent, atque ipsa tabes in pulcherrimum quidque et exquisitissimum efflorescit. Sic linguæ alicujus cadentis, et quasi in tabem resolutæ, vocabula, omni modo deformata, nempe mutatis seu declinatione, seu genere, seu conjugatione, nascenti novæ linguæ arrident; plebeia, imo rustica sensim nobilitate ac dignitate honestantur, dum optima et electissima, tanquam exsilio mulctata, evanescunt.

Quibus in studiis utilissimus sane adjutor Cangius est. Sed non statim ad summam corruptionem perventum, ætatemque ferream ahenea præcessit. Quinti sextique sæculi auctores inter classicos et barbaros quasi mediam insistunt viam, et dum multa labe jam polluti deprehenduntur, aliquid tamen pristinæ integritatis retinent. Tum maxime ecclesiastici scriptores, silentibus aut deperditis ethnicis, præsto sunt : apud quos linguæ inclinatio attentis oculis observanda. Has ætates rarius quam velis in Glossarium suum inducit vir doctissimus, et nunquam satis laudandus. Scilicet, historicus imprimis, et rerum quam verborum curiosior, vetera exempla crebro omittit, profertque recentiora : unde fit ut dictiones bene latinas ad barbariem relegandas opinemur,

et gallicæ linguæ primordia, quantum in eo est, nos lateant. Quoties Augustinum, aut Hieronymum, aut Cyprianum, aut Hilarium, ut Boethium omittam, laudavi, quum Cangius undecimi vel duodecimi sæculi scriptorem, aut recentiorem aliquam chartam arcesseret! Quod in hoc opere volui, Cangius sane parum curavit in suo; sed ætas nostra ita linguarum vicissitudines studiosa indagatione persequitur ut singulorum verborum quasi historiam discere non fastidiat.

Nunc, quibus auctoribus excerpendis, dum prætermissa scrutor, operam insumpserim, disertius dicendum. Non tempora egredior quibus librum suum circumscripsit Forcellinus. Quum per multa ideo pervolverim ut silvulam hanc conficerem, in quarto et quinto sæculo, ubi occurrebant inclyti christianæ religionis defensores, maxime commoratus sum. Divi Gregorii Epistolas, me, in sextum sæculum transcurrentem, interrogare profecto non piguit. Isidorum Hispalensem in septimam usque ætatem, ceteros imitatus, sequendum putavi : quis enim scriptorem antiquæ scientiæ memorem, tot deperditorum librorum breviatorem, qui tot res ignotas solus patefacit, notisque lucem affert, ausit respuere? Cujus opus *De Originibus* quondam integrum perlegeram : unde magnam vocabulorum hausi copiam, quæ sæpius non modo antiquum redolent, sed a priscis auctoribus sumpta videntur, et feliciter in hac epitome servata. Multa in Isidori *Indicibus* omissa esse cognovi, qui non tam verba quam res exprimunt. Nec inutile ad hunc nostrum laborem dixerim, quod Hispalensis episcopus veterem linguam simul calleat, et novam sæpius memoret : unde ingens plebeiarum vocum numerus, tum Hispanarum, tum Gallicarum, tum Germanicarum, quæ magni sunt ad propositum nostrum momenti.

Simili favore Bedam, sed cautius, arcessivi, in quo manifesta priscæ doctrinæ vestigia apparent. Nam eruditi viri, quum anteriorum scriptorum stilum exquisite effingant, iis velut æquales sunt.

Grammaticos latinos sæpissime excussi; ibique uberiòr seges mihi provenit. Cassiodorum nomine quidem admittunt, sed re fere negligunt : qui multa, etsi pejoris notæ, colligenti mihi suppeditavit. Medici latini, Celso excepto, oscitanter a Lexicographis excerpti sunt : inde verborum copiam cum medicis nostris, quæ profecto non sordebit, participo. Præcipuam autem curam in legendo integro Boethio impendi : in qua sane fructus major quam voluptas. Ab illo, ut mihi patuit et omnibus patebit, repetenda peculiaris philosophorum lingua, quam quinque vel sex sæculis recentiorem arbitrantur. Præter Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Hilarium, inter theologos, studiosius vocabula a Cassiano mutuatus sum; alios etiam, in Lexicis seu perraro lau-

datos, seu omnino omissos, arcessivi, Salvianum, Eucherium, Divum Fulgentium, Optatum, Liberatum, Faustinum, Zenonem Veronensem, Vincentium Lirinensem. Multa denique ab Angelo Maio, quem latinam bibliothecam tantis opibus ditasse sciunt, infatigabilis laboris et summæ doctrinæ mirator, expressi.

Inscriptiones singulari eruditione curaque in Lexicorum utilitatem consuluit Furlanettus; sed recens repertas non potuit. Eas omnes, quæ etiamnum in Numidia et Mauretania exstant, nuper exscripsit descripsitque, maxime illarum rerum intelligens, Leo *Rénier* : inde quæcumque in Lexicis omissa occurrerunt, deprompsi; quod non æque eruditissimo Hentzen contigit. Ad manum etiam Christianas Galliæ Inscriptiones habui, octavo quidem sæculo anteriores, quas accuratissima diligentia haud ita pridem vulgavit popularis noster *Le Blant*. Nec non aliqua, ex Hilario et Juvenco, mihi suppeditavit *Spicilegium Solesmense*, quum V. Cl. Domnus *Pitra* auctores quinto sæculo antiquiores proferret.

Quod non a Glossariis abstinuerim, nemo mihi magis quam aliis Lexicographis vitio vertet. In quo lubricum sane opus : Glossaria enim variorum temporum dictionibus referta sunt, ita ut periculum sit ne recentiores admittamus, dum vetustas rejicere timemus. Eas tamen non attigi quæ manifestius barbariem præferebant. Eo minus ex hoc fonte hausisse me pœnitet quod sæpenumero scriptorum auctoritate vocabula fulcivi quæ tantum ex Glossis nota erant. Præterea nemo nescit aliquem interdum egregiam expositionem eruere ubi antea nihil omnes extricaverant.

Præcipua sunt Glossaria quæ sub *Philoxeni* et *Cyrilli* nominibus circumferuntur : quum iis Lexica uti soleant, non ego reprehendendus videor si omissas quasdam dictiones exscripserim ac protulerim. Alia sunt, a Vulcanio etiam edita, quæ pauculas voces mihi suggesserunt. Glossarium *Placidi* et Glossaria duo Vaticana, cum tot aliis perutilibus rebus, Angeli Maii Collectioni debeo. Etiam *Thesaurus novus Latinitatis*, ab eodem vulgatus, a capite ad calcem mihi perlectus est; cujus auctorem, seu Thomam, seu alium, ita laudat editor : « Habemus Grammaticum in veterum classicorum lectionibus valde versatum, sed tamen ne sequioris temporis quidem neotericorum, si qui fama eloquentiæ cluebant, negligentem. » Ibi prudentissimus delectus habendus erat. Glossarium denique, quod V. Cl. *Hildebrand*, ex Parisina Bibliotheca desumptum, publicavit, totum consului, et si quid novum exhibet (quod raro fit), segeti meæ addidi.

Verborum farrago, *quibus abstinendum*, in fine Forcelliniani Lexici infulta est, in qua plurima videas ultimæ barbariæ, cum aliis quæ aliqua auctoritate firmari possunt, non autem firmantur. Ergo nullam ad rem utilis est.

Verum inedita quædam in hoc genere lectoribus porrigere mihi contigit. Siquidem in duo vetera Glossaria incidi, quorum medullam attentius expressi, quæque doctos benevole excepturos spero: unum, ex Bibliotheca Imperiali Parisina, n. 7640, sæculi decimi, multa continens vocabula quæ in aliis Glossariis non inveniuntur; alterum, ex Bibliotheca Sanctæ Genovefæ, item decimi sæculi, quod mendis quidem scatet, sed antiqua interpretamenta, ut omnibus liquebit, repræsentat.

Quod Cangium, in recentiora plerumque tempora excurrentem, sæpius appellem, non idcirco me instituti mei oblitum arguerint. Hunc enim adhibui non ut nova lemmata libellulo meo subministraret, sed ut infrequentes quasdam voces usitatas aliquando fuisse ostenderet, incertas confirmaret, obscuras fusiore expositione dilucidaret. Vetustiores autem, ut supra notavi, verborum auctoritates negligit, recentioribus contentus. Ergo *Glossarium mediæ et infimæ latinitatis* nova laude ornaretur, si quis, perlectis a quinto ad nonum sæculum scriptoribus, singulas dictiones antiquissimis nominibus commendaret, ne in falsum judicium lectores raperentur. In quo non inutilem hunc meum libellum fore dixerim.

Aliquot exempla referre libet, quibus quorumdam vocabulorum vetus prosapies apparebit, alia indigne prætermissa esse nemo non fatebitur. In hoc censu, pleraque notatu digniora ad æream linguæ latinæ ætatem pertinent, quædam vero ad argenteam, paucissima ad auream.

Sequentia eligam quæ philosophiæ sunt (ecclesiastica, arithmetica, geometrica, musica, medicinalia similes indiculos efficerent; sed id, brevitatis causa, omitto): *Accidentalis-iter*, *alteratio-rare*, *altercatorius*, *analyticus*, *aptitudo*, *collectivus*, *communicativus*, *complexivus*, *comprehensivus*, *constitutivus*, *contradictorius*, *convincibilis*, *designativus*, *determinate*, *divisivus*, *effectivus*, *essentialis*, *identitas*, *immediatus*, *incomprehensibiliter*, *indeterminate*, *individue*, *inductivus*, *insensibilitas*, *insubstantivus*, *intellectibilis*, *logice*, *particularitas*, *perceptibilis*, *refutabilis*, *resolutorius*, *specificus*, *speculativus*, *subalternus*, *subsistentia*, *substantialis*, *supernaturalis*, *susceptibilis*, *syllogistice*, *syllogizo*, *universalitas*, *verificare*, etc. Quum ista Cangius non habeat, aut ex auctoribus ultimæ latinitatis proferat, pronum est ut falso colligamus ea duodecimo circiter sæculo nata esse. Et alia depromam, quæ ad grammaticam spectant: *Activitas*, *adhortativus*, *adverbialis* (feliciore casu *adverbialiter* servatum erat), *æquivoce*, *affirmative*, *affabulatio*, *amphibolice*, *analogice*, *aoristus*, *appellative*, *appositivus*, *bucolista* (etiam vox græca Lexicis hactenus ignota est), *completivus*, *condeclinare*, *consignificare*, *decasyllabus* (multaque alia cognata), *declinative*, *distributive-vus*, *diversiclinus*, *dua-*

liter, *impersonaliter*, *interrogative*, *metaphorice*, *metonymicus*, *negative*, *optative*, *positive*, *polysyllabus*, *reciproce*, *semisonus*, *suasorie*, *suipassus-sio-sive*, *syllabice-icus*, *transitive*, *translative*, *verbaliter*, *vetativus*, etc.

Nunc aliqua adjiciam, quæ omissa dicas fortunæ quodam ludibrio. Quis credat adverbia *dire* (Senecæ tragici), *fervide*[1], *stupide*, in Lexicis desiderari? Adjectiva *quercinus* et *suinus* ab omni calumnia asserui; verba *lectare* et *scriptare* linguæ latinæ restitui. *Reniteo*, Notis Tironianis solummodo fretum, nunc Priscianum auctorem habet. *Inconscius*, quod in aliquo T. Livii loco agnoscere non licebat, apud seriores vulgo reperitur. Voces *dehortator*, *dissipatrix*, *violatrix*, ab Augustino usurpatas, *repugnator*, *generatrix*, ab Ambrosio, *suffocatrix*, a Cassiano, quis christianam fæcem redolere contendat? Quum notum sit *vaticinator*, quidni femininum *vaticinatrix* placeat, quod in communi sermonis consuetudine fuisse testatur Servius? *Persuastrix* auctorem habebat Plautum, *sociatrix*, Valerium Flaccum, *sibilatrix*, M. Capellam; *persuasor* autem, *sociator*, *sibilator* deerant: quod contra esse quis non putasset? Adjectivum *perdurable* duobus etiam abhinc sæculis apud nos vigebat[2]: mirum sane quod *perdurabilis* in nullo Lexico, ne apud Cangium quidem, compareat. *Inductive*, *perbelle*, *perfortiter*, *perparce*, in Lexicis leguntur; sed *inductivus*, *perbellus*, *perfortis*, *perparcus* exciderant. Unde Itali deminutivum suum *fratello* hauserunt? Nomen *fratellus* jam a Scauro grammatico datur: quod, ut videtur, plebeium fuit. Hæc omnia, credo, non contemnet quisquis linguam latinam curiosus exactor scrutatur.

Non defuere qui jam aliquot vocabula, in Lexicis omissa, colligerent et evulgarent. Quorum schedas investigare non mihi curæ fuit, qui non quam amplissimum Lexicorum auctuarium componere, sed disquisitiones meas in medium dare, in animo haberem. Furlanetti quidem Appendix mihi in manibus fuit: si autem attentius animadvertas, me, eadem verba afferentem, aut aliis exemplis aut certe pluribus uti agnosces. Inde tamen si quæ omnino desumpsi, me non pœnitere fateor, quum multas dictiones, a me quondam operose quæsitas, maxime apud grammaticos, et Cassiodorum, et Isidorum, Forcellinianæ editioni suæ addiderit Furlanettus: quo effectum est ut me, ista nunc supprimentem, fructu laboris mei frustraverit.

Furlanetti Appendix non tantum in Lexicis prætermissas voces exhibet, sed

1. Omissum dici potest quod falso exemplo nititur.

2. Id exhibent gallico-latina Lexica quæ condidere *Nicod* et æqualis *Monnet* (1628 et 1636): neuter tamen obsoletam versionem *perdurabilis* proponit; in quo certe laudandi.

vulgatarum nova exempla promit, quæ, ut antiquiora et meliora, præponderent; novos etiam verborum sensus indicat. Quæ sane non futilis opera; sed tale institutum sequi non mihi licuit, ne extra limites hoc opusculum evagaretur. Si qua Lexicis inserta vocabula retracto, his rationibus impulsum me scient: aut nullis exemplis in Lexicis nitebantur, quod sæpe fit quum de grammaticis, seu de philosophis, seu de christianis scriptoribus agitur; aut, ob varias lectiones, in dubio relicta erant; aut proprium sensum repereram, quum translate semper usurpata præberentur; aut comparativi, superlativi, participii passivæ vocis ignota specimina mihi suppetebant. Quæ quum prætermittunt, solennem Lexicorum regulam obliviscuntur.

Libellum hunc id efficere velim ut ex investigationibus meis manifestum sit quantum laboris adhuc in amplificandis Lexicis supersit. Hoc ad Germanos imprimis spectat incitamentum: eos enim de latinis litteris jam quatuor abhinc sæculis bene meritos, et indefessa industria bene merentes, in uno genere cessare non sine desiderio videmus. Qui quum verum agnoverint, et veterem falsamque de scribendis Lexicis opinionem exuerint, ad colligendum quidquid latinorum vocabulorum injuria relictum est accendentur, et Patavinæ scholæ laudem æmulari cupient[1]. Non sane major area corruptæ linguæ danda est. Absit ut serioris ævi auctores pari jure cum classicis haberi, et purissimam linguam quasi sub sordium congerie evanescere velim. Sed præstantissimos in bono lumine collocare, deteriores quasi in umbra occultare, *hoc opus*, *hic labor est*. Omne punctum tulerit qui, loquendi usum maxime laudabilem amplissima expositione persecutus, nullum tamen vocabulum, ejus certe ætatis quam repræsentare in se receperit, silentio premet. Quæ quidem a Lexicographis eo magis suscipienda provincia est quod nusquam, ne in Lexicis quidem prolapsam latinitatem referentibus, dictiones, quas jure requiro, comparere monui.

1. Non Gesnerum Schellerumque obliviscor; sed doctissimi viri, more gentis suæ, latinam supellectilem locupletare neglexerunt.

ADDENDA

LEXICIS LATINIS

A

ĂBACTIO, onis, f. Exactio, depulsio. *Gloss. Cyril.* Ἐξέλασις, abjectio, abactio. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 29. Ago componitur Abigo.... Et hæc Abactio.

ĂBARTĔNUM. Vid. APARTHENUS.

ABFŎREM, es, et, imperf. subj. *Boet. Consol.* 3, *Pros.* 2. Cui si quid abforet, summum esse non posset. — Perrara ejus temporis forma, quam prorsus omittit *Forcell.*, citatis ejusdem verbi modis *abfore* et *abfuturum*.

ABFUAT, antique pro Absit. *Fronto, Ad Amic.* 14. Quantum ab illo eximiæ eloquentiæ viro abfuat.

ĂBHORRIS, e, adj. Horridus, fœdus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Aborris, scandalosus. — Quæ vox non magis rejicienda *Forcellino* fuit quam *Abhorride.*

ĂBINTUS, adv. Ab interiore parte. *Vulg. Marc.* 7, 23. Omnia hæc mala abintus procedunt. *Arn. In Psalm.* 44. Hic omnem gloriam filiæ regis abintus esse vult in penetralibus mentis. *Commod.* 64, 2. Extinguis te ipsum, quando te incendis abintus. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 30. Abintus enim de minuto lapide fuit (delubrum). — Etiam divisim scribitur.

ABJECTĀCŬLUM, i, n. Res abjicienda (scil. de puero projiciendo). *Plaut. Trucul.* 2, 7, 38. Hujus pater pueri illic est : usque abjectaculum Jussit ali. — Sic *Bothe*, vir doctus acutusque, et de pervetustis poetis bene meritus. Id ex variis lectionibus *ad ientaculum*, *ad iectaculum*, *adectaculum* feliciter eruit. Etsi apposite laudat v. *objectaculum*, conjecturæ obesse videtur quod nomen ab ignoto verbo *abjectare* defluat, quum pervulgata sint *objectare*, *conjectare*, *ejectare*, etc. Illud tamen exstitisse, glossaria testantur : quæ translatum sensum exhibent, scil. abjectum vel contemptum facere. *Gloss. vet. S. Genov.* Abjectare, contumeliare, conviciare (*sic*). *Gloss. Pap.* Abjectare, increpare. *Glossar. vet.* ap. *Cang.* Abjectare, increpare, invehere (imo invehi) vel maledicere, etc. Etiam *Adjectamentum* hactenus ignotum erat. *Bothii* emendationem amplexus est V. Cl. *Naudet*, in *Bibliotheca classica latina*, ed. *Lemaire.*

ABJECTO, as, are, a. Vid. v. præced.

ABJŪRĀTOR, oris, m. Qui abjurat. *Cassiod. Var.* 11, 3, *ad fin.* Non sum callidus abjurator. *Ibid.* 3, 32. *Ennod. Diction.* 18. Et privatæ abjuratorem dulcedinis immoderata nuntiaret erectio. — De verbo igitur frustra dubitat *Furlan.*, prius *Cassiodori* exemplum afferens.

ABLŪTUS, a, um, part. Baptizatus. *Cod. Theod.* 16, 6, 4. Homines semel munere Divinitatis ablutos. — Novus sensus afferendus mihi visus est.

ABLŪVIO, onis, f. Abluvium. *Sic. Flacc.*

De Condit. Agror. in *Gromat. vet.* p. 150. Qui (rivus) si alicujus terras minutatim ex alia parte abstrahat, et alii contrario relinquat, quod vocant abluvionem et alluvionem.

ABNORMĬTAS, atis, f. Enormitas. *Gloss. Cyril.* Ἀῤῥυθμία, abnormitas, enormitas. *Salv. Gub. D.* 1. Possum quidem.... probare quæ dico, sed et abnormitas vetat, etc. — *Abnormis* notum est ex *Horatio.*

ĂBŎLĬTUS, us, m. Abolitio. *Cassiod. Var.* 4, 41. Quapropter in abolitum missa sententia.

ĂBORRIS. Vid. ABHORRIS.

ĂBŌSUS, a, um, adj. Invisus. *Commodian.* 71, 7. Vel si pigeret ire ad pauperem semper abosum.

ABRA, æ, f. Ancilla. *Vulg. Judith,* 8, 32. Et ego exeam cum abra mea. *Ib.* 10, 2. Vocavitque abram suam.

ABRĔNUNTIĀTIO, onis, f. Renuntiatio. *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 34. Abrenuntiatio nihil aliud est quam crucis ac mortificationis indicium. *Ibid.* 8, 21. Abrenuntiatione omnium facultatum. *Ib.* 4, 33; 12, 32.

ABRĔNUNTIO, as, are, n. Renuntio. *Prosper, De Vit. contempl.* 1, 17. Quum sit longe præstantius voluntatibus propriis abrenuntiare quam rebus. *Cassian. Collat. Patr.* 5, 20. Ita plerosque abrenuntiasse conspicuum est ut, etc. *S. Cæs. Homil.* 1, 12. Abrenuntiasse diabolo. — Unicum *Salviani* exemplum affertur : quod rarioris vocis fidem faceret.

ABRŎGANS, tis, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 502. Abrogans, humilis. *Gloss. Paris.* Abrogans, humiles (*sic*). —Aliter exponit *Append. ad Prob.* in *Anal. gram.* p. 449. « Inter *abrogantem* et *adrogantem* hoc interest, quod *abrogantem* aliis auferentem significat, *adrogantem* autem multum sibi præsumentem ostentat. » Et *Gloss. vet. S. Genov.* Ambrogans (*sic*), detrahens.

ABSCISSŪRA, æ, f. Scissura. *Gloss. Hildeb.* Abscissuræ (male Abscissura), intervalla. (Emendavit *Hildeb.*) *Cang.* « Abscisura (*sic*), intervallum. *Gloss. Bitur.* Proprie idem quod abscissio, gall. *coupure*, *séparation.* »

ABSCONDĬTĒ, adv. Furtim. *Hieron. Ad Minerv.* t. IV, p. 212. Abscondite fac misericordiam et in secreto. — Exempla vulgo vocabuli sunt translate usurpati, nempe de obscura oratione.

ABSCONSIO, onis, f. Latebra, munimen. *Vulg. Isai.* 4, 6. Tabernaculum erit in absconsionem a turbine et pluvia. — Vocem exhibet *Forcell.*, nullo citato exemplo.

ABSENTIO, is, ire, n. Dissentio, discrepo. *Onomast. lat. gr.* Absentio, διαφωνέω.

ABSENTO, as, are, a. Absentem facio. (Vid. *Forcell.* et quod nos infra laudamus.) || Neutraliter, Absens sum. *Alcim. Avit. Ep.* 65. Optabilis absentandi causa me rapit. *Id. Ep.* 72. Quum peculiarium vernularum absentando suspenditis vota. *Ib.* 63. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 54. Absentare, abesse; abigere, amovere. *Id.* p. 515, eadem repetens, addit : Unde Absentatus.

ABSĪDĀTUS, a, um, adj. *Cassiod. Var.* 4, 41. Caveas illas saxis pendentibus absidatas. — Unicum *P. Victoris* locum fulcire libuit.

ABSŎLŪBĬLIS, e, adj. Absolvendus. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 12. Verum nec sic absolubile, quia nec in hoc potest permanere quod præterit.

ABSŎLŪTOR, oris, m. Qui absolvit. *Cassiod. Var.* 11, *Præf.* Facile absolutor est alicui conscius sui.

ABSŎNO, as, are, n. Dissono. *Gloss. Philox.* Absono, ἀπηχῶ. *Onomast. lat. gr.* Absono, ἀπᾴδω.

ABSTENSIO vel ABSTENTIO, onis, f. Cohibitio. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 18. Ita ut plerumque stercorum abstensio fiat. *Aug. Ep.* 81. Sabbati carnalis vacatio et a quibusdam escis abstentio. *Gloss. Philox.* Abstensio, ὑποκατάσχεσις. (Gall. *abstention.*)

ABSTO, as, are, n. Longe sto. *Gloss. Vatican.* t. VI, p. 502. Abstat, distat.—Verbum Horatianum est, *Art. Poet.* 302, quod ἅπαξ λεγόμενον, ut ait *Orelli*, et controversum, qualicumque auctoritate fulcire libuit.

ABSTORQUEO, es, ere, a. Detorqueo. *Att.* ap. *Non.* p. 200. Abstorque proram. (Male codd. et edd., nec non Lexica, *abtorque.*)

ABSTRACTIO, onis, f. Gallice *abstraction.* *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 14, p. 534. Impossibile est universalia speculari, nisi per

inductionem : quoniam et quæ ex abstractione dicuntur, etc. *Id.* p. 55. Per abstractionem.—Ignota hactenus verbi significatio.

ACCENSĬBĬLIS, e, adj. Qui accendi potest. *Vulg. Paul. ad Hebr.* 13, 18. Non accessistis ad non accensibilem ignem.

ACCENSIO, onis, f. Inflammatio. *Boet. In Top. Cic.* 5, p. 834. Nam accensionis ipsius causa ignis est. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 191. Propter accensiones et exstinctiones lunæ.

ACCEPTOR, oris, m. Auceps. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 552. Auceps, acceptor, captator. *Gloss. vet. S. Genov.* Auceps, acceptor (male auceptor) vel captator. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 509. Auceps, acceptor (male auceptor). || Accipiter. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Pipiunculus, accipiter, acceptor. *Lucil.* ap. *Charis.* p. 76. Exta acceptoris et unguis (scil. pluraliter ungues, ut mihi videtur). *Gloss. Philox.* Acceptor, ἱέραξ.

ACCEPTORĀRIUS vel ACCEPTURĀRIUS, ii, m. *Luxor.* in *Anthol.* t. II, p. 586 (in lemmate). In acceptorarium obesum et infelicem. — Vocem non enucleant. Mihi quidem probandus videtur *Burm.*, qui interpretatur *coactor*.

ACCĬDENTĀLIS, e, adj. Qui fortuito accidit (gall. *accidentel*). *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 19. Accidentalem qualitatem demonstrare.

ACCĬDENTĀLĬTER, adv. Per accidens (gall. *accidentellement*). *Boet. In Porphyr.* 2, p. 58. Omne quod nascitur et fit, in loco ac tempore est.... Eum locum vel id tempus accidentaliter dicitur habere principium. *Id.* p. 67 et 92 et 305 et 1275. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 375. Nihil vero diximus mundum accidentaliter propter perfectam ejus compositionem.

ACCĬDENTER, adv. Accidentaliter. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 460. Quod bonum est, per naturam bonum est; quod vero malum non est, accidit ei secundo loco, et quasi accidenter est. *Id.* p. 162 et 421.

ACCĬDUUS, a, um, adj. Qui accidit vel evenit. *Paul. Nol. Carm.* 16, 136. Neque quisquam erat index Accidui.

ACCINCTIO, onis, f. Actus accingendi. *Hier. Epist.* 93, *Ad Sabinian.* Et vocabit Dominus Sabaoth in die illa ad fletum et planctum magnum, et decalvationem, et accinctionem ciliciorum. (Quod est ap. *Isai.* 22, 12, sed aliter vertitur in *Vulgata :* Et ad planctum, ad calvitium, et ad cingulum sacci.) *Id. In Psalm.* 64. Accinctio potentiæ ei, quod indigebat, corpori coaptatur.

ACCINCTUS, us, m. Accinctio. *Hier. In Psalm.* 64. Præparatio dehinc memoratorum montium in accinctu potentiæ ac virtute est. *Ibid.* Resque ea potentiæ non eguit accinctu.

ACCLĪNĀTIO, onis, f. Locus ubi acclinamur. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 4. Acclinatio nostra opaca. *Ibid.* Acclinationem nostram.

ACCRĒMENTUM, i, n. Incrementum. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 2, 9, p. 756. Parvum in primis sumere solent incrementum, attamen utilius multo eo, quod postea ab aliis fit, accremento. — Vox quam sane probat analogia. Hanc tamen inserit *Forcell.* ex *Plinio*, ut statim explodat, cum *Harduin.*

ACCŬBĬTŌRIUM, ii, n. Sepulchrum. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4026. Quorum corpora in accubitorio hoc sepulta sunt. (Vox accedit ad græcum *cœmeterium.*)

ĂCĒDIA, æ, f. (ἀκήδεια, ἀκηδία). Molestia, ægritudo. *Cassian. Collat. Patr.* 5, 2. Quintum (vitium) acedia, id est anxietas, sive tædium cordis. *Id. Cœnob. Instit.* 10, 25. Me ægritudine acediæ fuisse affectum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 53. Acedia, tristicia, mœsticia. *Gloss. Hildeb.* Accedia (*sic*), tædium. — Cf. ACEDIOR ap. *Forcell.* et in *Vulg. Eccli.* 6, 26.

ĂCERBŌSĬTAS, atis, f. Acerbitas. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 6. Licet iracundia, instabilitas, suspicio et acerbositas frequenter soleant electionem amicitiæ impedire.

ĂCĒTĀRIUM, n. Acetabulum. Vid. v. seq.

ĂCĒTĀRIUS, a, um, adj. Qui ad acetum pertinet. *Collect. voc.* in *Thes. utriusq. ling.* p. 815. Ὀξίς, vas acetarium. *Thom.* p. 15. Acetabulum.... Quod et hoc Acetarium dicitur. Cf. *Cang.*

ĂCĒTO, as, are, n. Aceo. *Gloss. Cyril.* Ὀξίζω, aceto. Ὀξίζει, acescit, acetat.

ĂCHĂRIS, adj. (ἄχαρις). Ingratus. *Vulg. Eccli.* 20, 21. Homo acharis quasi fabula vana.

ĂCĬNOR, aris, ari, d. *Gloss. Isid.* Acinari, tricari, in parvo morari. *Thomæ Thes. nov.*

Lat. p. 55. Acinari, in parvo morari. — *Acinus*, *Naucus*, minimæ res sunt. Cf. tamen *Forcell.* in v. AGINA.

ACQUIESCĬTUR, pass. impers. *Ambr. In Luc.* 1, 1. Aut acquiescatur igitur necesse est.... filium visum esse in Veteri Testamento. — Nota est prima figura *Quiesci* ex *Terent. Andr. Prol.* 23.

ACQUĪSĪTĪVUS, a, um, adj. Qui acquiritur; qui acquisitionem significat. *Boet. Arist. Top.* 5, 1, p. 680. Quod natura bonum est, melius est eo quod non natura, ut justitia justo : illud enim natura, hoc acquisitivum. *Prisc.* p. 1124. Constructiones quæ dativo adjunguntur, tam nominum quam verborum, acquisitivas, Græci vocaverunt περιποιητικάς. *Id.* p. 1121 et 1129 et 1161.

ACQUĪSĪTUS, a, um, part. *Quint.* 8, *Proœm.* 29. Sed opus est studio præcedente et acquisita facultate.

ACRĬCRĔPANS, tis, adj. Qui acriter crepat. *Att.* ap. *Non.* p. 213. Acricrepantes melos. (*Mercer.* divisim *acri crepantes*. *Ribbeck*, p. 141, *acris crepantes*, ut *Jun.* in marg. Neutrum vero mihi placet. Comparari potest *cauricrepus*).

ACTIŌNĀRIUS, ii, m. Actor, agens (*agent*, *intendant*). *S. Greg. Epist.* 1, 42. Actionario autem, quem in eodem patrimonio deputasti, prout tibi videtur, ei aliquid largire. *Ibid.* 1, 71. Actionariis nostræ ecclesiæ. *Ib.* 12, 3. Oppressiones ab actionariis ecclesiæ Thessalonicensis sustinere. Cf. *Cang.*

ACTĬTĀTUS, a, um, part. *Amm.* 14, 9. Quum ambigerentur quædam, nonnulla levius actitata constaret, etc.

ACTĪVĬTAS, atis, f. Activa vox aut significatio. *Prisc.* p. 1488. Ante novissimam litteram secundæ personæ activitatis. *Prob.* p. 1483. Sub eodem intellectu activitatis. *Id.* p. 1488. *Sacerd.* 1, p. 4. Vel quod activitatem in intellectu teneat, et passivitatem deponat. (Vocem habemus *activité*, sed alio sensu.)

ACTUĀLĬTER, adv. Vi actuali. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 396. Scilicet ut dissolvatur actualiter sive naturaliter. (Adverbii nostri *actuellement* alia est significatio.)

ĂCŪTĒLA, æ, f. Exacutio. *Prisc.* p. 622. Tutus, tuti, tutela; acutum, acuti, acutela. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 45. Acutela, acumen, acies.

ĂCŪTIANGŬLUS, a, um, adj. *Boet. Geom.* 1, p. 1490. Oxygonium, id est acutiangulum, est in quo tres anguli sunt acuti.

ĂCŪTIES, ei, f. Acumen (soni). *Boet. Music.* 4, 4, p. 1444. Ubi vero minus (erit spatium), ibi major acuties.

ĂDĂMĀTŌRIUS, a, um, adj. Amatorius. *Gloss. Philox.* Adamatorius, ἐρωτικός.

ĂDĂMĬTA, æ, f. Abamitæ filia. *Isid. Or.* 9, 7.

ĂDĂPERTIO, onis, f. Apertio. *Vulg. Nahum*, 3, 13. Inimicis tuis adapertione pandentur portæ. — *Forcell.* proprium sensum omisit.

ĂDĂVIA, æ, f. Atavia. *Isid. Or.* 9, 7. (Alii leg. *atavia*.)

ĂDĂVUNCŬLUS, i, m. Abavunculi filius. *Isid. Or.* 9, 7.

ĂDĂVUS, i, m. Atavus. *Isid. Or.* 9, 7. (Alii leg. *atavus*.)

ADBLANDIOR, iris, iri, d. Blanditiis capto. *Eleg. de Fortunæ viciss.* in *Poet. Min.* t. II, p. 300, *Lemaire*. Ut facili amissos adblandiar ore favores.

ADDĔCĬMO, as, are, a. Decimo. *Vulg.* 1. *Reg.* 8, 15. Greges vestros addecimabit.

ADDICTOR, oris, m. Qui addicit vel vendit. *Poet.* in *Anthol.* t. I, p. 611. Græcule, consueta lenandi callidus arte, Cœpisti addictor conjugis esse tuæ. (Sic jamdiu dedi in meo *Thes. Poet. Ling. lat.*, pro vulgari *adductor*. Nunc mihi res dubia videtur, ad vocem *Perductor* respicienti.)

ADDUCTOR, oris, m. Qui adducit. *Interp. Iren.* 1, 9. Et adductore utentes, abstrahunt sursum suas formas, etc. — Unicum exemplum, quod non certissimum, affert *Forcell.* Cf. in v. præced.

ADFLICTIM. Vid. AFFLICTIM.

ADGIGNO, is, ere, a. Gigno. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 6, p. 738. Primum quidem deceptio adgignitur in iis quæ cum aliis considerant.

ĂDHĂBĬTO, as, are, n. Prope habito. *Gloss. Cyril.* Προσοικῶ, adhabito, accolo. *Onomast. lat. gr.* Παροικῶ, adhabito.

ĂDHĀMO, as, are, a. Hamo capio. *Onomast. lat. gr.* Adhamo, ἀγκιστρόω. —

Quo verbo *Ciceronem* translate usum, quis nunc contendat?

ĂDHORTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui adhortatur. *Diom.* p. 328. Qui decem (modos esse voluerunt), etiam adhortativum adscribunt.

ĂDHORTĀTŌRIĒ, adv. Cum adhortatione. *Alcim. Avit. Ep.* 16. Nam quum adhortatorie magis quam aspere culparetur, etc.

ĂDHORTO, as, are, a. Adhortor. *Cic. Arch.*, auctore *Schol.* ap. *Mai.* t. II, p. 248. Hunc ad perficiendum adhortavi. *Adhortati erant*, passivo sensu, ex *Cassio* citat *Prisc.* p. 791.

ĂDIMPLĒTIO, onis, f. Impletio, saturitas. *Hier. Ep. Algasiæ*, t. IV, p. 207. Ut saturitate et adimpletione carnis humanos artus vegetet atque sustentet. — Proprius sensus ignorabatur.

ĂDINCRESCO, is, ere, n. Valde cresco. *Vulg. Eccli.* 23, 3. Ne adincrescant ignorantiæ meæ.

ĂDINFLO, as, are, a. Inflo. *Aug. Civ. D.* 19, 23. Adinflans pennas leves per aera, ut avis.

ĂDINVENTOR, oris, m. Inventor. *Vincent. Lirin. Common.* p. 369. Aliquis addubitet quinam sint vetustatis prædicatores, an novitatis adinventores. *Interp. Iren.* 1, 30. Semet ipsos adinventores sententiæ, quamcumque compegerint, enarrantes. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 5. Primus idololatriæ adinventor. — *Forcell.* vocabulum *Cypriano* tanquam peculiare tribuit : « Ita vertit *Cyprian. Ep.* 68, 10, græcam vocem ἐφευρετής, *Rom.* 1, 30. »

ĂDINVESTĪGO, as, are, a. Multum vestigo. *Boet. Geom.* 1, p. 1519. Si quæ obscura intervenerint, diligenti lectorum exercitio adinvestiganda committimus. *Ib.* 2, p. 1522. Quorum si medium adinvestigavero, XXVIII fiunt.

ĂDĬPEUS, a, um, adj. Ex adipe constans, pinguis. *Hieron. Epist.* 147, n. 8, citante *Furlan.* Taurina cervix, toris adipeis constans.

ĂDĬPISCENTIA, æ, f. Acquisitio. *Cassian. Incarn.* 5, 11. Et plenioris nunc rei adipiscentia sit postea profundioris via.

ADJECTĀMENTUM, i, n. Additamentum. *Char.* p. 134. Nam *met* non est pars orationis, sed adjectamentum quoddam accedit, etc. *Ibid.* Ista omnia, quæ quasi adjectamenta diximus.

ADJECTICIUS, a, um, adj. Superadditus. *Cassiod. Var.* 11, 8. Non exactor adjecticiis gravabit (vos) incommodis.

ADJŪBĬLO, as, are, n. Jubilo. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Collect.* t. V, p. 144. Tristatur mundus adjubilatque polus. — Secunda male corripitur in *adjubilat.*

ADJŪRĀMENTUM, i, n. Actus adjurandi. *Vulg. Tob.* 9, 5. Cujus (Raguel) adjuramentum spernere non possum.

ADJŪTĪVĒ, adv. Utiliter. *Boet. Arist. Topic.* 6, 4, p. 715. Ut si adjutivum est effectivum sanitatis, adjutive est sanitatis effective, et adjuvans efficiens sanitatem.

ADJŪTĪVUS, a, um, adj. Utilis. Vid. v. præced. (Etiam *Boet.* p. 714 et 721.)

ADJŬVĀMEN, inis, f. Adjumentum. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *circa med.* Quasi necessaria emolumenta mutuis adjuvaminibus subministrans.

ADMARTȲRIZO, as, are, n. Martyribus assisto et opem fero. *Commod.* 58, 19. Si refrigerare cupis, admartyriza.

ADMĀTERTĔRA, æ, f. Abmaterteræ filia. *Isid. Or.* 9, 7.

ADMĔMŎRĀTIO, onis, f. Memoratio, mentio. *Aug. Ep.* 59, *Victorino.* Quod nulla ibi ejus admemoratio facta est.

ADMĒTIO, is, ire, a. Admetior. *Non.* p. 463. Numerum et de his quæ non numerantur, sed admetiuntur, dici auctoribus voluit.

ADMĬNĬCŬLA, æ, f. Ancilla. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 19. Jubebat adminiculæ ut, unde vel quanti essent, pia cura requireret.

ADMĬNĬCŬLĀTIO, onis, f. Adminiculum, adjumentum. *Boet. In Cic. Topic.* 5, p. 835. Eamque (causam) quæ extrinsecus adminiculationis indigeat, etc.

ADMĬNISTRĀTIUNCŬLA, æ, f. Parva administratio. *Cod. Theod.* 8, 4, 10. Sed ipsos potissimum his administratiunculis perfrui jubemus.

ADMĪRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui admirationem exprimit (gall. *admiratif*). *Isid. Or.* 2, 21. Aliæ (sententiæ) admirativæ, ut : Tantæne animis cœlestibus iræ!

ADMŎDŬLANTER, adv. Canore. *Ven. Fort.* 5, *Præf.* Admodulanter indicans.

ADMŎDŬLO, as, are, a. vel n. Admodulor. *Ven. Fort.* 10, 12, 1. Quum videam citharæ cantare loquacia ligna, Dulcibus et chordis admodulare lyram.

ADNĔCESSĀRIUS, a, um, adj. Valde necessarius. *Cassiod. Music., fin.* Censorinus de accentibus voci nostræ adnecessariis subtiliter disputavit.

ADNULLO. Vid. ANNULLO.

ĂDŎLESCENTŬLUS, a, adj. m. f. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 16. Jesum qui senilem dedisset in adolescentula ætate gravitatem.

ĂDOPTĀTIO, onis, f. Adoptio. *Boet. In Cic. Topic.* 3, p. 803. Quid si per adoptationem in alterius familiam transeat? — Novum hoc exemplum vocabulo, de quo ambigitur, accedat.

ĂDŌRĀTĪVA verba, n. pl. Quibus adorandi sensus est. *Prisc.* p. 1163.

ĂDŌRĀTUS, us, m. Adoratio. *S. Greg. Ep.* 7, 111, *Indict.* 2. Et ab earum (imaginum) adoratu populum prohibere debuit.

ADPATRUUS, i, m. Pater propatrui. *Isid. Or.* 9, 6.

ADPECTŎRO, as, are, a. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Adpectoret, applicet ad pectus.

ADPĔTŬLANTIA, æ, f. *Gloss. Isid.* Adpetulantia, procacitate.

ADRA, æ, f. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 52. Adra, petra. Adria, mare quoddam, eo quod sit petrosum.

ADSISTRIX. Vid. ASSISTRIX.

ADSPERGILLUM. Vid. ASPERGILLUM.

ADSPĪRĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Divin. Litt.* 38. Rectam fidem percipiant cœlitus adspiratam. *Interp. Iren.* 1, 12. Ipsos adinvenisse adspiratas litteras.

ADSTANTIA, æ, f. *Gloss. Cyril.* Παρουσία, adstantia, præsentia, hic adventus. Conf. *Cang.*

ADSTĀTUM et ADSTĪTUM, supina ab Adsto. *Prisc.* p. 863.

ADSTĀTŪRA, æ, f. Cunctatio, mora. *Gloss. Philox.* Ab astatura (male astratura), ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς.

ADSTRĀTUS, a, um, part. ab Adsterno. *Juvenc.* 1, 13. Cetera nam foribus plebes adstrata rogabat.

ADSTRICTĒ, adv. Constricte, arcte. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 25. Tres catenas inserens circa suum corpus, dum alligasset adstricte. — Proprium sensum vulgo ignorant.

ADSŪMENTUM, i, n. Quod adsuitur. *Vulg. Marc.* 2, 21. Nemo adsumentum panni rudis adsuit vestimento veteri.

ADSŪTUS, a, um, part. *Porphyr.* ad *Hor. Sat.* 1, 2, 29. Cujus (stolæ) imam partem ambit instita adsuta.

ADTRŎPO, as, are, a. Tropice interpretor. *Arnob. In Psalm.* 37. Bene quidam voluit adtropare in beati Job passionem istum psalmum exponendo. Cf. *Cang.*

ĂDUMBRĀTĒ, adv. Simulatorie. *Vincent. Lirin. Common.* p. 337. Ut, quæ nostra sunt, non fallaciter et adumbrate, sed vere expresseque susciperent.

ĂDŪNĀTĪVUS, a, um, adj. Qui adunat. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 27. Est igitur genus collectivum specierum suarum et quodammodo adunativum. *Id.* p. 99. Æque enim genus et species adunativa est plurimorum.

ĂDUNCO, as, are, a. Incurvo. *Onomast. lat. gr.* Adunco, ἐπικάμπτω. *Thom.* p. 59. Aduncare, curvare.

ĂDŪNIO, is, ire, a. Aduno. Vid. v. seq.

ĂDŪNĪTUS, a, um, part. *Cassiod. De Anim., Præfat.* Quorum tinnitus atque concentus adunitus efficit dulcisonum melos. (Sic vett. edd. Nunc vulgo *adunatus*.) *Interp. Iren.* 1, 33. Deinde dicunt eum adunitum Atabadiæ generasse Kakian. *Id.* 2, 14. Adunita conjugatione et inseparabili. *Id.* 1, 34. Ignorantes adunitum esse Jesum Christo.

ADVERBIĀLIS, e, adj. Ad adverbium pertinens (gall. *adverbial*). *Prisc.* p. 1006. Constructionem adverbialem suscipiens.

ADVERGO, is, ere, n. Vergo ad. *Prisc. Perieg.* 962. Cingitur excelsis hæc (Persis) undique collibus omnis, Advergens austros.

ADVERSISSĪMUS, a, um, adj. superl. *Prisc.* p. 1283. *Adversus*.... Licet ejus comparativum facere, *adversior*, et superlativum, *adversissimus*.

ÆDĪFĪCĀTŌRIA, æ, f. (suppl. ars, gallice *la bâtisse*). *Boet. Arist. Top.* 3, 1, p. 680. Ut in medicina vel ædificatoria.

ÆGRĪMŌNIUM, ii, n. Languor, morbus. *Gloss. Philox.* Ægrimonium, ἀῤῥωστία. —

Ægrimonium pro *ægrimonia*. Quæ generis mutatio satis frequens apud seriores.

ÆGRŌTĀBĬLIS, e, adj. Qui ægrotare potest. *Aug. De Peccator. merit.* 1, 5. Sicut hoc nostrum potest, ut ita dicam, esse ægrotabile, quamvis non ægrotaturum.

ÆGRŌTĀTITIUS, adj. m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Ægrotatitius (male Egrotatitius), qui frequenter ægrotat. (Item *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 505, et *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642.) *Glossar. S. German.* Ægrotaticius, qui frequenter infirmatur.

ÆGRŌTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui morbum affert. *Boet. Arist. Anal.* 1, 40, p. 498. Non est una potestas contrariorum, ut sanativi et ægrotativi.

ÆGRŌTĬCUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* Ægroticus (scriptum Egroticus), qui frequenter ægrotat. — Etiam *Ægroticius* est ap. *Forcel.* ex *Not. Tir.*

ÆNIGMĂTĬCUS, a, um, adj. (αἰνιγματικός). Obscurus, perplexus (gall. *énigmatique*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 4. Ille clarum esse somnium dixit, et nihil ænigmaticum, nihil dubium continere.

ÆQUIANGŬLUS, a, um, adj. Qui æquos angulos habet. *Boet. Geom.* 1, p. 1513. Quinquangulum quod est æquilaterum et æquiangulum.

ÆQUICLĪNĀTUS, a, um, adj. Similiter desinens; unde *Æquiclinatum* est homœoptoton. *Carm. de Schemat.* p. 72. Æquiclinatum quod casu promitur uno. (Cod. habet *æquæ;* sed uno verbo scribendum, ut est proxime *multiclinatum.*)

ÆQUĬDIĀLIS, e, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 198. Æquidiales, æquinoctiales. *Gloss. Philox.* Æquidialis, ἰσήμερος.

ÆQUĬGĔNUS, adj. Simul natus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Gemini, æquigeni.

ÆQUĬLĪBRĀTIO, onis, f. Examinatio, examen. *Cassian. Collat. Patr.* 1, 21. Si, quidquid gerendum cogitatio nostra suggesserit, omni scripulo retractantes, atque in nostri pectoris trutina collocantes, æquilibratione summa perpendamus.

ÆQUĬMEMBRIS, e, adj. Paria habens membra. *Boet. Arist. Topic.* 6, 5, p. 716. Æquimembris oratio.

ÆQUĬMŎDĒ, adv. Similiter. *Boet. De Syllog. hypoth.* 2, p. 626. Id vocatur non æquimode prædicari.

ÆQUĬMŎDUS, a, um, adj. Similis. *Boet. De Syllog. hypoth.* 2, p. 631. Æquimodæ propositiones. *Id.* p. 626.

ÆQUĬPĂRANTIA verba, n. pl. Quæ relationem cum aliquo exprimunt (ut *luctor, certo, loquor*). *Prisc.* p. 1161 et 1163.

ÆQUĬPĂRĀTĪVA verba, n. pl. *Prisc.* p. 1162. (Eodem sensu atque vox præced.)

ÆQUĬSŎNANTIA, æ, f. Duo soni qui sunt iidem (*unisson*). *Boet. Music.* 5, 11, p. 1475. Ibi enim deprehenditur æquisonantia, diapason ac bisdiapason, et consonantiæ simplices, diapente ac diatessaron. *Ib.* p. 1476.

ÆQUĬSŎNUS, a, um, adj. Unisonus. *Boet. Music.* 5, 4, p. 1472. Æquisonæ (voces) quæ, simul pulsæ, unum ex duobus atque simplicem quodammodo efficiunt sonum. *Id.* p. 1475. *Carm. de Schem.* p. 72. Supparile est, tale æquisono si nomine dicas : Mobilitas, non nobilitas.

ÆQUĬVŎCĀTIO, onis, f. Natura rerum æquivocarum. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 10. Si vim prius æquivocationis adspicias, divisionem generis diligenter agnosces. *Id.* p. 115, 117, 191, 707, et passim.

ÆQUĬVŎCĒ, adv. Cum æquivocatione. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 6. Nunquam sub iisdem generibus continenter quæcumque æquivoce prædicantur. *Id.* p. 10, 191, 192, 336, et passim.

ÆRĀNEUS, a, um, adj. *Isid. Or.* 12, 1. Æraneum (equum) idem vulgus vocat quod in modum ærei sit coloris. — Sic equidem lego, pro vulgari *æranem.*

ÆRĀTOR, oris, m. Debitor. *Gloss. ms. Bibl. Imper.* (decimi sæculi), n. 7642. Ærator (male Erator), debitor, reus, obligatus. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 577. Reus, debitor. Reus, ærator. *Gloss. Philox.* Ærator (sic enim corrigo, pro iterato v. *Ærarius*), ὑπόχρεως. Ærarius, χαλκοτύπος. Cf. *Cang.*

ÆRŌNĀLIS resina, f. Quæ in ærone servatur. *Veget. Veter.* 2, 23; *Pelagon. Veter.* 29, *fin.*

ÆRŪGĬNO, as, are, n. Ærugine infestor. *Vulg. Ep. Jacob.* 5, 3. Aurum et argentum vestrum æruginavit. || Translate. Situm duco, torpeo. *Ven. Fort., Proœm. Carm.* 6,

init. Quum, nulla canens, obsoleto linguæ plectro æruginavissem.

ÆSTUĀTUS, a, um, part. Æstuans. *Cassiod. Instit. divin. Litt.* 8. Inter has sollicitudines æstuatus.

ÆTERNĀLĬTER, adv. Æterno (gall. *éternellement*). *Bed. In Cantic. Cant.* 4, 17. Nec perfruitionem æternaliter datam. Conf. *Cang.*

ÆTHIŎPĬCUS, i, m. Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 14. Æthiopicus ferrei coloris est : qui dum teritur, succum emittit. *Gloss. Pap.* Æthiopicus, lapis ferreus.

AF, præp. Vetuste pro Ab. *Inscr. Grut.* p. 499. De eieis rebus af vobis peccatum non esse. *Prisc.* p. 560. Antiqui *af* pro *ab* scribere solebant.

AFFĀBŬLĀTIO, onis, f. Sensus moralis qui ex fabula quadam redundat (gall. *affabulation*). *Prisc.* p. 1330. Utilitas fabulæ, quam ἐπιμύθιον vocant, quod nos affabulationem possumus dicere.

AFFANIÆ, arum, f. pl. Vulnera. *Onomast. lat. gr.* Affaniæ, οὐλήματα. — Inde profecto ital. *affanno*, et vet. gall. *affres*.

AFFĀTIO, onis, f. Epilogus. *Gloss. Philox.* Adfatio, ἐπίλογος, πρόφασις.

AFFECTĀTITIUS, a, um. Affectatus. *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 24. Cujus hanc virtutem, utrum de vera fide descenderet, an affectatitia esset, et quodammodo coactatitia, volens manifestius explorare.

AFFECTĪVUS, a, um, adj. Qui afficit (gall. *affectif*). *Boet. Arist. Top.* 1, 13, p. 670. Ut si quis significativum vel affectivum sanitatis, quod moderate se habet ad sanitatem, dicat esse. || *Affectiva* verba sunt quæ affectum seu voluntatem exprimunt (ut *volo*, *cupio*, *studeo*). *Prisc.* p. 1054. (Etiam *Gloss. Pap.* Affectiva, voluntaria.)

AFFECTUŌSIUS, adv. compar. *Cassiod. Var.* 8, 1. Sed magis affectuosius tractandus est qui ad regni causas innocens invenitur.

AFFĪLIĀTIO, onis, f. Adoptio. *Gloss. Hildeb.* (et ibid. Not.). Cf. *Cang.* — Inde ortum gall. *affiliation*.

AFFIRMĀTĪVĒ, adv. Cum affirmatione. *Prisc.* p. 1144. Affirmative dixit.... Hæc quoque affirmative dixit. *Id.* p. 1146, 1147, 1151, 1152. *Cassiod. Dialectic.* p. 556. Qui (modi) affirmative vel negative, sed particulares facient conclusiones. Et *Boet.* p. 481, 626, 627, 630, et passim. (Exstat gallicum adv. *affirmativement*.)

AFFLĀMEN, inis, n. Afflatus. *Juvenc.* 1, 85. Divinæ vocis completa afflamine sancto.

AFFLICTIM, adv. *Diom.* p. 402, recenset *Adflictim* inter adverbia in *im* terminata. *Capel.* 4, p. 94. Sed licet ipse modos demum bis quinque profatus, Pallens afflictim verset Aristoteles. (Sic enim exhibet *Kopp*, qui ait *Gessnerum* explicare *vehementer*. Sed de verbo dubito. Locus ipse *Diomedis* incertus mihi videtur, quum inter tot adverbia, non laudet *efflictim*, quod ibi latere ultro credam.)

ĀFŎRIS, adv. Ab exteriore parte. *Vulg. Baruch*, 2, 22. De civitatibus Juda et aforis Jerusalem. *S. Cæs. Homil.* 3, p. 22. Isti tales ideo aforis mundi consolationem quærunt. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 17. Accidentia aforis venientia. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 355. Ager si fuerit lunatus, habens aforis perticas LX. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 30. Aforis vero quadris scalptis fabricatum fuit (delubrum). *Thom.* p. 217.

ĂGĂGŬLA, æ, m. Perductor, leno. *Gloss. Isid.* Agagola, lenocinator, pantomimus. Agagula, lenocinator. *Gloss. S. German.* Agagula, lenocinator. A., lenocinator, id est leno. A., vanus fornicator. *Glos. vet. S. Genov.* Agagula, vanus fornicator. *Gloss. Pap.* Agagula, conciliator, id est leno, lenocinator. *Thom.* p. 29. Agagula, lenocinator. — Vix vocem *Agagola* exscribit *Forcell.* in v. AGAGA. Videndus *Cang.*

AGGIGNO. Vid. ADGIGNO.

AGGLŪTĬNĀTIO, onis, f. Conglutinatio (gall. *agglutination*). *Gloss. Cyril.* Προσκόλλησις, adglutinatio.

AGGRĂVĀTIO, onis, f. Gravatio. *Arn. In Psal.* 44. Libera nos ab occupationibus pulveris, in quibus humiliatur anima nostra, et ab aggravatione ventris. || Translate. Vexatio. *Salvian. Gub. D.* 5, p. 176, ed. *Rittersh.* Sicut sunt in aggravatione primi pauperes, et in relevatione postremi. (Galli dicimus *aggravation*.)

AGGRĂVESCO, is, ere, n. Vicinam esse ad pariendum. *Pacuv.* ap. *Non.* p. 486. Ubi

ego me gravidam sentio adgravescere Propinquitate parti. || Translate. Vid. *Forcell.*

AGGRĔGĀTIO, onis, f. Conjunctio (gall. *agrégation*). *Boeth. Arithm.* 2, 50, p. 1364. Et extremitatum aggregatione duplex est. *Id.* p. 1369. *Gloss. Cyril.* Συνάθροισις, conglomeratio, cœtus, congregatio, adgregatio, agmen. Cf. *Cang.*

AGGRĔGĀTUS, a, um, part. *S. Greg. Ep.* 1, 16. Ut, auctore Deo, aggregata synodo, de ea dubietate.... quod justum fuerit judicetur. *Ibid.* 12, 31. Aggregatis episcopis.

ĂGĬTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui natura agitatur. *Boet. Arist. Topic.* 4, 6, p. 693. Nam pari modo eadem stativa et agitativa esse videntur.

AGMĬNOR, aris, ari, d. Agminatim eo. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 616. Curru paventes duxit ille (Lyæus) bestias, Mero gravatas, agminari nescias.

AGNĂPHUS, a, um, adj. (ἄγναφος). Non rasus, villosus. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil. Diplom.* p. 462. Agnaphum pallium.

AGNELLA, æ, f. Parva agna. *Ennod. Epigr.* 100. Luditur agnellæ post prœlia tanta volatu. (*Agnella* nomen est feminæ ap. *S. Greg. Ep.* 7, 109, *Ind.* 2.)

AGNĬCELLŬLUS. Vid. v. seq.

AGNĬCELLUS, i, m. Agnellus. *Pomp. gr.* p. 105. Agnellus, agniculus, agnicellus. *Cassiod. De Orat.* p. 593. Apud antiquos dicebantur agnus, agnulus, agnellus, agnicellus, agniculus, agnicellulus.

ĂGŌNĬCUS, a, um, adj. (ἀγωνικός). Ad agonem pertinens. *Acro* ad *Hor. Serm.* 1, 1, 3. Circenses agonici. *Id.* ad *Carm.* 3, 12, 8. Athletico et agonico certamine.

AGRĀRIENSIS, e, adj. *Cod. Theod.* 7, 12, 1. Et duodecim agrarienses novæ (naves) de integro constructæ. — Naves *agrariæ* vel *agrarienses* noctu speculabantur. De quo videndus *Cang.*

AGRESTĪNUS, a, um, adj. Agrestis. *Commod.* 67, 7. Inter agrestina benefactis lilia sitis. — Apud *Matth.* 6, 19. Κρίνα τοῦ ἀγροῦ.

AGRĬCŎLĀNUS, i, m. Agricola. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Batinius, rusticus, agricolanus.

ALABRUM, n. Vid. ALIBRUM.

ĂLACRĬMŌNIA, æ, f. Alacritas. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Hildeb.* Alacrimonia, lætitia.

ALBIOR, ius, adj. compar. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 394. Albius est nive. || Superl. *Cassiod. Var.* 9, 3. Argento confert albissimam lucem. — *Albior* et *Albissimus*, quæ proferuntur a *Varr. L. L.* 7, 39, non esse in usu ait *Forcell.* Quæ sane rarissima.

ALBŪCIUM vel ALBŪTIUM, ii, n. *Isid. Or.* 17, 9. Asphodelus, quam Latini a colore Albutium vocant.

ALBŬLA, æ, f. Gemmæ species. *S. Greg. Ep.* 12, 7. Sorori ejus tres annulos transmisi, duos cum hyacinthis, et unum cum albula. — Quam non habet *Isid. Or.* 16, 10, de candidis gemmis agens.

ALEPH, prima littera Hebræorum. *Hier. Interp. nom. hebr.*, *Præf.* Ex *A* littera, quæ apud Hebræos dicitur aleph. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 1. Prima littera aleph dicitur, cujus interpretatio doctrina est.

ALIBRUM vel ALABRUM, i, n. *Isid. Or.* 19, 29. Alibrum, quod in eo librantur fila, id est volvuntur. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 57. Alabrum, illud in quo fila vertuntur. Unde quidam : Vertitur hoc alabro quidquid net (male nec) femina fuso. — Gallis est *dévidoir*, ut bene interpretatur *Cang.*

ĂLĬCĂCĂBUM, i, n., vel ĂLĬCĂCĂBI, is, n. Plantæ genus. *Theod. Prisc.* 4, 1. Sic alicacabi, sic nycteridis radices medentur.

ĂLIĒNĒ, adv. Inconvenienter. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 134. Si quis in interrogatione.... alienissime profert, etc.

ĂLIĒNĬLŎQUIUM, ii, n. *Isid. Or.* 1, 36. Allegoria est alieniloquium : aliud enim sonat, aliud intelligitur. — Hoc verbo usum jam *Eucherium* esse ait *Cang.* Non autem video in loco quem laudat.

ĀLĬPĬLĀRIUS, ii, m. Alipilus. *Gloss. Philox.* Alipilarius, δρωπακιστής.

ĂLĬQUANTORSUM, adv. Per aliquantum spatii. *Ammian.* 22, 8. Perlati aliquantorsum longius quam sperabamus, pergamus ad reliqua.

ĂLĬQUISVIS, aliquavis, aliquodvis, adj. Aliquispiam. *Cassiod. Var.* 1, 4. Quo enim se aliquavis nobilitas ultra distendit?...

ALLECTUS, us, m. Allectio, delectus. *Gloss. Cyril.* Στρατολογία, allectus, delectus.

ALLIĀMENTUM, i, n. Alliatum. *Hieron. Ep. Algasiæ, Præf.* (t. IV, p. 188). Et, pro varietate gustus, nostrorum quoque condimentorum te alliamenta delectant.

ALLŎCŪTOR, oris, m. Qui alloquitur; qui consolatur. *Isid. Or.* 10, *litt. C.* Concionator, multitudinis allocutor. Consolator, unius allocutor.

ALMĬFĬCUS, a, um, adj. Almus. *Ven. Fort.* 2, 21, 2. Nomine cujus (Christi) in almifico semperque beato. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 159. Adsit almificus victo. Cf. *Cang.*

ALMĬTAS, atis, f. Qualitas ejus qui nutrit. (Proprium sensum exhibet *Forcell.*) || Translate. Sanctitas, veneranda dignitas. *Thomæ Thes. nov. Lat.* Almicies, almitas, almitudo, sanctitas. *Bed. Præf. Vit. Cuthberti.* Dehinc admonendam vestræ almitatis coronam ratus sum. Cf. *Cang.*

ĂLOA, æ, f. Aloe. *Isid. Or.* 17, 8; *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 44.

ALODUS, m., ALODUM et ALODIUM, n. Fundus, proprietas (vet. gall. *alleu*). *Diplom. Chlodov.* (an. 511) ap. *Pardess. Diplom.* p. 61. De meo regali alodo. Cf. *Cang.*

ALTĔRĀTIO, onis, f. Differentia. *Boet. In Porphyr.* 4, p. 81. Si ille sit nigris oculis, iste cæsiis, nihil, quantum ad formam humanitatis attinet, permutatum est, ita secundum has differentias alteratio sola consistit. *Id.* p. 82, 211, 686, et passim. (Inde orta gallica vox *altération*, sed in malam partem tantum usurpata.)

ALTĔRĀTUS, a, um, part. Mutatus, dissimilis. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 30. Communes et propriæ differentiæ, quoniam speciem non permutant, sed formam quodammodo et habitudinem solum faciunt discrepare, alteratum facere dicuntur. *Id.* p. 81. Est alteratum quod ab aliquo qualibet ratione diversum est. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 51. Alteratus, aliter affectus. (Gallice *altéré*, sed in malam partem.)

ALTERCĀTŌRIUS, a, um, adj. In quo altercatio est. *Boet. Arist. Topic.* 8, 4, p. 729. Altercatorias, et non dialecticas faciunt exercitationes. *Id.* p. 734. De altercatoriis (orationibus) autem et contentiosis nunc dicendum.

ALTĔRĬTAS, atis, f. Exsistentia rei diversæ ab altera, diversitas, differentia. *Boet. Arithm.* 1, 27, p. 1342. Alterum apud Pythagoram.... nulli alii (numero), nisi tantum binario, adscribebatur. Hunc alteritatis principium esse dicebant. *Id. In Porphyr. Dial.* 2, p. 31. Nihil in illis, præter alteritatem solam reperire queas. *Id.* p. 19, 958, 1126 et 1349, et sæpius. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 400. A monade omnis alteritas mundi ducitur. Et *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 33. Cf. *Cang.*

ALTĔRO, as, are, a. Muto, dissimilem facio. *Col. Aur. Tard.* 2, 8. Monendi ægrotantes ne, ultra modum competentem retinendo spiritum, alterent potius tussiculam quam mitigent. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 31. Ut alias (partes) alterum facientes esse diceret, alias alterantes. *Id. Arist. Top.* 6, 3, p. 712. Simpliciter enim non alteramur secundum differentias. *Id.* p. 211 et 213. — Quod verbum sola nitebatur auctoritate *Gloss. Philox.* Nam *Ovidio* quis tribuere ausit? (Gallicum v. *altérer* in malam partem tantum dicitur.)

ALTERPLEX, icis, adj. Duplex (sæpius translate). *Gloss. Isid.* Muscipulator, deceptor, alterplex. *Gloss. Plac.* p. 435, et *Gloss. vet. S. Genov.* Altriplicem (male Altiplicem), dolosum, duplicem. (Vocem *Altriplex* exhibet *Cang.*, et vidit in pervetusto *Bibl. Montispes.* glossario doctissimus *Dübner.*) *Gloss. Vat.* t. VI, p. 506. Altiplicem (*sic*), dolosum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 81. Biplex, duplex, duplicarius, alterplex. — Notum vocabulum repetere libuit propter sequentia.

ALTERPLĬCĀTIO, onis, f. Alterplicitas. *Gloss. Pith.* Biplicitas, duplicitas, alterplicatio.

ALTERPLĬCĬTAS, atis, f. Duplicitas. *Gloss. Isid.* Biplicitas, duplicitas, alterplicitas. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 81, idem iisdem verbis exhibet. *Id.* p. 589. Tenticula, decipula, fraus.... altiplicitas (imo altriplicitas).

ALTĬBOANS, antis, part. *Gloss. Plac.* p. 434, et *Gloss. vet. S. Genov.* Altiboans, altisonans. *Thom.* p. 60. Altiboans, alte clamans. (*Gloss. arab. lat.* Altiboo, clamo.)

ALTĬLĬTAS, atis, f. *Gloss. Plac.* p. 428. Altilitate, ab alendo, id est ipsa res quæ

alitur. Item *Gloss. Vat.* t. VI, p. 506. Habet etiam *Gloss. arab. lat.*

ALTĬPENDŬLUS, a, um, adj. Alte suspensus. *Auct.* ap. *Fronton. Epist.* 3, 6. Aliquot, ut ait auctor, reliquimus altipendulos vindemiæ superstites.

ALTĬSONANS, antis, adj. Altisonus. *Onomast. lat. gr.* Altisonans, ὑψιβρεμέτης. Et vid. v. præced.

ALTRĪCIA, ium, adj. n. pl. Quæ nutriunt. *Ennod. Ep.* 1, 18. Sæpe mihi labor efficax inquirenti altricia terga fulvi ostendit elementi (scil. auri).

ALTRIPLEX. Vid. ALTERPLEX.

ALTRIPLĬCĬTAS. Vid. ALTERPLICITAS.

ALŪCIA. Vid. ALUTIA.

ĂLUMNUS, a, um, adj. Qui alitur. *Cypr. Laud. Martyr.*, *circa med.* Terra luxurians alumno se induit gramine.

ALŪTIA, æ, f., vel ALŪTIUM, ii, n. *Plin. H. N.* 34, 47, 1. Invenitur et in aurariis metallis, quæ alutia vocant. — Sic ed. Rom. 1470. Ed. Ven. 1469, *alucia*. Legendum puto : *Quæ alutia vocatur*. Quod metallum *Hœfer* (*Hist. de la Chimie*, t. I, p. 133) censet esse *le platine*, suffragante *Littré* (*Plin. Hist. Nat.* t. II, p. 461).

ĀMĂNEO, es, ere, n. Abnocto. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 551, et *Gloss. Hildeb.* Amanet, extra manet. *Gloss. arab. lat.* Amaneo, extra maneo. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 506. Amanat (*sic*), extra manat. *Gloss. Cyril.* Ἀποκοιτῶ, amaneo. (Frustra igitur V. Cl. *Hildeb.* vocem exterminat, et, cum quibusdam glossariis, legit : « Amandet, extra mandet. » Adde quod glossæ indicativum, non subjunctivum vulgo proferunt.) || Exspecto. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 506. Amansit, exspectavit.

ĂMĀRĬCĀTUS, a, um, part. Iratus. *S. Greg. Ep.* 12, 30. Eumque a me tristem amaricatumque repuli.

ĂMĀRĬCŌSĒ, adv. Amare. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 52. Amaricose (male Amaritose), amare. Cf. *Gloss. Hildeb.* p. 3, Not.

ĂMĀRĬCŌSUS, a, um, adj. Amarus. *Gargil. De re Hortens.* ap. *A. Mai.* t. I, p. 408. Illico præsto videtur, ex morsu pecorum omnia hæc arbori (scil. amygdalæ) amaricosa contingere, quum inopinata in medullas saliva consederit. — *Scott.* p. 43, et *A. Mai.* habent *amaritosa*, quod analogiæ repugnat. Vid. AMARICOSE.

ĂMĀRĬFĬCO, as, are, a. Amarum reddo. *Isid. Or.* 17, 8. Admixto gummi, qui non ita amarificat gustu. (*Areval.* legit *gustum.*)

ĂMĀRĬTAS, atis, f. Amarities. *Gloss. Philox.* Amaritas, πικρία γεύσεως. Et conf. *Cang.* — Unicum quemdam locum cum varia lectione exhibet *Forcell.*

ĂMĀRĬTŌSUS. Vid. AMARICOSUS.

ĂMĀSIA, æ, f. Amica. *Onomast. lat. gr.* Amasia, ἐρωμένη. Cf. *Cang.*

ĂMĀTRIX, icis, f. Quæ amat. *Salv. Contr. Avar.* 3, *init.* Alia (parte) mundi amatrice, alia religionis imaginem præferente.—Noti vocabuli nova usurpatio. Quod et cum genitivo prorsus insolens.

AMBĬDEXTER, adj. m. Æquimanus (gall. *ambidextre*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 49. Ambidexter, qui utraque manu utitur pro dextra. *Onomastic. lat. gr.* Ambidexter, ἀμφιδέξιος. Cf. *Cang.*

AMBĬGUŌSUS, a, um, adj. Ambiguus. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 1. Amor ille quem exspectatio ambiguosa vel spes quæstuaria antecedit. Et *Johan. de Jan.*

AMBĬMĂNUS, adj. m. *Gloss. Philox.* Ambimanus, περιδέξιος. Vid. AMBIDEXTER.

AMBLȲGŌNIUS, a, um, adj. (ἀμβλυγώνιος). Qui obtusum angulum habet. *Boet. De Differ. topic.* 3, p. 876. Alias (formas) in obtusum angulum tendi, quæ sunt amblygoniæ. *Id. ib.* Sed quod est amblygonium. *Nips.* in *Gromat. vet.* p. 297. Sit amblygonium, cujus major hypotenusa ped. XVII. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 506. Amblygonium, obtusum angulum.

AMBŬLĀBĬLIS, e, adj. Qui ambulat. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 269. Quod ambulabile est, id est quod ambulare potest. *Id.* p. 380, 433, 451, 809, et passim.

AMCĪSIO. Vid. ANCISIO.

ĂMĪCĀBĬLĬTER, adv. Amice. *Gloss. Placid.* p. 430, et *Gloss. vet. S. Genov.* Amiciter, amicabiliter. *Lact.* ad *Stat. Achil.* 2, 8. Unde etiam Paris amicabiliter est susceptus hospitio. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 5. Vel dissimulare patienter, vel amicabiliter indulgere.

ĂMĪCĀLĬTER, adv. Amice (gall. *amica-*

lement). *Ven. Fort.*, *Præf. fin.* Intimorum auribus amicaliter, quæso, collatura committas.

ĂMICTŌRIUS, a, um, adj. Qui amicit. *Cod. Theod.* 8, 5, 48. Sed et linteamen amictorium nostrorum usibus necessarium.

ĀMIO, onis, m. Vid. HAMIO.

AMMA, æ, f. Strix. *Isid. Or.* 12, 7. Hæc avis (strix) amma dicitur, ab amando parvulos. *Gloss. vet. S. Genov.* Amma (male Amnia), avis nocturna. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 551. Amma, avis nocturna.

AMNITES vel potius AMMITES, æ, m. Lapidis genus. *Isid. Or.* 16, 4. Ammites similis nitro, sed durior. (*Arev.* exhibet *Hammites.*)

ĂMŒNĬFER, era, erum, adj. Amœnus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 4. Ruris amœniferi varios situs inter odores.

ĀMŌLĪMENTUM, i, n. Amuletum. *Gloss. Cyril.* Φυλακτήριον, servatorium, amolimentum, amoletum (amuletum), prævia.

AMŎLUM, i, n. Amylum. *Isid. Or.* 20, 2. Amolum, flos farinæ, tenuissimum, pro levitate de mola ejectum : unde appellatur, quasi a mola. (Dictio referenda fuit, etsi vanum etymon.) Etiam ap. *Thom.* p. 59.

AMPHĬBŎLĬCĒ, adv. Ambigue. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 2, 2, p. 746. Non id ipsum, quod affirmavit, negare, sed æquivoce aut amphibolice.

AMPHĬDŎXUS, a, um, adj. (ἀμφίδοξος). Ambiguus, qui est in utramque partem. *Isid. Or.* 2, 21. Sunt et amphidoxæ (sententiæ) : quarum pars honesta est, pars inhonesta.

AMPHISCIUS, a, um, adj. (ἀμφίσκιος). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Amphiscii, biumbres. Adde *Gloss. Vat.* t. VI, p. 507.

AMPLEXĀTIO, onis, f. Amplexus, implicatio; translate, Amor, consociatio. *Isid. Or.* 7, 8. *Abacuc*, amplexans, quia vel ex eo quod amabilis Deo fuit, vocatus amplexatio, vel quod in certamen cum Deo congreditur, amplexantis, id est luctantis sortitus est nomen. *Cassiod. Var.* 8, 26. Ista enim duo mutua se amplexatione consociant. (In vett. edd. *amplexione* est pro var. lect.)

AMPLEXIO, onis, f. Implicatio. *Mar. Vict.* p. 2541. Per ἐπιπλοκάς, id est metrorum inter se amplexiones. *Ib.* Ex diversis amplexionibus. *Ib.* Lex illa quadræ amplexionis infringitur. — Vid. AMPLEXATIO.

AMPŌTIS, is, f. (ἄμπωτις et ἄμπωσις). Mare reciprocum. *Ambr. Hexaem.* 4, 7. Ampotis, quæ in Oceano esse perhibetur, quum reliquis diebus ordinem suum servare dicatur, lunari exortu evidens mutationis suæ fertur indicium dare. *Ibid.* vox iteratur.

AMPULLŬLA, æ, f. Parva ampulla (*burette*). *Sulp. Sever. Dial.* 3, 3. Ampullula vitrea.

ĂMYGDĂLĪNA, æ, f. Amygdala. *Vulg. Gen.* 30, 37. Tollens ergo Jacob amygdalinas. — *Amygdalinæ nucis* dixit *Seren. Samm.* 462.

ĂNĂBATHMUS, i, m. (ἀναβαθμός). Gradus. *Ambr. Ep.* 9, 76. Non otiose quindecim anabathmorum psalmos Davidicos legimus, et quindecim gradibus ascendisse solem.

ĂNĂCĔPHĂLÆŌSIS, is, f. (ἀνακεφαλαίωσις). Enumeratio, renovatio. *Mar. Vict. Exposit. in II Rhet. Cic.* p. 242. Repetit per anacephalæosin. *Cur. Fortun.* 2, p. 88. — Hoc græcis litteris apud *Quintil.* scribendum, jure contendit *Forcell.* Sed latinis scriptum fuit apud sequioris ævi artigraphos.

ĂNĂCHŌRĒTĬCUS, a, um, adj. (ἀναχωρητικός). Ad anachoretam pertinens. *Cassian. Collat. Patr.* 18, *Præf.* Anachoreticam sitire sublimitatem. *Ibid.* 18, 11. Anachoreticæ disciplinæ. *Bed. Vit. Cuthbert.* c. 1. Anachoreticæ perfectionis statum glorificans. *Ibid.* c. 46.

ĂNAGLȲPHĀRIUS, ii, m. Anaglyptarius. Vid. v. seq.

ĂNAGLȲPHUS, a, um, adj. (ἀνάγλυφος). Anaglyptus. *Plin. Hist. Nat.* 33, 49, 1. Mensis adoptavimus (vasa) nunc anaglypha in asperitatemque excisa. (Sic enim reponendum. Nam Ed. Ven. an. 1469, *anaglifa.* Ed. Rom. 1470, *anaglypha.* Nunc vulgo *anaglypta*, cum var. lect. *anaglypha.*) *Eucher. In lib. Reg.* 3, 17, p. 108. Sculpsitque in eis picturam.... et anaglypha valde prominentia. *Isid. Or.* 20, 4. Anaglypha, quod superius sint sculpta. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 14, 62. Anaglypha sigillis. (Nec displicet

Anaglypharius, quod idem exhibet, ad *Sat.* 9, 145, improbante *Forcell.*) Videndus *Cang.* Item dicitur ἄγλυφος.

ĂNAGNOSTĬCUM, i, n. (ἀναγνωστικόν). Id quod legitur, scriptum, epistola. *Ennod. Ep.* 1, 4. Anagnostici fidem secutus. *Ib.* 8, 5. *S. Greg. Ep.* 7, 128, *Ind.* 2. Item anagnostico ante longum tempus mihi mandare curaverat.

ĂNĂGŌN, onis, adj. m. Qui non certavit. *Inscr. Orell.* t. I, p. 454. Equorum anagonum. (Quod bis repetitum.)

ĂNĂLEPTĬCUS, a, um, adj. (ἀναληπτικός). Refocillans (gall. *analeptique*). *Th. Prisc.* 2, 11. Cibi analeptici mediocriter administrentur.

ĂNĂLŎGĬCĒ, adv. Per analogiam (gall. *analogiquement*). *Prob.* ap. *Mai. Classic. Auct.* t. V, p. 203. Nomina in iisdem casibus analogice, non anomale declinantur.

ĂNĂLŎGĪUM, ii, n. (ἀναλογεῖον). Pulpitum (*pupitre; chaire à prêcher, tribune, ambon*). *Isid. Or.* 15, 4. Analogium dictum quod sermo inde prædicatur. (Hoc etiam habet *Thom.* p. 60.) *Gloss. Isid.* Lampium, pulpitum, analogium. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Lectrum, analogium super quo legitur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 329. Lampium, pulpitum, analogium, lectrum.

ĂNĂLȲTĬCĒ, adv. Per analysim (gall. *analytiquement*). *Boet. Arist. Analyt. post.* 1, 18, p. 538. Sed hoc monstratum est logice prius, analytice vero nunc. *Ibid.* p. 537.

ĂNĂLȲTĬCUS, a, um, adj. (ἀναλυτικός). Resolutorius (gall. *analytique*). *Boet. In Arist. De interp. ed. pr.* p. 253. Quomodo in Analyticis, id est resolutoriis dictum est. *Isid. Or.* 2, 27. Utilitas perihermeniarum hæc est, quod ex his interpretamentis syllogismi fient. Unde et Analytica pertractantur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 60. Analytica, resolutoria. || Analytice, es, f. Analysis. *Boet. In Cicer. Topic.* 1, p. 762. Analytice prior. *Id.* p. 857.

ĂNAMNĒSIS, is, f. (ἀνάμνησις). *Isid. Or.* 2, 21. Anamnesis est commemoratio ejus rei quam oblitos fuisse nos fingimus.

ĂNANCHĪTĬDA, æ, f. (ἀναγκῖτις). Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 15. Ananchitidæ, in hydromantia, dæmonum imagines evocare dicuntur. — *Ananchitidæ*, pro *Ananchitides*, mutata, ut in talibus, declinatione. Apud *Plin.* est *Ananchitis*.

ĂNASCĒVE, es, et ĂNASCĒVA, æ, f. (ἀνασκευή). Refutatio. *Isid. Or.* 2, 12. Catasceve est confirmatio propositæ rei; Anasceve autem contraria superiori est. *Sacerd.* 1, p. 32. Hanc quidam anascevam dicunt.... Anasceva quum res humiles sublevantur tumore aliquo dictionis. (Nescio an hæc magis conveniant ad *catasceven*, quæ ibidem memoratur.)

ĂNASTRŎPHĒ, es, f. (ἀναστροφή). Inversio (gall. *anastrophe*). *Prisc.* p. 949. Cacemphati causa, solebant per anastrophen dicere *nobiscum*, pro *cum nobis*. *Isid. Or.* 1, 36. Anastrophe, verborum præposterus ordo.

ĂNĂTHĔMĀBĬLIS, e, adj. Anathematizandus. *Arn. In Psalm.* 89. Quia prævidit anathemabiles esse hæreses. *Id. In Psalm.* 110. Anathemabilis Manichæus. *Id. In Psalm.* 95 et 135.

ĂNĂTHĔMĂTIZĀTUS, a, um, part. *Arn. In Psalm.* 138. Et ideo his anathematizatis : Proba me, inquit, Domine. — Allatum a se exemplum ex *Not. Tir.* expungit *Furlan.*

ĂNĂTHĔMĀTUS, a, um, adj. vel part. Anathematizatus. *Arn. In Psalm.* 108. Ita ut anathemati filii ejus ejiciantur. *Id. In Psalm.* 139.—Vocem non agnoscit *Forcell.* Quæ etiam exhibetur in *Gloss. lat. mss. Reg.* ap. *Cang.* Anathemo, excommunico.

ANCĪSIO, onis, f. Circumcisura. *Isid. Or.* 18, 12. Ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte ancisum et rotundum. — *Ancisus* est et ap. *Prisc.* p. 555, qui ait *m* mutari in *n* in vocabulis *anfractus*, *ancisus*, *anquiro*. Quod omisit *Forcell.*

ANCĪSUS vel AMCĪSUS. Vid. v. præced.

ANCȲRŎMĂCUS, i, vel ANCȲRŎMĂGUS, i, m. (Composita vox ab ἄγκυρα). *Isid. Or.* 19, 1. Ancyromagus dictus pro eo quod celeritate sui ancoris et instrumentis reliquis navium vehendis sit aptus. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 551. Anquiromacus (*sic*) genus navigii est.

ANDĒRŎNĬCI, orum, m. pl. (ἄνδηρον). Curandis fluviorum aggeribus præpositi (*ingénieurs chargés de l'entretien des berges*). *Vit. S. Eutrop.* (qui vixit sæculo quinto),

in collectione dicta : *Bulletin des Comités historiques*, t. I, p. 59. Quidam juvenis ex corpore anderonicorum. *Respons. Papian.* 7, *tit.* 46. Si ex martialitano vel anderoneco (*sic*), vel quocumque alio corpore publico.... filii nati inveniantur. (Ἄνδηρον, ripæ agger, est ap. *Polluc.*, *Harpocrat.*, *Eustath.*, cett. Cf. *Thes. Græc. Ling.*)

ĂNĒTHĬNUS, a, um, adj. (ἀνήθινος). Ex anetho confectus. *Isid. Or.* 4, 12. Et sui nominis referunt odoramentum, ut anethinum. *Cæl. Aur. Tard.* 4, 7. Injectio clysteris rutacei vel anethini.

ANGĂRIĀTUS, a, um, part. *Interp. Iren.* 1, 23. Simonem quemdam Cyrenæum angariatum portasse crucem pro eo.

ANGĔLĬCĒ, adv. More angelorum (gall. *angéliquement*). *Hier. Ep.* 107, citante *Furlan.* Virgo nesciat sæculum, vivat angelice.

ANGISTRUM, i, n. Ancistrum. *Isid. Or.* 14, 11. — In multis enim vocabulis, *c* in *g* apud seriores mutatum fuisse, monere vix opus est.

ANGŬLĀRĬTER, adv. Secundum angulos, in angulis. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 123. Aristotelicam complexionem angulariter et per latera designantes. *Id.* p. 237. Si sibi angulariter comparentur. *Id.* p. 574 et 1529.

ANGUSTĀTIO, onis, f. Angusta natura. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 26. Et in participii abusione tractum est propter angustationem latinæ linguæ compressionemque.

ANGUSTIĀTUS, part. Vid. v. seq.

ANGUSTIO, as, are, a. In angustias adigo. *Vulg. Sap.* 5, 1. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt. *Ib. Ep. Paul. ad Hebr.* 11, 37. Egentes, angustiati, afflicti.

ĂNHĒLĀBUNDUS, a, um, adj. Anhelus. *Gloss. Isid.* Anhelabundus, fatigatus. Conf. *Cang.*

ĂNHĒLŌSUS, a, um, adj. Anhelus. *Cæl. Aur. Acut.* 2, 28. Dyspnoici, quos anhelosos dicere poterimus.

ĂNĬMÆQUĬTAS, atis, f. Æquus animus (*égalité d'âme*). *Gloss. Cyril.* Εὐψυχία, animæquitas.

ĂNĬMĀLĬTAS, atis, f. Natura animalis (gall. *animalité*). *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 398. Inferior est (animæ vis) quæ voluptatibus corporis consentit, vocaturque sensualitas, animalitas.

ANNIHĬLĀTIO, onis, f. Contemptus. *Gloss. Cyril.* Ἐξουδένωσις, contemptus, adnihilatio, etc. Ἐξουθενισμός, spretus, adnihilatio. — Gallice *annihilation.*

ANNUĀTIM, adv. Per annos. *Onomast. lat. gr.* Annuatim, κατ' ἔτος. *Bed. De Temp. ration.* t. II, p. 149. Ea ipsis temporibus annuatim cum labore investigata.

ANNULLO vel ADNULLO, as, are, a. Irritum facio, everto (gall. *annuler*). *Ambr. In Psalm.* 37. Vim accusationis esse annullatam. *S. Optat. De Schism. Donat.* 2, 8. Etiam sacerdotium, quod in nobis annullare visus es. *Vulg. Eccli.* 21, 5. Objurgatio et injuriæ annullabunt substantiam, et domus, quæ nimis locuples est, annullabitur superbia. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 54. Adnullare, nullius pretii facere. *Id.* p. 610. Cf. *Cang.*, qui scribit *Annulare.*—Verbum etsi scribit, *Forcell.* nullo exemplo confirmat.

ANNUNTIĀTRIX, icis, f. Quæ annuntiat. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 16. Lex annuntiatrix Christi est. *Ennod. Dict.* 2. Futuræ annuntiatrix innocentiæ, Divinitas nomen imposuit.

ANNŪTĪVUS, a, um, adj. Affirmativus. *Gloss. Philox.* Adnutivum, κατωμοτικόν.

ĂNŎMĂLĒ, adv. Irregulariter. *Prisc.* p. 1022. Quomodo apud Græcos anomale, ἀπὸ τοῦ εἷς, ἅπαξ adverbium dicitur. *Prob. Art. min.* in *Analect. gramm.* p. 317. In metris anomale et non anomale permissum sit declinari. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 215. Anomale et non anomale permissa sint declinari. Vid. et in v. ANALOGICE.

ĂNŌNȲMUS, a, um, adj. (ἀνώνυμος). Cujus auctor ignotus est. *Cassiod. Inst. Divin. Litt.* 8. Quemdam anonymum codicem subnotatum reperi.

ANQUIROMACUS. Vid. ANCYROMACUS.

ANSĔRĀTIM, adv. More anserum. *Charis.* p. 162.

ANTĂNACLĂSIS, is, f. (ἀντανάκλασις). *Isid. Or.* 2, 21. — *Forcell.*, ut solet in talibus, rem describit, vocabulum ipsum non suggerit.

ANTĔCĂVEO, es, ere, n. Præcaveo. *Grat.*

Cyneget. 50. Tantum, ne subeat vitiorum pessimus humor, Antecave.

ANTĔCOGNĬTUS, a, um, part. Antea cognitus. *Boet. In Porphyr.* 1, 1, p. 46. Antecognitarum formarum imagines.

ANTĔCOGNOSCO, is, ere, a. Præcognosco. *Gloss. Cyril.* Προγινώσκω, antecognosco, præscio, præsago.

ANTĔDICTUS, a, um, part. Antea dictus (gall. *susdit*). *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 734. Id autem erit maxime per antedictum modum. *Amm.* 14, 3. Hanc regionem invadere parans dux antedictus. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 32. In ditionem antedicti regis redacta. *S. Greg. Ep.* 1, 63. Antedictus Petronius.

ANTĔFĀTUS, a, um, part. Anteà dictus (gall. *susdit*). *Ennod. Epist.* 8, 2. Gemina vobis contingit antefata concinnatione laudatio. *Cassiod. Var.* 1, 36. Antefati Benedicti filios. *Ibid.* 2, 4. *S. Greg. Ep.* 1, 60. Ministeria antefatæ ecclesiæ.

ANTEGRĂDĀTIO, onis, f. Præcedentia. *Cassiod. Astron., init.* Præcedentia vel antegradatio stellarum. *Isid. Or.* 3, 67, hoc idem exhibet.

ANTEGRĂDUS. Vid. ANTIGRADUS.

ANTEHĂBĬTUS, a, um, part. Antepositus. *S. Greg. Ep.* 2, 7, *Indict.* 11. Antehabitæ suæ potestatem jurisdictionis.

ANTELLA, a, f. Ornatus qui pectori equorum adhibetur (gall. *poitrail*). *Isid. Or.* 20, 16. Antella quasi antesella, sicut et postella quasi postsella. *Gloss. Isid.* Antela, Antilena, sicut Postela, Postilena. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 51. Antela, pectorale, quia tenditur ante equum; sic et Postela dicitur corrigia quæ tenditur posterius. *Johan. de Jan.* Antella, cingulum illud quod ante pectus equi tenditur. Et videndus *Cang.*

ANTĔLONGIOR numerus, m. *Boet. Arithm.* 2, 27, p. 1342. (Ibi definitur.) *Id.* p. 1358. Cf. *Cang.*

ANTĔLŪCĬDUM, i, n. Prima aurora. *Gloss. vet. S. Genov.* Noctis partes novem sunt: vesper.... gallicinium, diluculum, antelucidum.

ANTĔMĔRĪDIEM, adv. *Diomed.* p. 168. Pridie, postridie, postmeridiem, antemeridiem. — Male ex *Not. Tir.* dant *Antemeridie.* Ceterum duas voces in unam coaluisse, ostendit adj. *Antemeridianus.*

ANTĔTESTOR, aris, ari, d. Antestor. *Sid. Paneg.* 9, 11. Mandatis famulor, sed antetestor, Lector, quas patieris hic salebras. — Alii divisim scribunt *ante testor.*

ANTĬBIBLIUM, ii, n. (ἀντιβίβλιον, ut conjicere licet). *Gloss. Isid.* Antibiblium, pignus codicis, librorum. *Gloss. Laudun.* Antebiblion (*sic*), pignus datum pro codice.

ANTĬCĬPĀLIS, e, adj. Præcedens. *Aggen.* in *Grom. vet.* p. 72. Est enim anticipalis (controversia). *Ib.* p. 64. — Eadem *Simplicio* tribuit *Gæs.* p. 77 et 82 et 86.

ANTIGRĂDUS, i, m. Gradus quidam in theatro. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2181. Quatuordecim lapidibus ejus per antigrados stratis. — Forte corruptum pro *antigradus* vel etiam *antegradus.*

ANTĬPHARMĂCUM, i, n. (ἀντιφάρμακον). Remedium. *Isid. Or.* 17, 9. Nam antipharmacum ebrietatis est si quis potus hedera coronetur.

ANTISCIA, orum, adj. n. pl. Loca quæ a quatuor punctis cardinalibus æqualiter distant. *Firmic. Math.* 4, *Præf.* Antiscia illa vera sunt.

ANTĬSĔCUS, adv. Ante. *Gloss. Cyril.* Ἔμπροσθεν, ante, antisecus.

ANTISTĬTOR, oris, m. Antistes. *Onomast. lat. gr.* Antistitor, ἐπιστάτης.

ANTISTRŎPHUS, a, um, adj. (ἀντίστροφος). Reciprocus. *Isid. Or.* 1, 36. Aut antistropha (metaphora) est, id est reciproca.

ANTĬTHĔTĬCUS, a, um, adj. (ἀντιθετικός). Ad antitheton pertinens. *Cur. Fortun. Art. rhet. schol.* 1, p. 62. Definitio antithetica est. *Id.* 2, p. 77. Antithetica quæstio.

ANTŌNESCO, is, ere, n. Antonio similis fio. *Consent.* p. 2064, ed. *Putsch.* Æger, ægrescit; Antonius, antonescit.

ANXIĂNĬMUS, a, um, adj. Anxius. *Alcim. Avit. Ep.* 31. Dum de causa Romanæ Ecclesiæ anxianimi ac trepidi essemus, etc.

ANXIOR, aris, ari, d. Mœrore angor. *Vulg. Psalm.* 142. Et anxiatus est super me spiritus meus. *Arn. In Psalm.* 80. Qui ibi anxiati estis, hic in psalmis et hymnis congaudete. *Gloss. Paris.* Sollicitus, anxians. Cf. *Cang.*

AŎRISTUS, i, m. (ἀόριστος). Tempus præteritum græcæ conjugationis (gall. *aoriste*). *Macr. De Verb.* p. 2755, ed. *Putsch.* Futurum quoque suum Græci cum aoristo jungunt. (*Ibid.* quater occurrit.)

ĂPÆTĒSIS, is, f. (ἀπαίτησις). Quoddam schematis genus. *Isid. Or.* 2, 21.

ĂPĂREMPHĂTUS, a, um, adj. (ἀπαρέμφατος). Infinitivus; absolute, Infinitivus modus. *Macr. De Verb.* p. 2758 (*Putsch.*). Aparemphatum, cum quolibet modo junctum, facit sensum. *Ibid.* p. 2760. Ab aparemphatis. (Et passim in eodem capite.)

ĂPARTHĔNUS, a, um, adj. (ἀπάρθενος). Qui castitatem amisit. *Gloss. Isid.* Aparthenum (male Abartenum), inhonestum. *Gloss. Pith.* Abartenum, inhonestum, ἀπάρθενον. — Corrupta lectio et in *Gloss. Pap.* fluxit. *Cang.* vitiosas voces *Abartenum*, *Abarcenum*, castigat, nec corrigit.

ĂPERTĬLIS, e, adj. Apertibilis. *Gloss. Cyril.* Ἀνοικτός, apertilis, apertus.

ĂPERTŬLĀRIUS, ii, m. Effractarius. *Gloss. Isid.* Apertularius, effractor. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 52. Apertularius (male Apercularius), effractor domus. *Gloss. Philox.* Apertularius, θυρεπανοίκτης. Cf. *Gloss. Hildeb.*

ĂPHŎRISMUS, i, m. (ἀφορισμός). *Isid. Or.* 4, 10. Aphorismus est sermo brevis, integrum sensum propositæ rei scribens. — Loquitur de libris medicinalibus.

APHRĀTUM, i, n. Genus dulciarii (*une neige*). *Isid. Or.* 20, 2. Aphratum (edd. Afratum), quod latine spumeum vocatur: ἄφρος enim græce spuma dicitur.

ĂPIĀCUM vel ĂPIĀCON, i, n. Herba quædam, forte eadem quæ Apiastrum. *Isid. Or.* 17, 9. Apiacum, quod flores ejus apes maxime appetunt.

ĂPĬCIŌSUS, adj. m. *Gloss. Isid.* Apiciosus, calvus, calvaster. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 551; *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642, et *Thom.* p. 57. Apiciosus, calvus.

APLOBLATTEUS, APLOBLATTIUS vel HAPLOBLATTEUS, a, um, adj. (ἁπλόος, blatteus). Qui simplici purpura constat. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill.* p. 462. Item vela aploblattea coccoprasina cantharata v.

ĂPŎCĂLĂMA, æ, f. (Inter vestes recensetur ab *Isid. Or.* 19, 22; sed excidit expositio.)

ĂPŎDICTĬCUS, a, um, adj. (ἀποδεικτικός). Demonstrativus. *Cur. Fort.* p. 44. Apodicticum genus. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 4. Dialecticæ atque apodicticæ disciplinæ posteris ordinem scientiamque contradere. — Unice *Gellium* citat *Forcell.*

ĂPŎLŎGĒTĬCUM, i, n. (ἀπολογητικός). *Isid. Or.* 6, 7. Apologeticum est excusatio, in quo solent accusantibus respondere. Conf. *Cang.*

ĂPŎPHĂSIS, is, f. (ἀπόφασις). *Jul. Rufinian. De Fig. sentent.* p. 25. Apophasis, sive Ætiologia, venustum schema, ubi, quasi alio interrogante, nobis ipsis respondemus, et rationem reddimus. || Negatio. *Isid. Or.* 2, 27. Per cataphasin et apophasin, id est per affirmationem et negationem.

ĂPOPLĂCIUS, a, um, adj. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill.* p. 462. Apoplacia vela. — Vox valde incerta. In margine legitur: *apoblattia* sive *atploblatea*. Nullus dubitarem *aploblattea* legendum esse, nisi hoc ipsum vocabulum sequenti linea, optime scriptum, occurreret. Vid. APLOBLATTEUS.

ĂPŎRĒMA, atis, n. (ἀπόρημα). Syllogismi genus. *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 730. Aporema autem syllogismus dialecticus contradictionis. (Græcum nomen a Latinis usurpatum fuisse, ostendunt vicinæ nuncupationes *epichirema*, *philosophema*, *sophisma*. Locum adi.)

ĂPŎRIA, æ, f. (ἀπορία). Dubitatio, inopia consilii. *Vulg. Eccli.* 27, 5. Sic aporia hominis in cogitatu illius. *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642. Aporya (*sic*), cura, angor, anxietas. Aporya, tædium, molestia.

ĂPŎRIĀTUS, a, um, part. *Interp. Iren.* 2, 4. Si autem et aporiati in his confiteantur, etc.

ĂPOSTĀTRIX, icis, f. Quæ apostatavit. *Vulg. Ezech.* 2, 3. Gentes apostatrices.

ĂPOSTŎLĬCĒ, adv. More apostoli. *Prosp. Ad capitul. Gallor.*, *Præf.* Doctrinam quam per multos annos apostolice asseruit (Augustinus). *Vincent. Lirin. Common.* p. 369. Omnino apostolice.... ait.

ĂPŎTĔLESMĂTĬCĒ, es, f. (ἀποτελεσματική). Astrologia. *Fulg. Contin. Virg.*, *init.* Octava (ecloga) apotelesmaticen designavit. *Ibid.* Cum sua apotelesmatice.

ĂPŎTŎMĒ, es, f. (ἀποτομή). Semitonium

majus. *Boet. Music.* 3, 15, p. 1433. Semitonium majus, quod apotomen dici supra retulimus. *Ibid.* p. 1424, et passim. (Inde vocem hausit *Pseudo-Bed. Music.* t. I, p. 411. In apotomes proportione.)

APPĀRENTER, adv. Evidenter. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 7, p. 739. Dico sophisticam redargutionem et syllogismum.... sed exsistentem quidem, at apparenter accommodatam rei. *Id.* p. 741. Qui autem id apparenter facit, sophisticus (est).

APPELLĀTĪVĒ, adv. Appellativi nominis modo. *Bed. De Ration. Temp.* (t. I, p. 120). Dies appellative dicitur dux operum et absentia tenebrarum. *Gloss. Cyril.* Προσηγορικῶς, appellative, vocabulariter.

APPENDIUM, ii, n. Pondus quod debitoribus in sublime sublatis ad pedes suspendebatur. *Cassiod. Var.* 10, 29. Appendia ipsa cruciatis debitoribus aliquando solvuntur. Cf. *Cang.*

APPENSĀTUS, a, um, part. Pensitatus. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil.* p. 462. Quæ omnes species appensatæ habent pondus, etc.

APPĔTĪTĪVUS, a, um, adj. Qui appetit. *Pseudo-Cassiod. De Amicit., init.* Amor est quædam vis appetitiva rerum quas desiderio eligimus. *Ibid., sub fin.* Vis appetitiva rerum quas sibi quis elegit ad fruendum.

APPLĒNĒ, adv. Plene. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 12. De omnibus scripturis, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, applene immunis fuit.

APPORTĀTOR, oris, m. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 531. Lator, deportator, apportator.

APPŎSĬTĪVUM pronomen, n. Quod aliis pronominibus apponitur. *Prisc.* p. 1095. *Ipse* additivum vel appositivum dicitur. *Ibid.* Pronomen appositivum. *Id.* p. 1114.

APPRŎBĀBĬLIS, e, adj. Probabilis. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singular. Cler., sub init.* Non est in hac societate sinceritas approbabilis. *S. Greg. Ep.* 12, 31. Non est tamen tunc approbabile quod, etc.

APPRŎBĀMENTUM, i, n. Quod aliquem probabilem facit. *Ambros. De Dignitat. sacerdot.* 5. Ne quid de approbamentis veridicis nos prætermisisse videamur.

APPRŎBĀTĪVUS, a, um, adj. Qui sensum approbandi habet. *Prisc.* p. 1025. Approbativa conjunctio.

APPRŎPIO, as, are, n. Prope accedo. *Sulp. Sev. Dial.* 3, 6. Vidi quemdam, appropiante Martino, in aera raptum. *Corip. Johan.* 5, 370. Et appropians vitales invenit herbas. *Vulg. Exod.* 3, 5; *Machab.* 11, 5. Cf. *Cang.*

APPUNCTĀTUS, a, um, adj. Qui punctum habet. *Isid. Or.* 1, 20. Obelus superne appunctatus.

APRA, æ, f. Sus femina. *Prisc.* p. 698. Aper, apri; cujus femininum veteres protulerunt Apra, ut Plinius Secundus in primo Artium.

APRĔPIA, æ, f. (ἀπρέπεια, ἀπρεπία). Inconvenientia. *Sacerd.* in *Anal. Gram.* p. 32. Aprepia est absurda et indecens verborum structura.

APRĬFER, era, erum, adj. Qui apros fert vel educat. *Poet.* ap. *Mar. Vict.* p. 2543. Volat agile per aprifera. (Scil. *nemora*, ut videtur.)

APTĀBĬLIS, e, adj. Aptus, conveniens. *Interp. Iren.* 2, 18. Aptabiles esse magis emissiones dicentes. Cf. *Cang.*

APTĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ἁρμογή, junctura, compages, commissura, compaginatio, aptatio. Ἅρμοσις, aptatio, compaginatio.

APTĀTOR, oris, m. Qui aptat, concinnator. *Gloss. Cyril.* Ἁρμοστής, aptator.

APTĬTŪDO, inis, f. Habilitas (gall. *aptitude*). *Boet. In Porphyr.* 4, p. 90. Quamdam aptitudinem monstrat, et ad faciendum aliquid vel non faciendum opportunitatem. *Id.* p. 551. Necessitas est duplex, hæc quidem secundum naturam et aptitudinem, hæc vero violenta et contra aptitudinem. *Id.* p. 182 et 1275. *Onomast. lat. gr.* Aptitudo, κομψότης.

APTŌTĒ, adv. Cum uno casu. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 182. Pluralis aptote declinatur, hoc est per omnes casus uno sono pronuntiatur.

APTŌTUS, a, um, adj. (« Est græca vox, ait *Forcell.*, et græcis litteris scribenda. » Talia autem asserere periculosum.) *Prisc.* p. 669. Inveniuntur antiqui aptota pro monoptotis, et monoptota pro aptotis posuisse. Neutrum vero si sit aptotum, etc. *Id.* p. 1291. *U* littera finitum unum invenitur aptotum in singulari. *Id.* passim.

APTRA, n. pl. Palmes. *Gloss. Philox.* Aptra, ἀμπελόφυλλα, ὡς Τιτίννιος. — Vox sane incerta, ad quam investigandam Titinii poetæ nomen invitat.

ĂQUÆDUCTOR, oris, m. Qui aquæductibus præest. *Gloss. Cyril.* Ὑδραγωγός, aquæductor.

ĂQUÆMŎLĪNA, æ, f. Mola aquaria (*moulin à eau*). *Gloss. Cyril.* Ὑδρομύλη, aquæmolina (male aquamulina). *Cang.* exhibet v. *Aquæmulina* ex Chart. ann. 968.

ĂQUÆMŎLUS, m., et ĂQUÆMŎLUM, i, n. Mola aquaria. *Gloss. Cyril.* Ὑδραλέτης, aquæmolus. Cf. *Cang.* (Etiam *aquæmolas*, feminino genere, exhibet Bulla anni 817, ap. *Cang.*)

ĂQUĬLĀTUS, a, um, adj. Fusco colore tinctus. *Charta Cornet.* ap. *Mabil.* p. 462. Mafortem tramosericum, rhodomelinum aquilatum. *Ibid.* Vela tramoserica aquilata coccoprasina duo.

ĂQUĬLŌSUS, a, um, adj. Aquilus, niger. *Gloss. Placid.* p. 451. Aquilosos (male Aquilosi) antiqui nigros dicebant.

ĂRĂBĬCA, æ, f. Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 14. Arabica, ex patria dicta, adspectu eburnea est.

ĂRĀNEA, æ, f. Genus piscis. *Isid. Or.* 12, 6, 18.

ARBITRĀTIO, onis, f. Opinio. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 457. Ergo non est contrarietas opinionum in ea arbitratione quæ contrariorum est. — Verbum rarius, de quo etiam ambigebatur.

ARBŎRĀCA, æ, f. Herba vulgo dicta Lapsana. *Isid. Or.* 17, 10. (*Lindem.* exhibet *Armoraca.*)

ARCĀLIS, e, adj. Ad arcam sive ærarium pertinens. *Novel. Valent.* 10, 1. Nec in arcalibus tantum titulis, sed et his quos sacri vel privati ærarii partibus deputavit vetustas.

ARCESSĪTIO, onis, f. Arcessitus, revocatio (ad Deum). *Cypr. De Mortalit., fin.* Quum arcessitionis propriæ dies venerit. *Id. Epist.* 22. Post arcessitionem meam.

ARCEUTHĬNUS, a, um, adj. (ἀρκεύθινος). Junipereus. *Vulg.* 2. *Paralip.* 2, 8. Ligna cedrina mittite mihi et arceuthina.

ARCHÆUS, a, um, adj. (ἀρχαῖος). Vetus, priscus (sed unice de prisca Græcorum comœdia dictum). *Diom.* p. 482. Satira, carmen.... ad carpenda hominum vitia archææ comœdiæ charactere compositum. *Acro* ad *Hor. Sat.* 1, 4, 2. Hi primi archæas comœdias scripserunt. Sic etiam *Porphyr.*

ARCHĬDIĀCON, onis, m. Archidiaconus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 38. Hoc memorante pio, stupidus hebet archidiacon.

ARCHĬDIĀCŎNĀTUS, us, m. Archidiaconi munus. *S. Greg. Ep.* 2, 14. Eo de archidiaconatus loco summoto. *Ibid.* In archidiaconatum alterius se provehi consensit.

ARCHĬMARTYR, yris, m. Primus martyr. *Maxim.* ap. *Aug. Epist.* 16. Memet cunctis diis immortalibus archimartyrem, etc.

ARCHĬSŸNĂGŌGA, æ, f. (ἀρχισυναγωγή). Princeps synagoga. *Ambr. In Luc.* 6, 9. Cito Ecclesiam credituram, in archisynagogæ filia credituros Judæos, sed ex pluribus pauciores. — Qui locus *Notas Tiron.* apposite fulcit.

ARCHĬTECTĬCUS, a, um, adj. Architectonicus. *Cassiod. Var.* 3, 52. In astronomicis rebus, et in musicis, et in mechanicis, et in architecticis.

ARCHĬTECTOR, oris, m. Architectus. *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642. Architector, instructor fundamentis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 574. Architectus, qui tecta resarcit; quod etiam architector dicitur. *Gloss. Paris.* in *Append.* Architector, qui domum tegit (male degit).

ARCĬFER, adj. m. Arcitenens. *Gloss. Cyril.* Τοξοφόρος, arcifer.

ARCŪMEN, inis, n. Herbæ et floris genus. *Isid. Or.* 17, 9. Iris Illyrica a similitudine iris cœlestis nomen accepit : unde et Latinis arcumen dicitur.

ARDUĒ, adv. Difficulter. *S. Greg. Ep.* 7, 126, *Ind.* 2. Et ipse in vobis, quod omnino ardue quæsivit, inveniet.

ĀREĀTOR, oris, m. Qui in area fruges tundit. *Onomast. lat. gr.* Areator, ἀλωνέτης (leg. ἀλωνίτης).

ARFĀRI, antique pro Adfari (et item similia). *Prisc.* p. 559. Antiquissimi, pro *ad* frequentissime *ar* ponebant : Arfari, Arfines, Arger, Arvenas, Arventores, Arvocatos, Arvolare. *Diom.* p. 447. Arvenire. *Gloss. Plac.* p. 435. Arveniet, adveniet. *Thom.* p. 56. Arvocitare, sæpe vocare.

ARGENTO, as, are, a. Argento induco. *Paul. Sentent. recept.* 5, 25, 5. Qui æs inauraverit, argentaverit, falsi pœna coercetur.

ARGŪMENTĀBĬLIS, e, adj. Ad argumentationem pertinens. *Boet. Arist. Analyt. pr.* 1, 27, p. 480. Quæ propositio facile et quæ difficile argumentabilis est. *Id.* p. 489, 499 et 726.

ARGŪTĀTRIX, icis, f. Garrula. *Fest.* Lingulaca, genus piscis, vel mulier argutatrix. (Sic *Furlan.* recte emendat, pro *arguratrix.*)

ĂRITHMĒTĬCUS, i, m. Qui arithmeticam callet. *Boet. Arist. Anal. poster.* 2, 2, p. 523. Ponit enim arithmeticus unitatem. *Id.* p. 550 et 601. *Cassiod. De Anim.* 4. Sic arithmetici eam compendiosa veritate describunt. — Parum est quod *Forcell.* innuat *Inscr.* ap. *Reines.*

ARMĬCUSTOS, odis, m. Qui arma custodit. *Gloss. Cyrill.* Ὁπλοφύλαξ, armicustos.

ARMILLĀRIUS, ii, m. Armillarum artifex. *Gloss. Philox.* Armillarius, ψελιοποιός.

ARMORACA. Vid. ARBORACA.

ARMŌRUMCUSTOS, odis, m. Munus quoddam in militia. (*Armicustos* autem est prolapsæ latinitatis.) Vid. EX ARMORUMCUSTODE.

ĂRŌMĂTIZO, as, are, n. (ἀρωματίζω). Odorem aromatis exhalo. *Vulg. Eccli.* 24, 20. Sicuti cinnamomum et balsamum aromatisans odorem dedi. || Active. Cf. *Cang.* — Eo sensu dicimus *aromatiser.*

ARQUĀTŪRA, æ, f. Arcuatio. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 552. Arquaturæ, fornices. — Quod apposite addendum mihi visum est *Notis Tironian.*

ARRHYTHMĀTUS, adj. Vid. v. seq.

ARRHYTHMUS, a, um, et ARRHYTHMOS, on, *adj.* (ἄῤῥυθμος). Qui sine rhythmo est. *Capel.* 9, p. 328. Sed eorum temporum, quæ ad numeros copulantur, alia sunt quæ enrhythma tempora nominantur, alia quæ arrhythma. (Sic *Kopp*, qui Grotianas lectiones *enrhythmica, arrhythmata* carpit.) *Id.* p. 327. Quæque tribus vocabulis discernuntur, hoc est enrhythmon, arrhythmon, rhythmoides.

ARTĒRIĂSIS, is, f. (ἀρτηρίασις, quod etsi ignotum, conjicere licet). Raucedo. *Isid. Or.* 4, 7. Raucedo, amputatio vocis. Hæc et Arteriasis vocatur, eo quod vocem raucam et clausam reddat ab arteriarum injuriis.

ARTĬCŬLĀTUS, a, um, part. vel adj. Qui habet articulos (in corpore). *Aug. De Morib. Manich.* c. 11. An articulata Dei forma est, sicut hominis? — Deerat hic sensus, qui primus est.

ARTŎPŌLA vel ARTŎPŌLES, æ, m. (ἀρτοπώλης). Pistor. *Liberat. Breviar.* p. 50. Dedit eas (pecunias) sine fœnore artopolis et cauponibus civitatis.

ARVĔNA, æ, m. f. Vid. ARFARI.

ARVĔNĪRE, n. Vid. ARFARI.

ARVENTOR, oris, m. Vid. ARFARI.

ARVĪNŬLA, æ, f. Parva arvina. *Vulg. Levit.* 8, 16. Duosque renunculos cum arvinulis suis. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Arvinulis, adipibus.

ARVŎCĀTUS. Vid. ARFARI.

ARVŎCĬTĀRE. Vid. ARFARI.

ARVŎLĀRE. Vid. ARFARI.

ASCĀRĬDA, æ, f. (ἀσκαρίς). Vermis genus (gall. *ascaride*). *Isid. Or.* 12, 5.

ASCĒNUS vel ASCĪNOS, a, um, adj. (ἄσκηνος). Qui est sine tecto (*sans abri*). *Ennod. Epist.* 9, 20. Scitis pro ascinis a quo veniebat retributio, si juventur.

ASCĬCŬLĀRIUS, ii, m. (asciculus). Lapicida. *Gloss. Philox.* Ascicularius (male Aciscularius), λατόμος. Vid. v. seq.

ASCĬCŬLUS, i, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Asciculus, asciola, dolabra. *Thom.* p. 45. Ascia, dolabra, securis, asciculus.

ĂSĒNA, æ, f. Vetuste pro Arena. *Varr. L. L.* 7, 27. Fœdesum, fœderum; plusima, plurima; meliosem, meliorem; asenam, arenam; janitos, janitor. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 563. Hasenam, arenam. *Gloss. Plac.* p. 469. [Hasenam], harenam, ut asas, nos aras; et lases, quos nos lares dicimus. (Haud dubie prima vox exciderat.) — De qua litterarum mutatione adi *Scaur.* p. 2252.

ASMA, atis, n. (ᾆσμα). Cantus, carmen, ode. *Mar. Vict.* p. 2610. Accepta semel asmatum structione. *Id.* p. 2620. Asmate eo quo scribitur Carmen sæculare. *Id.* p. 2628. Per totum asma. *Id.* p. 2564 et 2615 et 2616 et 2625.

ASPERGILLUM, i, n. Vas in quo est aqua lustralis. *Onomast. lat. gr.* Aspergillum,

περιῤῥαντήριον. (Seu potius nostrum *aspergès, aspersoir, goupillon*, ut vertit *Cang.*)

ASPHALTUS, i, f. (ἄσφαλτος). Genus bituminis (*asphalte*). *Isid. Or.* 13, 19. Lacus asphalti sive bituminis. (Qui *lacus Asphaltites* ibidem dicitur.) *Id.* 11, 1. Glutinum asphalti. *Pelagon. Veter.* 6. Sandaracæ uncia una, et asphalti una.

ASPĪRĀTUS, a, um. Vid. ADSPIRATUS.

ASSĀTUS, a, um, part. Assus. *Gargil. De Pom.* ap. *Mai.* t. III, p. 423. In cinere aut in vase fictili assatæ castaneæ.

ASSENTĀNEUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Assentaneum, consentiens. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 58. Assentaneus, consentaneus, consentiens.

ASSĔVĒRANTIOR, us, adj. compar. *Donat.* ad *Ter. And.* 1, 1, 73. Abundat quidem *suam*, sed tamen asseverantius est.

ASSĬMĬLĀTĪVUS gradus, m. *Gloss. Pap.* Comparativus dicitur assimilativus.

ASSĬMŬLĀTICIUS, a, um, adj. Assimulatus, falsus. *Cod. Theod.* 6, 22, 5. Qui codicillis proconsularibus vel epistolis vicariorum vel insignibus consularium emendicatis atque assimulaticiis vestiuntur.

ASSISTRIX, icis, f. Quæ assistit. *Vulg. Sap.* 9, 4. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam. Cf. *Cang.*

ASSŪMENTUM. Vid. ADSUMENTUM.

ASSUMPTĪVUS, a, um, adj. Qui assumit. *Isid. Or.* 2, 5. Assumptiva (causa) est quæ ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit.— Sic vulgo. Alii *assumpta causa*, quod minus placet.

ASSUMPTOR, oris, m. Qui aliquid assumit. *Ambr. Epist.* 9, 70. Negligens sacrificii et assumptor gloriæ. *Ennod. Dict.* 1. Non enim debet notari velut avaræ laudis assumptor. || Helluo. *Gloss. Paris.* Gulosus, helluo, assumptor, tabernio, popinator. Et *Gloss. Pap.*

ASSUMPTUS, us, m. Assumptio. *Boet. In Porphyr.* 1, p. 56. Qui vero id in divisionibus et abstractionibus atque assumptibus ab his rebus, in quibus sunt, efficit, falsus non est.

ASSŪTUS, a, um. Vid. ADSUTUS.

ASTĀTUM. Vid. ADSTATUM.

ASTRĀTUS. Vid. ADSTRATUS.

ASTRICTĒ. Vid. ADSTRICTE.

ASTRŎLŎGĬCUS, a, um, adj. (ἀστρολογικός). Ad astrologiam pertinens (gall. *astrologique*). *Boet. Consol.* 2, *Pros.* 7. Sicut astrologicis demonstrationibus accepisti.

ĀSTROSCŎPIA, æ, f. (ἀστροσκοπία). Astronomia. *Acro* ad *Hor. Carm.* 1, 28, 2. Geometriæ et astroscopiæ peritus.

ĂSYMMĔTER, tra, um, adj. (ἀσύμμετρος). Non symmetros. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 23, p. 487. Quoniam diameter est asymmeter. *Id.* p. 494 et 515.

ĂSYNDĔTĒ, adv. (ἀσυνδέτως). Sine copula. *Pomp. gr.* p. 377. Huic rei contrarius est tropus asyndetus. Dicunt asyndete, tropum faciunt.

ĂSYNTHĔTUS, a, um, adj. (ἀσύνθετος). Incompositus. *Capel.* 9, p. 322. In spatiis alia sunt composita, alia disjuncta atque asyntheta.

ĀTRĀMENTĀLE, is, n. Atramentarium. *Gloss. Philox.* Atramentale, μελανδόχιον (melius μελανοδοχεῖον).

ATRO, as, are, a. Nigro, nigrifico. *Damas. Eleg. in Hier.* 44. Saxa crepant, vultus atrat Apollo suos.

ATTĀMĬNĀTUS, a, um, part. *Gloss. Paris.* Non violabilem, non attaminatum.

ATTENTUS, us, m. Attentio, intentio. *Cæl. Aur. Tard.* 3, 1. Tum extensio colli atque vultus cum rubore et oculorum suspenso attentu.

ATTERTIĀTUS, a, um, adj. Ad tertiam partem decoctus. *Plin. Valer.* 1, 21. Lixivium factum attertiatum acerrimum.

ATTESTĀTIOR, us, part. compar. *Ambr. In Luc.* 7, 16. Quo nihil potest ad expressionem perennitatis attestatius dici. — Unde sensus passivus apposite corroboratur, quem ex dubio *Plinii* loco proferunt.

ATTINGEM, antique pro Attingam. *Fest.* Attingem (male Attinge) pro Attingam posuere. — Cf. DICEM, RECIPIEM, etc.

ATTĬTŬLĀTUS, a, um, part. Dedicatus. *Cypr. De Spir. Sanct.*, *med.* Septima (dies) consecrata quieti, et quasi Spiritui Sancto attitulata.

ATTĬTŬLO, as, are, a. Titulum appono. *Rufin. De Origine*, citante *Bailey*. Ex his libris quos Περὶ ἀρχῶν attitulavit. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 40. Libros quos De exercitio

mentis attitulavit. || Translate. Adscribo. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 211. Alter vero historicus eumdem (annum) successori illius potius attitulandum putaret, etc.

ATTŎNĬTUS, us, m. Divinus instinctus. *Ven. Fort.* 8, 6, 133. Bis duodena senum concursat gloria vatum Attonitu.

ATTRACTĪVUS, a, um, adj. Qui attrahit (gall. *attractif*). *Cassiod. Var.* 10, 29. Exteriora attractiva virtute libera fiunt.

ATTRECTĀTOR, oris, m. *Gloss. Paris.* Musi, attrectator sive palpator meus.

AUCA, æ, f. Anser. *Bed. Vit. Cuthberti*, c. 36. Primo sumite cibos et aucam illam (pendebat enim auca in pariete); coquite et comedite.... Aucam, de qua præceperat, non curabant. *Gloss. Philox.* Auca, πτηνόν. *Gloss. Cyril.* Χήν, auca, anser. — Inde ortum deminutivum *Aucella*. Hoc fonte derivata prisca dictio nostra *oue*, quæ valebat *oie*. Cf. *Cang.*

AUCEPTOR, m. Auceps. Vid. ACCEPTOR.

AUCTŌRĪSO, as. Vid. v. seq.

AUCTŌRIZO, as, are, a. Auctoritatem do (gall. *autoriser*). *Gloss. vet. S. Genov.* Auctorizatur, propria auctoritate firmatur. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

AUCTUĀRIUM, n. Auctarium. *Onomast. lat. gr.* Auctuarium, ἐπίμετρον.

AUCŬPĀTĪVUS, a, um, adj. Qui aucupatur (translate), qui consectatur, qui captat. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 10, p. 742. Sophistice est pecuniarum quædam aucupativa ab apparente sapientia.

AUCŬPĀTOR, oris, m. Auceps. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Aucupator, captator vel venator avium. (Item *Gloss. Paris.* in Appendice). *Gloss. Hildeb.* Aucupator, auceps. *Gloss. Philox.* Aucupator, ἰξευτής. || Qui aucupatur (translate). *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 2, p. 734. Sophista (est) pecuniarum aucupator ab apparente sapientia et non exsistente.

AUDĪBĬLIS, e, adj. Qui audiri potest. *Prisc.* p. 632. Audio, audibilis. *Boet. Arist. Top.* 1, 13, p. 670. Vox bene audibilis.

AUDĪTRIX, icis, f. Quæ audit. *Prisc.* p. 1318. Auditor, auditrix.

AUGER, AUGĔRĀTUS. *Prisc.* p. 554. Antiqui Auger et Augeratus, pro Augur et Auguratus, dicebant.

AUGMENTATIO, onis, f. Augmentum (gall. *augmentation*). *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 212. Singulis vero singuli, generationi quidem corruptio, augmentationi autem deminutio (opposita sunt). *Id.* p. 687. Si enim ambulatio neque augmentationem, neque deminutionem, neque alios motus participet, etc. — Hujus vocis priscum aliquod exemplum frustra ap. *Cang.* quæsiveris. Quam enim cum verbo *Augmentum* conjunxit, et loca *Prudentii* et *Symmachi* ad posterius pertinent.

AUGMENTĀTOR, oris, m. Qui augmentat vel auget. *Cassiod. Var.* 8, 22. Hunc provectus sui auctorem meruit, ut nos augmentatores dignissime reperiret.

AUGMENTĀTUS, a, um, part. Auctus. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 181. Ut augmentata affectio in habitum permutetur. *Id. Geom.* 2, p. 1522. Quorum (laterum) si unum per se augmentatum excreverit, etc. *Id.* p. 541, 1524, 1530, et passim. *S. Greg. Ep.* 12, 24.

AUGŬRĀTOR, oris, m. Augur. *Ambros. Ep.* 6, 37. Si augurator non est in Israel, unde isti oraculum Dei quod futura manifestavit, qui augur erat?

AUGUSTĒUM marmor, n. (Augustus). *Plin. H. N.* 36, 7, 11; *Isid. Or.* 16, 5. Etiam *Gloss. S. German.* marmor Augusteum et Tiberium memorat.

AULISCUS, i, m. (αὐλίσκος). Fistula. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 4. Clysteris auliscus, quem nos tibiam dicere poterimus, faucibus immittendus.

AURŌRO, as, are, a. Illumino. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Aurorans, inluminans. *Gloss. Isid.* Aurorans, illuminans. *Thom.* p. 56. Aurorare, illuminare, clarificare, irradiare.

AUSTĒRIUS, adv. compar. *Vulg.* 2. *Mac.* 14, 30. Videns secum austerius agere Nicanorem.

AUSTRĀLIS, is, m. Genus piscis. *Isid. Or.* 12, 6.

AUTHŌRĪSO, as. Vid. AUCTORIZO.

AUXĒSIS, is, f. (αὔξησις). Exaggeratio (schematis genus). *Mar. Vict. In I. Rhetor. Cic.* p. 115. In hac exhortatione est etiam auxesis : auget enim laudes eloquentiæ. *Arn. In Psalm.* 77. Nomen (manna) spe-

cies ipsa suscepit, quod, auxesin faciens, adjecit. — Vocem latinitati accessisse, ostendit nomen proprium *Auxesis*, quod in *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3945.

ĂVA, æ, f. Avia. *Ven. Fort.* 8, 18, 8. Inter avam et neptem tu mediator agas. *Id.* 10, 7, 60; 10, 8, 22. Cf. *Cang.*, qui non habet nisi recens exemplum.

ĂVIS TARDA vel ĂVISTARDA, æ, f. Otis (hispan. *avutarda*, ital. *ottarda*, gall. *outarde*). *Gloss. Cyril.* Ὠτὶς, τὸ ὄρνεον, avis tarda. *Glossar. vet. ex Cog. reg.* 7646, citante *Cang.* Avistarda apud nos vocatur eo quod, gravi volatu detenta, nequaquam, ut ceteræ volucres, attollitur velocitate pennarum : ipsa dicitur et *gradipes*. (Quod exscriptum ex *Isid. Or.* 12, 7. Cf. GRADIPES.)

AXĔNUS, a, um, adj. (ἄξενος). Inhospitalis: de Euxino Ponto dictum. *Censor.* seu *Incert.* ap. *Putsch.* p. 2726. Axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhæsi.

AXUNGIĀRIA, æ, f. Axungiæ commercium. *Gloss. arab. lat.* Cadala, negotiatio pinguedinis, unguentaria, axungiaria.

'AZŌTĬCĒ, adv. (Ἀζωτιστί). Azotiorum more. *Vulg.* 2. *Esdr.* 13, 23. Filii autem eorum loquebantur azotice.

B

BĂBĬGER, era, erum, adj. *Gloss. S. Germ.*, *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 552. Babiger, stultus. (Adde *Thom.* p. 79.) *Gloss. Isid.* Babiger, stultus. Babigera, stulta. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Babigera, stulta. Babiger, stultus. Etiam *Gloss. Hildeb.*—Vocem addi jussit *Bailey*, sed parum confirmavit.

BĂBURRUS, a, um, adj. *Gloss. S. Germ.* Baburra, stulta (male stultitia), inepta. Baburrus, stultus, ineptus. *Isid. Or.* 10, *litt. B*, et *Gloss. Paris.* Baburrus, stultus, ineptus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Baburrus, stultus. (Adde *Thom.* p. 79.) *Gloss. vet. S. Genov.* Baburrus (male Babarrus), stultus. Baburra, stulta (male stultitia). — Pauca habet *Forcell.*

BACĀRIUM, ii, n. *Gloss. Pith.* Bacarium, vas aquarium. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Baccarium, vas aquarium. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 79. Baccharium, vas vinarium. (Nempe a Baccho deducit.) *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Bagarium (*sic*), vas aquarium. Cf. *Forcell.* in v. BACAR. (Exstat gallica vox non multum absimilis, *baquet.*)

BACCAL, n. *Gloss. Isid.* Baccal, in quo mortui deferuntur. Vid. BACCAULUM.

BACCĀRIUM. Vid. BACARIUM.

BACCAULUM, i, n. *Gloss. Pith.* Baccaulum, in quo mortui deferuntur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 79. Bacaulum, feretrum.

BACCHIA, orum, n. pl. Dionysia. *Isid. Or.* 1, 16. Bacchius appellatus est eo quod isto pede bacchia, id est Liberi sacra, celebrabantur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 79. Bacchium, festum Bacchi, orgium, etc.

BACCHIĂCUS, a, um, adj. Bacchius. *Terent. Maur. De Met.* v. 1027. Hoc metrum choriambicum est, Quod pars bacchiacum vocant.

BACCHĬGĔNUS, a, um, adj. A Baccho editus. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 368. Rustica bacchigenis intentans arma novellis.

BACCHO, as, are, n. Bacchor. *Commod.* 32, 7. Auro licet censeantur, bacchent aulica semper.

BACCHȲLĬDIUM metrum, n. (Βαχχυλίδης, Βαχχυλίδειος). *Serv. Centim.* p. 1819, *Putsch.*

BACCIA, æ, f. *Gloss. Pap.* Baccia, primum a Baccho, quod est vinum, dicta; modo in usum aquæ transiit. *Isid. Or.* 20, 5. Bachia, primum a Baccho, quod est vinum, nominata, postea in usus aquarios transiit. (Sic *Lindem.* Vulg. *bacchia. Arev.* edidit *baccea.*) *Thom.* p. 81. Bachia, parvi urcei. *Id.* p. 262. Bacchea (inter vasa vinaria). — Adspiratio a falsa dictionis origine fluxit.

BAFER, fra, frum, adj. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Bafer, grossus *Thom.* p. 79. Bafer, grossus, turgidus. *Gloss. vet. S. Genov.* Bafer, agrestis. *Bafra* scribitur in *Glossar. arab. latin.*

BAGARIO, onis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bagario, urceoli genus.

BAJŬLUS, a, um, adj. Qui portat. *Cypr. Ep.* 1. Dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines bajulas repunt.

BALASTRUM, i, n. *Gloss. Isid., Gloss. Pith., Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Balastrum, balneum.

BALIO, onis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Balio, manus palma.

BALLĀTIO, onis, f. Saltatio (unde gall. *ballet*). *Gloss. Isid.* Choreis, ballationibus.

BALLĒMATIA, æ, f. Actus ballandi vel saltandi. *Isid. Or.* 3, 22. Cymbala dicta quia cum ballematia simul percutiuntur. Ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.

BALLĒMATĬCUS, a, um. Vid. v. præced.

BALNEĀRE, is, n. Balneaticum. *Gloss. Isid.* in v. CAPTURA. Ubi sedet actuarius, qui balneare exigit. (Subauditur *æs*, ut cum v. *balneaticum.*)

BALTEO, as, are, a. *Gloss. Isid., Gloss. Vat.* t. VI, p. 510, et *Gloss. Hildeb.* Balteat, cingit. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 74. Balteare invenitur pro cingere. *Gloss. Paris.* Cingit, baltheat, circuit, ambit.

BAMBALIUM. Vid. BOMBALIUM.

BAMBALO, onis, m. Blæsus (*bègue*). *Cassiod. Orth.* 6. Bambalo, ψελλιστής. (Quod eodem capite iteratur.) *Gloss. Cyril.* Ψελλιστής, vambal (l. bambalo). — Nescio an *bambalio* legendum sit: quod proprium nomen est ap. *Cic.*

BAMBER, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bamber, arena.

BAMBIS, is, m. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 510. Bambis, arena. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bambis, arena (male aranea). — Bamber et Bambis idem esse videntur, ut *Vomis* et *Vomer.*

BAMBUM, n. Vid. v. seq.

BAMMUM, i, n. *Cassiod. Orthog.* 5, p. 612. Bammum vel ὀξυτάριον (*sic*). *Cang.* « Bambum. *Gloss. gr. lat. ms.* Ὀξύγαρον, acetarium, bambum, tinctorium. *Bambum* pro *bammum*, ex græco βάμμα, unde *bambatus* apud *Colum.* et *Apul.* Vid. *Forcell.* in v. BAMBATÆ. » Hæc *Cang.* Apuleii autem locum ignoro, et ex edd. Columellæ, 12, 34, jamdiu *bambatus* exsulat. Ipse tamen *Schneid.* testatur in libris esse *decem bambatæ* : pro quo nunc legitur *decem embammata.* Cangium tantum exscribit *Thes. græcæ Ling.* Etiam in *Gloss. Cyril.* « Ὀξύγαρον, acetarium. » Sed ὀξύγαρον est liquor, non vas. Forte ὀξυγάριον vel ὀξυάριον.

BARBĂRIZO, as, are, n. Barbare loquor (βαρβαρίζω). *Boet. Aristot. Elench. sophist.* 1, 3, p. 734. Hoc autem est facere secundum locutionem, barbarizare ex oratione. Conf. *Cang.*

BARDALIA, æ, f. Vid. SCULPICIA.

BARGELLA vel BARGILLA, æ, f. *Gloss. vet. S. Genov.* Mantica, bargila. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Mantica, bargila, bisaccia. Cf. *Gloss. Pap.* et *Cang.*

BARGINNA, æ, m. Vespillo. *Gloss. Philox.* Barginna, νεκροφόρος. Προσφώνησις βαρβαρική. *Gloss. Cyril.* Bargina (*sic*), προσφώνησις βαρβαρική. (Excidit interpretatio.) *Vel. Long. De Orthog.* p. 2245. Bargina, non Barginna. Cf. *Cang.*

BARIPTOS. Vid. v. seq.

BAROPTIS, is, f. Gemmæ genus. *Isid. Or.* 16, 11. Baroptis nigra est cum sanguineis et albis notis. (Sic *Lindem.* Alii *bariptos.* Lapis idem videtur qui ap. *Plin.* 37, 10, 35, *baroptenus* vel *barippe.*)

BARRIA, æ, f. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Barria, regula, norma, rubrica.

BĂRȲTŎNUM verbum, n. Quod accentum in ultima syllaba non habet. *Macrob. De*

Verb. p. 2761 (*Putsch.*). Quod si sint de barytono. *Ib.* p. 2739. Barytona eumdem numerum servant.

BĂSĒLUS, i, m. *Isid. Or.* 19, 1. Phaselus est navigium, quod nos corrupte Baselum dicimus. *Gloss. vet. S. Genov.* Baselum et Phaselum unum est : genus enim navigii. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 511. Baselum et Phaselum unum est : navigii genus.

BĂSĬLIA, f. Vid. BASILLA.

BĂSĬLISSA, æ, f. (βασίλισσα). *Gloss. S. Germ.* Basilissa, imperatrix. *Gloss. vet. S. Genov.* Basilissa seu Basilla regina dicitur. *Johan. de Jan.* Basilissa, regina.

BĂSILLA, æ, f. *Gloss. Hildebr.* et *Thom.* p. 81. Basilla, regina. (Et vid. v. præced.) — Melius *Gloss. Labb.* Basilia, i. e. βασίλεια, ut notat *Hildeb.*

BASSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Bassus, crassus. Bassus, pinguis, obesus. *Gloss. Paris.* Bassum, pingue, obesum. *Gloss. Cyril.* Παχύς, bassus, grossus, crassus. *Johan. de Jan.* Bassus, non altus, quia pinguedo non sinit multum in altum crescere. Cf. *Cang.* (Inde gall. *bas.*)

BATTĀLIA, n. pl. Vid. v. seq.

BATTUĀLIA, n. pl. *Cassiod. Orthog.* 5, p. 612. *Bat* in uno tantum nomine reperi generis neutri, pluraliter enuntiato, id est *battualia*, quæ vulgo *battalia* dicuntur.... Exercitationes autem militum vel gladiatorum significant. Inde etiam *Battuatores*, τοὺς βασανιστάς, dici puto. *Incert.* in *Analect. Gramm.* p. 100. Hæc *battualia*, αἱ γυμνασίαι τῶν μονομάχων.

BATTUĀTOR, oris, m. Vid. v. præced.

BAUCĀLIS, is, m. (βαύκαλις et βαυκάλιον). Vas fictile (unde gall. *bocal*). *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 16. Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 511. Baucalem, gellonem (l. gillonem). *Gloss. Isid.* Baucalem, gillonem (ubi male Baucatem, gellonem). *Gloss. vet. S. Genov.* Baucalem, gillonem (male Boncale gellanem), ubi infusa fit. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 552. Baucadem (*sic*), gellonem, ubi infusa fit. *Gloss. Hildeb.* Baucalem, gallonem (*sic*). Cf. *Cang.*

BEĀBĬLIS, e, adj. Qui beatitudinem affert. *Ven. Fort.* 2, 4, 17. In te pia brachia Christi Affixa steterant, et palma beabilis in hac.

BEĀTĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Prosp. De Vit. contempl.* 9. Et suam (gloriam) perfecte beatificata visura est. — Hinc *Notis Tiron.* accedit auctoritas.

BĒCHĬCUS, a, um, adj. (βηχικός). Tussicularis (gall. *béchique*). *Cæl. Aur. Acut.* 1, 17. Potandos dicit ægrotos tussiculari medicamento quod bechicum appellant.

BĒLŎCŬLUS, i, m. (Belus, oculus). Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 10. Beloculus albicans pupillam cingit, nigra medio aureo fulgore lucentem, et propter speciem, Assyriorum regi dicatam : unde et appellata.

BĔNĔFĬCIĀLIS, e, adj. Beneficus. *Cassiod. Var.* 2, 30. Beneficialem esse principem licet. *Ibid.* 2, 39; 11, 40.

BĔNĔLŎQUENS, tis, part. et adj. Disertus. *Boet. In Aristot. de Interpr. ed. sec.* p. 430. Socrates beneloquens est.... Quisquis audit Socratem beneloquentem esse. — Sic nos Galli dicimus *bien-disant.* Et uno verbo Latini : *maleloquor*, *maleloquus.*

BĔNĔNĀTUS, a, um, adj. (Uno verbo scriptum fuisse, indicat nomen proprium, vel ap. *S. Greg. Ep.* 2, 60, *Ind.* 11. Scripta fraternitatis tuæ, Benenato ecclesiæ tuæ clerico deferente, suscepi.)

BĔNĔPLĂCEO, es, ui, itum, ere, n. Valde placeo. *Vulg.* 1. *Corinth.* 16, 2. Quod ei beneplacuerit. *Ibid. Rom.* 12, 2. Voluntas Dei bona et beneplacens.

BĔNĔPLĂCĬTUM, i, n. Libitum (gall. *bon plaisir*). *Vulg. Ephes.* 1, 9. Secundum beneplacitum ejus.

BĔNĔPLĂCĬTUS, a, um, part. Valde acceptus. *Vulg. Eccli.* 34, 21. Non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum.

BĔNĔVENTĀNUM, i, n. (Beneventum). Alutæ genus. *Gloss. Cyril.* Δέρματος εἶδος, Beneventanum. *Ibid.* Εἶδος δέρματος Βαβυλωνικοῦ, Beneventanum. — Nescio an huc referendus sit *Beneventanus sutor* (scil. Vatinius sutor, ap. *Juv. Sat.* 5, 46, et *Mart.* 14, 96), qui maximas opes comparaverat. *Pelles Babylonicæ*, quas Beneventani imitabantur, notæ vel ex *Marcian. Dig.* 39, 4, 16.

BESTIUS, a, um, adj. Bestialis, brutus. *Commodian.* 34, 17. Non requiris eam,

sed sic quasi bestius erras. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 592. Truculentus, sævus, crudelis.... feralis, bestius. Etiam *Johan. de Janua.* — *Bestius* nomen proprium est ap. *Pers.* 6, 37.

BĬBĬTIO, onis, f. *Gloss. Paris.* Bibitio, potatio. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 526. Haustum, bibitionem.

BĬBŌNIUS, ii, m. Bibax. *Gloss. Philox.* Bibonius, πολυπότης.

BĬCĬNIUM, ii, n. (bis, cano). Cantus duarum vocum. *Isid. Or.* 6, 19. Quum vero duo canunt, bicinium appellatur. *Gloss. arab. lat.* in v. SICINIUM.

BĬCORS, ordis, adj. Duplici corde præditus. *Commodian.* 11, 8. Officio vervecis potuit (Apollo) scire bicordem (Cassandram).

BĬDENTO, as, are, a. *Gloss. Paris.* Bidento, fodeo (fodio). *Gloss. S. German.* Bidentare, fodere. — Vocem *Bidentatio* addidit *Bailey.*

BĬDĬGĬTUS, adj. m. Qui duo digitos habet. *Bed. De Numer.* t. I, p. 102. Item digito composita : Bidigitus, tridigitus, etc.

BĪDUĀNUS, a um, adj. Qui duorum dierum spatio durat. *Cassian. Cœnob. Inst.* 5, 5. Triduana vel biduana inedia. *Alcim. Avit. Ep.* 70. Gloriæ vestræ biduana occupatione detentus. — Vocabulum auctoritate caret apud *Forcell.*, quum explodat locum *Livii*, 27, 24.

BĬFĀRIĒ, adv. Bifariam. *Cassiod. De Orat.* 1, p. 601. Qualitas bifarie dividitur in ea pronomina quæ vocantur finita.

BĬFURCĀTUS, a, um, adj. Bifurcus (gall. *bifurqué*). *Onomast. lat. gr.* Bifurcatus, ἀμφίσταυρος.

BĬFURCIUM, ii, n. (bis, furca). Bivium. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 263. Si *B* in termino inveneris, bifurcium ostendit. (Galli dicimus *bifurcation.*)

BĬGĂMIA, æ, f. (διγαμία). Novæ nuptiæ. *Hier. Epist.* 85, *Ad Sabinam.* Concessit (apostolus) bigamiæ præcepta non bona. (Sed ed. Bened. *digamiæ*, ut jam paulo ante, *plantarium digamiæ.*) Cf. *Cang.* in v. BIGAMI. — Gallica vox *bigamie* in malam partem usurpatur.

BĬGĂMUS, a, um, adj. (δίγαμος). Qui novis nuptiis jungitur. *Hier. Epist.* 35, *Ad Nepotian.* Qui de monogamia sacerdos est, quare viduam hortatur ut bigama sit? *Ambr. De Dignit. sacerdotal.* 4. Prohibet bigamum episcopum ordinari. *Isid. Or.* 9, 8. Bigamus et Trigamus a numero uxorum vocatus. Et *S. Greg. Ep.* 2, 25. *Thom.* p. 76. Bigamus, qui duas habuit uxores. Cf. *Cang.* — Inde apud nos vox *bigame*, sed cum notione delicti.

BĬGĔMĬNUS, a, um, adj. Geminus. *Poet.* ap. *Mar. Vict.* p. 2572. Equum sub aurata juga media bigemina.

BĬGERA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 79. Bigera, vestis villosa. *Gloss. Isid.* Bigera, vestis gufa vel villata. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 553. Bicerra (*sic*), vestis gufa. *Gloss. Pap.* Bigera, vestis gufa, id est valua (scil. *velue*), quæ et bilis dicitur. (Hæc non sana videntur.) — Cf. *Forcell.* in v. BIGERRICA.

BĬGERMĬNIS, e, adj. *Gloss. Paris.* Bigerminis (male Bigermen), e duobus seminibus germinatum. Cf. *Johan. de Jan.*

BIGRĂDUS, us, m. Duo gradus. *Gloss. Cyril.* Δίβαθμον, bigradum.

BĬLAMNA, æ, f. *Vital.* in *Gromat. vet.* p. 352. Constituimus in bilamnis et olivastellum, in ipsis bilamnis fossatum fecimus. — Quod exscribo, non enucleo. Ipse *Furlan.* nihil extricat.

BĬLONGUS pes, m. Spondeus. *Mar. Vict.* p. 2486.

BĪNŎCŬLUS, adj. m. Qui duo oculos habet. *Bed. De Numer.* t. I, p. 102. Item ab *oculo* composita : Monoculus, binoculus, centoculus. (Inde gall. *un binocle.*)

BĬPARTIOR vel BĬPERTIOR, iris, iri, d. Bipartio. *Onomast. lat. gr.* Bipertior, διχάζω. — Mirum est deponentis formam in scriptoribus non comparere.

BĬPARTĪTĒ, adv. Bipartito. *Boet. Aristot. Top.* 6, 5, p. 709. Ut parem numerum definivit qui bipartite secatur; nam et bipartite sumptum et a duobus quæ paria sunt.

BĬPARTĪTIO vel BĬPERTĪTIO, onis, f. Divisio in duas partes. *Aggen.* in *Grom. vet.* p. 65. Omne genus controversiarum ex quadam materiali bipertitione generatur. Constat autem hæc bipertitio aut in fine, aut in loco.

BĬPĂRUS, a, um, adj. Qui geminos parit.

Onomast. lat. gr. Biparus, δίτοκος. — Magis conveniat exhibere femin. *Bipara.*

BĪPĔDIA, adj. pl. n. *Aug. De Morib. Manich.* cap. 9. Animalia in illis singulis nata elementis, serpentia in tenebris, natantia in aquis, volatilia in ventis, quadrupedia in igne, bipedia in fumo. *Ibid.* Animalia bipedia tam firmam... vim habuisse oculorum.— Quod omissum a Lexicis in v. BIPES.

BIPLEX, icis, adj. *Gloss. Isid.* Biplex, duplus. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 81. Biplex, duplex. *Gloss. Cyril.* Διπλοῦς, biplex, duplex, duplus.

BIPLĬCĬTAS, atis, f. *Gloss. Isid.* Biplicitas, duplicitas. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 81, idem habet.

BIRRUM, BYRRUM vel BIRRHUM, i, n., et BIRRUS, i, m. Quoddam lacernæ genus. *Birrus* ab *Isid. Or.* 19, 24, inter pallia virorum recensetur, sed nulla addita interpretatione. *Aug. Serm.* 356, 13, *De Vita et Morib. Cleric.* (t. V, p. 1389). Nemo det byrrhum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune. *Sulp. Sev. Dial.* 1. Illa (virgo) ut byrrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam. *Edict. Diocl.* p. 20. Pro birro qualitatis primæ. *Cod. Theod.* 14, 9, 3. Aut byrris uti permittimus aut cucullis. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 8, 145. *Santonico cucullo*, id est birro gallico; nam apud Santonas, oppidum Galliæ, conficiuntur. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 1. Birrum suum posuit. *Isid. Regul. Monach.* 12. Porro linteo non oportet monachum indui; orario, birris, planetis non est fas uti. *Gloss. Pith.* et *Gloss. vet. S. Genov.* Amfibalum, birrum villosum. *Thom.* p. 79. Birrum (male Birrium), grossum vestimentum. — Vocem pluribus exponit *Forcell.*, exemplis autem vix confirmat. || Adjectivum. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hild.* Birrus, rufus. *Gloss. Pith.* Birrus, rufus, πυῤῥός.

BĪSACCIA vel BĪSĀCIA, æ, f. Bisaccium (ital. *bisaccia*, gall. *besace*). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 533. Mantica, bisacia. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Mantica, bargila, bisaccia. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 511. Bisaccia, mantica. *Gloss. Paris.* Bisacia, sarcina, mantica (male mandica). Cf. *Cang.*

BISDIĂPĀSON, ind. Disdiapason (gall. *double octave*). *Boet. Music.* 1, 16, p. 1379. Bisdiapason quadrupla collatione perficitur : 2, 4, 8. *Id.* p. 1376.

BĪTEMPŎREUS, a, um, adj. Qui duo tempora habet. *Prisc.* p. 753. Omnes voces bitemporeas, id est διχρόνους.

BĪTHȲNIARCHA, æ, f. (βιθυνιάρχης). Rector Bithyniæ. Quod certo conjicere licet ex voce seq.

BĪTHȲNIARCHIA, æ, f. (βιθυνιαρχία). Bithyniæ administratio. *Dig.* 27, 1, 6. Provinciæ sacerdotium, ut asiarchia, bithyniarchia, cappadocarchia.

BITORIUS, ii, m. Nomen cujusdam avis (gall. *butor*). *Vet. Grammat. ined. Biblioth. Imper. Paris.* n. 1180. Promiscuum genus est, ut passer, aquila, vultor (vultur), ardea, accipiter, gruis, bitorius, et cetera nomina avium. *Cangius :* « Gloss. Ælfrici : Bitorius vel pintorus Werna. Saxonibus werna est Regulus avis. »

BĪTŪMĬNO, as, are, a. Bitumine induco. *Prosper, Promiss. et Prædict.* 1, 7. Tricameratam facies arcam, et bituminabis intrinsecus. (Quod idem *Vulgata* vertit : *bitumine linies.*) *Onomast. lat. gr.* Bitumino, ἀσφαλτόω.

BIUMBRIS, e, adj. (bis, umbra). Vid. in v. AMPHISCIUS.

BLANDĬFĬCO, as, are, a. Mitigo. *Onomast. lat. gr.* Blandifico, ἠπιάω.

BLANDIO, is, ire, a. Blandior. *Isid. Or.* 3, 19. Suavis (vox), ut animos audientium blandiat. — *Blanditus*, passive, citat *Prisc.* p. 792. Quod exhibet *Forcell.*

BLANDIŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.*, *Gloss. Hild.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 511. Blandiosus, affabilis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 79. Blandiosus, blandus.

BLASPHĒMĀTRIX, icis, f. Quæ blasphemat. *Cassian. Incarn.* 7, 3. Calumnia blasphematrix est. — Masculinum autem *Blasphemator* nusquam video, nec habet *Cang.*, nisi recentissimo exemplo.

BLASPHĒMĀTUS, a, um, part. *Cypr. De Hæretic. baptiz.* Imo et blasphemato Deo patre.

BOĒTHUNTES, m. pl. (βοηθοῦντες). Qui præsto sunt ad succurrendum : titulus fuit comœdiæ Turpilii. *Non.* p. 23. Turpilius Boethuntibus. *Id.* p. 179 et 333.

BŌLĂRIUM, ii, n. (βωλάριον). Parva gleba. Vid. VOLARIUM.

BŎLIS, idis, m. Catapirates (*sonde*). *Vulg. Act. Ap.* 27, 28. Qui et submittentes bolidem, invenerunt passus viginti. Cf. *Johan. de Jan.* — Quem præcipuum sensum omittit *Forcell.*

BOMBALIUM, ii, n. Genus instrumenti musici. *Epithal. Laur. et Mar.* 61 (in *Anthol.* t. II, p. 636). Cymbala, bombalium, cornus et fistula, sistrum.

BOMBĬCO, as, are, n. Bombum edo. *Ven. Fort., Præf. lib.* 1. Sola sæpe bombicans barbaros leudos harpa relidebat.

BOMBIZO, as, are, n. Bombum edo. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 72. Bombizare est proprie apum. *Id.* p. 593, in v. TINNITO. Etiam *Johan. de Jan.*

BOMBŬLUS, i, m. Parvus bombus. *Hier. Ep. Ad Dardan.* (t. II, p. 543). Fistula clamorem magnum.... simul profert cum bombulo. Bombulum doctor ecclesiæ cum Spiritu sancto loquitur.

BOMBȲCĬNĀTŌRES, m. pl. *Gloss. Isid.* Purpuram facientes. Etiam *Thom.* p. 79.

BOMBȲCĬNO, as, are, n. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bombycinare, purpuram facere.

BŎRĬCUS, a, um, adj. Boreus. *Prisc.* p. 1276. Oceanus pro appellativo accipitur quando partes ejus significat, ut si dicam : Atlanticus oceanus, et Indicus oceanus, et Erythræus, et Boricus sive Æthiopicus. — *Lindem.* et *Krehl.* transponunt *Boricus* et *Erythræus*.

BŎRĪNUS, a, um, adj. (βορεινός). Borealis. *Licent. Carm.* 57. Nec fera tempestas Zephyrum, fremitusque borini.

BŎRIUS, a, um, adj. Boreus. *Gloss. vet. S. Genov.* Notios et borios... sicut notus et boreas.

BOSTAR, aris, m. *Gloss. Isid.* Bostar, locus ubi stant boves. *Prisc.* p. 691. Hic bostar, aris. *Char.* p. 25, habet *Bustar.* — Cf. *Cang.*

BOTONTŌNES, um, et BOTONTĪNI, orum, m. pl. Parvi tumores aggesta terra excitati. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 361. Botontones finales invenies. *Ib.* p. 315. In trivio tres botontinos. *Item*, p. 352, et passim. Cf. *Cang.* (Inde vocabula Italorum *bottone*, *bottoncino*, et Gallorum *bouton*, *bout*, videntur deducta.) — Paucula habet *Forcell.* in v. BODONES.

BOTRAX, acis, m. Serpentis genus. *Isid. Or.* 12, 4. Genera lacertorum plura, ut botrax, salamandra, saura, stellio. Botrax dicta quod ranæ habeat faciem. Nam Græci ranam Βότραχα (*Arev.* Βάτραχον) vocant.

BOTRŌSUS, a, um, adj. Racematus. *Isid. Or.* 17, 8. Frutex ejus (amomi) botrosum semen reddens sibi connexum, etc.

BOTRUS, i, m. (βότρυς). Racemus uvæ. *Vulg. Deut.* 32, 32. Uva eorum uva fellis et botri amarissimi. *Aug. Serm.* 1 *in Pent.* Jam enim fuerat magnus botrus ille calcatus. *Hier. Ep.* 108, n. 11, citante *Furlan.* Exploratores botrum miræ magnitudinis portaverunt. *Isid. Or.* 17, 5. Acinus botrus est. *S. Greg. Ep.* 7, 32, *Ind.* 2. Botri vinearum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 80. Botryo, botrus, uva. || Racemus (de aliis rebus). *Isid. Or.* 16, 2. Fit autem nunc alibi in speluncis (chalcanthum), quod liquide collectum, dehinc diffusum, in quosdam solidatur botros.

BOTRUUS, i, m. Botrus. *Epigr.* in *Anth.* t. II, p. 370. Cum botruis captum rete ferens leporem.

BOVUS, i, m. *Charis.* p. 58. Bovus non nisi singularem numerum capit; nam pluralem nemo dixit. — Hoc vero quid sit, non assequor.

BRĂCHĪLE, is, n. Succinctorium ex humeris utrinque dependens, quod fusius describit *Isid. Or.* 19, 33. Cf. *Cang.*

BRĂDȲPŪS. Vid. GRADIPES.

BRANCA, æ, f. Branca lupi vel ursi est vestigium horum animalium (*patte figurée sur une limite*). *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 309. (Ubi sequitur *ungula equi.*) Cf. *Cang.* — Alio sensu dicimus *branche*, non tamen sine analogia, quam rami sint arboris quasi digiti.

BRANDEUM, i, n. Palla serica vel lintea, qua sanctorum reliquiæ involvi solebant. *S. Greg. Ep.* 3, 30. Sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur. *Ibid.* Prædictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus inciderit, et ex ipsa incisione sanguis effluxerit. *Thom.* p. 239. Fa-

citergium.... mappula, gausape, orarium, brandeum, etc. Cf. *Cang.*

BRASSĬCUM, i, n. Brassica. *Paul. Nol. Carm.* 25, *sub fin.* Quam bene mutavit (area) speciem! post stercoris usum, Marmoris ornatum, Parias post vilia conchas Brassica fert, et splendet aquis quæ sorde nitebat. — Sic in *Collect. Pisaur.* t. V, p. 303. Paulini autem editio *Plantiniana* exhibet *brassicla*, ignotum hactenus verbum. Pro vocabulo *brassica* diserte facit quod poeta supra dixerat : « Et viles olerum cum sentibus eruit herbas. » Ceterum *brassicum* et *brassica*, ut *margaritum* et *margarita*, multaque alia apud seriores.

BRĂVIFER, eri, m. (βραβεῖον, fero). *Gloss. Paris.* Brabeuta, qui palmas dat, vel bravifer. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 511. Brabeuta, bravifer.

BRĔVĬLŎQUIUM, ii, n. Breviloquentia. *Prisc.* p. 754. Juniores vero, gaudentes breviloquio, per circumcisionem protulerunt. *Fulg. Mythol.* 1, *Præf. ad fin.* Platonis auratum eloquium, et Aristotelis syllogismaticum breviloquium.

BRISCA, æ, f. Favus. *Gloss. Paris.* Favum, mel in brisca. *Johan. de Jan.* Brisca, favus, unde mel elicitur. Cf. *Cang.*

BROCA, æ, f. *Gloss. Paris.* Broca, belua (*sic*) maritima. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 80. Broca, bellua marina. Et *Gloss. Pap.*

BRŌMŌSUS. Vid. BRUMOSUS.

BRONCHIA, orum, n. pl. (βρόγχια, gall. *bronches*). *Cœl. Aur. Acut.* 2, 28. Pulmonis partes arteriæ adhærentes, quas appellant bronchia.

BRONTIA, æ, f. (βροντία). Gemmæ genus. *Isid. Or.* 16, 14. Brontia a capite testudinum, e tonitribus cadere putatur, et restinguere fulminis ictus. — Sic *Lindem.* Vett. edd. *Bronia.... cadi* putatur. (Passivum *cadi* Noster scribere potuit.) Sed certissime legendum *brontia,* quam gemmam memorat et *Plin. H. N.* 37, 65, 1.

BRŪCŌSUS vel BRŪCHŌSUS, a, um, adj. Brucis abundans, et inde sterilis. *Bed. Eccl. Hist. gent. Angl.* 5, 18. Neque enim brucosa, sed herbosa et florida soli illius est qualitas.

BRŪMŌSUS, a, um, adj. Hiemalis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 81. Brumosus, frigidus, algidus. *Gloss. Paris.* Brumosus annus, ruinosus (forte pruinosus) annus. — *Forcell.*, qui recte v. *Bromosus* loco suo exhibet, hoc confundere videtur cum voce *Brumosus*, quam ignorat. Imo cum *Cœl. Aurel.* (caro bromosa) facit *Gloss. Paris.*, ubi legitur : *Bromosa*, immunda.

BRUNDA, æ, f. Caput cervi. *Isid. Or.* 15, 1. Brundisium autem dictum est græce, quod brunda caput cervi dicatur. *Fest.* Brundisium quidam poetæ, brevitatis causa, Brundam dixerunt. — Locus *Isidori* citandus fuit, ut sensus verbi nosceretur, et *Festi* varias lectiones negligeremus. Ceterum græca etymologia nos latet.

BRUNICUS, i, m. Mannus. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Mannus equus brevior est, quem vulgo brunicum vocant. *Isid. Or.* 12, 1. Mannus equus brevior est, quem vulgo brunitum vel brunitium vocant. (In quo *vel brunitium* glossam sapit.) Lege *brunicum*, quod nonnulli codices exhibent et unice verum agnoscit *Cang.* Ediderunt *Arev.* et *Lindem.* buricum : quod nolim. Non diffiteor occurrere in *Gloss. Pith.* Mannus, barricus (burricus); et in *Gloss. Isid.* Mannulus, caballus, buricus; sed *Brunicus* et *Buricus* duo verba sunt, quæ idem innuunt. Illud autem ad adjectivum nostrum *brun* refert *Cang.*

BRUNITUS. Vid. v. præced.

BŪBĂLUS, a, um, adj. Ad bubalum pertinens. *Vulg.* 1. *Paral.* 16, 3. Et divisit.... partem assæ carnis bubalæ.

BŪCĪDA, æ, m. (bos, cædo). *Gloss. vet. S. Genov.* Bucida, qui boves cædit. Item *Thom.* p. 79, sed corrupte : Boscida, qui boves scindit. Cf. *Cang.*

BŪCŎLISTA vel BŪCŎLISTES, æ, m. (βουκολιστής, ut conjicere licet). Qui bucolicum carmen canit. *Diom.* p. 484. Nonnulli.... quos lydistas et bucolistas appellaverunt.

BŪFĂLUS, i, m. Genus bovis feri. *Ven. Fort.* 7, 4, 21. Seu validi bufali ferit inter cornua campum. (In quo prima male corripitur.) — Gallice *buffle*.

BULLUM, i, n., seu BULLUS, i, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bullum, baculum pastoris. (De vera lectione dubito, ut *Cang.*)

BURBALIA, n. pl. *Gloss. Isid.* Burbalia,

intestina. *Glossar. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 553. Burbalia, intestina majora.

BURCA vel BURGA, æ, f. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 512. Burca, cloaca. *Gloss. Paris.* Burca, clauaca (*sic*). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Burga (*sic*), cloaca.

BURDĀTIO, onis, f. Pensio nummaria quæ a rusticis pensitabatur prædii nomine, quod *burdam* seu *bordam* vocabant. *S. Greg. Ep.* 1, 42. Præterea cognovimus quod prima illatio burdationis rusticanos nostros vehementer angustat. *Ibid.* Cognovimus etiam rusticos burdationem, quam jam ab eis exactam Theodosius minime persolverat, iterum dedisse, ita ut in duplo exacti sint. Cf. *Cang.*

BURRA, æ, f. Vestis crassior (gall. *bure*). *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 407. Nobilis horribili jungatur purpura burræ. *Glossæ biblicæ ms.* ap. *Cang.* Stupa lini, burra lanæ purgamentum est.

BŪSĔQUUS, i, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 80. Bussequus (*sic*), bubulcus, sequens boves. — In Lexicis tantum est *busequa* vel *bubsequa*.

BUSSŬLA, æ, f. (ital. *bussola* vel *bossola*, gall. *boussole*). *Johan. de Jan.* Pyxis, bussula. *Thom.* p. 477. Pyxis, bussula (male bustula). *Id.* p. 401. Onyx, bustula, pyxis. Cf. *Cang.* — *Bussula, buxula*, a. v. *buxum.* Vox sane recentior, sed linguæ nostræ utilis interpres.

BUSTUO, as, a., vel BUSTUOR, aris, d. Uro (corpora). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Bustuantes, sepelientes. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 512. Bustuantes, funestantes, sepelientes. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 553. Bustantes (*sic*), funestantes. *Gloss. Hildeb.* Bustantes, sepellientes (*sic*).

BŪTYR, n. Butyrum. *Ven. Fort.* 11, 23, 6. Omnia sumendo : lac, olus, ova, butyr. (In quo prior male corripitur.) Lac niveum butyrque novum cum melle comedit. (Sic enim emendo, pro vulg. *butyrum.* Quem versum injuria *T. Valgio* quidam tribuunt, ut videas ap. *Forcell.* Sic vero correctus, duplici mendo emaculatur, quum *bu* et *ty* perperam corriperet. *Incerti Carm.* ap. abbat. *Le Bœuf*, citante *Cang.*, exhibet : buturque ministrat.) — Inde Germanis *butter.*

C

CĂBALLA, æ, f. Equa (gall. *cavale*). *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 628, *Epigr.* 186. (Obscene dictum de femina.)

CĂBALLĀRIUS, ii, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Primivirgius, caballarius, quod primæ est militiæ. (Scil. gall. *chevalier.*) *Gloss. Philox.* Caballarius, κέλης, ἱππεύς. Cf. *Cang.*

CĂBALLĀTOR, oris, m. *Gloss. arab. lat.* p. 704. Eques, caballator.

CĂBO, onis, m. *Gloss. Paris.* Cabo, caballus, sonipes, equus. *Gloss. Plac.* p. 451. Cabonem (male Cabonum), equum castratum, quem caballum nos dicimus. *Gloss. vet. S. Genov.* Cabo, cabonis, caballus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 512, et t. VII, p. 553. Cabo, caballus. Et *Gloss. Isid.*

CĂBUS, i, m. (κάβος). Chœnix. *Vulg.* 4. *Reg.* 6, 25. Donec quarta pars cabi stercoris columbarum venundaretur quinque argenteis.

CĂCŎMĔTER, tra, trum, vel CĂCŎME-

TROS, on, adj. (κακόμετρος). Qui contra metrum peccat. *Prisc.* p. 1322. Quos (iambos) cacometros vocant.

CĂCŎPHĒMIA, æ, f. (κακοφημία). Nomen cujusdam schematis. *Sacerd.* in *Analect. gramm.* p. 39.

CĂCŎSYSTĂTUS, a, um, adj. (κακοσύστατος). Qui non firmiter consistit. *Cur. Fortun.* 1, p. 55. Cacosystatæ materiæ.

CĂDĬTUR, passiv. imperson. a. v. Cado. *Aug. De Dono Persever.* 1. Finem autem dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur.

CĀDŪCEĀRIUS, ii, m. *Gloss. Paris.* Caduciarius (*sic*), caduceator.

CÆCŬLA, æ, f. Genus serpentis. *Isid. Or.* 12, 4. Cæcula, eo dicta quod parva sit et non habeat oculos.

CÆLĬGER, etc. Vid. COELIGER, etc.

CÆRĔMŌNIOR vel CÆRĬMŌNIOR, aris, ari, d. Cærimonias celebro. *Aug. Serm.* 309. Jusserunt te sacratissimi principes cærimoniari. Cf. *Cang.*

CÆRŬLEUS, i, m. Canis marinus. *Isid. Or.* 12, 2. Cærulei a colore appellati. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 554. Cæruleus, bestia marina. *Boet. De Divis.* p. 639. Marinus canis, qui, in immoderatam corporis magnitudinem crescens, cæruleus appellatur.

CÆSĀLIS, e, adj. Cæsuræ aptus. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 306. Lapis Tiburtinus cæsalis dicitur. (Sic omnes.)

CÆSAR, aris, adj. (Cf. *Plin.* inf. in v. CÆSO.) *Spart. Ver.* 2. Qui hoc solum nomen indeptus est, Cæsarem, vel ab elephanto, qui lingua Maurorum *cæsa* dicitur, in prœlio cæso, eum qui primus sic appellatus est, doctissimi et eruditissimi viri putant, vel quia, mortua matre, ventre cæso sit natus. *Non.* p. 556. Cæsares dicti qui cæsa matre nascuntur. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 286. Cæsar, vel quod cæso matris ventre natus est, etc. (Fere iisdem verbis ac *Spartian.*) *Isid. Or.* 9, 3. Cæsar dictus quod mortuæ matris suæ utero prolatus sit, vel quod cum cæsarie natus sit, etc. — De nomine proprio fere agit *Forcell.*

CÆSĂRIĀTIM, adv. *Onomast. lat. gr.* Cæsariatim, συντόμως. — Quod equidem non assequor : proprie dictum velim.

CÆSĬTAS, atis, f. Cæsius color. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 31. Ut cæsitas oculorum, vel flava cæsaries, vel corporis proceritas. *Id.* p. 176.

CÆSO, onis, f. Ut cæsar. *Plin. H. N.* 7, 7, 1. Cæsar a cæso matris utero dictus : qua de causa et cæsones appellati. *Fest.* Cæsones appellantur ex utero matris exsecti. *Isid. Or.* 9, 3. Qui exsecto utero eximebantur, cæsones et cæsares appellabantur.

CÆSPĬTĀTOR. Vid. INCESPITATOR.

CÆSPĬTO, as. Vid. CESPITO.

CĂLABRUM metrum, n. (Calaber). *Mar. Vict.* p. 2578. Metrum quod Græci Calabrum appellant, usurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his verbis solent. (Ubi male *calabrion.*) *Gloss. Vat.* t. VI, p. 513. Calabrum, genus versuum malorum, quasi colobon vel jocularium.

CĂLĂMAUCUS, i, m. Quoddam capitis tegumen. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 525. Galeros, calamaucos. Iterum *Gloss. Isid.* Pileus, calamaucus. *Gloss. Paris.* Galerus, calamaucus. *Ibid.* Pilleum frigium (Phrygium), hoc est calamaucus. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 562. Galeros, calamaucos pelliceos. *Glossar. vet. S. Genov.* Galerus, calamaucus (male galamancus) pelliceus. *Thom.* p. 138. Calamacus (*sic*), mitra. Cf. *Cang.* v. CALAMACEUM, et *Gloss. Pap.* v. PILEUM.

CĂLĂMELLUS, i, m. Parvus calamus. *Arn. In Psalm.* 150. Etiam pudicitiam, quam continentiæ calamellis ab omni rubigine peccati mundantes, Deo sonos mellifluos exhibemus. — Inde gallicum v. *chalumeau.*

CĂLĂMISCUS, i, m. (καλαμίσκος). Parvus calamus. *Eucher. De Exposit. var. rer.* 3. Calamiscos, calamos.

CĂLĂMISTRĀTŌRIUM, ii, n. Acus crinalis. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Acus, calamistratorium.

CALCĀTĒ, adv. Plene. *Boet. De Syllog. categ.* 2, p. 605. Si qua vero desint, in Analyticis nostris calcatius exprimemus.

CALCHISSO, as, are, n. Calchantem imitor, vaticinor. *Cæcil.* ap. *Non.* p. 464. Calchissat hic vicinus.

CALCIS, is, f. Calx (*chaux*). *Ven. Fort.* 11, 11, 10. Quæ loca calcis habet, huc rosa pressa rubet. (De pariete loquitur. — Vulgo *calces*. Sed *e* corripi in talibus, non facile crediderim. Eodem modo *luis*, *tabis*, etc.)

CALCŬLĀTRIX, icis, f. Quæ calculat. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 403. Arithmetica est multitudinis calculatrix.

CALCŬLŌSĬTAS, atis, f. Morbus ejus qui calculos habet. *Gloss. Cyril.* Λιθίασις, calculositas.

CĂLĔFACTĬBĬLIS, e, adj. Qui calefacit. *Boet. In Aristot. De Interp. ed. pr.* p. 729. Quum ignis sit calefactibilis. *Id.* p. 279 et 449 et 450.

CĂLĬCELLUS, i, m. Caliculus. *Theod. Prisc.* 4, 1, p. 311, ed. *Ald.* Admisces passi calicellum plenum. Et exhibet *Cang.* in v. CALIX.

CĂLĬCŬLĀRIUM et sync. CĂLICLĀRIUM, ii, n. Repositorium sustinendis calicibus. *Gloss. Cyril.* Ποτηροθήκη, hoc caliclarium.

CĂLĬDĬTAS, atis, f. Calor. *Onomast. lat. gr.* Calor, caliditas, θέρμη.

CĀLĪGŌSUS, a, um, adj. Caliginosus. *Ven. Fort.* 5, 6, 25. Sed caligosi recubans velaminis umbra. (Recens exemplum est ap. *Cang.*)

CĂLUMMA, CĂLYMMA vel GĂLUMMA, atis, n. (κάλυμμα). Muliebre velamen. *Capel.* 1, p. 18. Ipsa vero (Juno), tecto capite, lacteo quodam galummate prænitebat. (*Grotius* monet *galummate* esse pro *calummate* vel *calymmate*.) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 264. Galumma, candidum capitis velamen. *Ib.* p. 260. — *Forcell.* exhibet v. *Galumma*; sed *Calumma* desideratur, quæ forma præstat.

CALVĀRIŎLA, æ, f. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 5, 48. Ut solent in urbe calices fractos sive calvariolas componere. — De vocabulo nihil ausim affirmare.

CALVASTER, tri, adj. m. Aliquantum calvus. *Gloss. Isid.* Apiciosus, calvus, calvaster. *Onomast. lat. gr.* Calvaster, ἀναφαλαντίας. — Quam vocem jure defendit *Furlan.* ex solo cognomento Julii cujusdam tribuni.

CALVĀTUS, a, um, adj. Calvus factus. *Ambr. Ep.* 9, 71. Ut calvatus (Sampson) tentare ulterius aliquid, damnatus infirmitatis, nequiret. — Dictionis proprie usurpatæ exemplum deerat.

CĂLYMMA. Vid. CALUMMA.

CAMBIO, as, are, a. Muto (ital. *cambiare*, gall. *changer*). *Sic. Flac.* in *Gromat. vet.* p. 151. Emendo vendendoque aut cambiando mutuandoque similia finitionum genera. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 362. Mutuare, alternare, scambiare (*sic*). *Gloss. Philox.* Cambeat, διαλλάσσει. (Male *cacumbeat*, hæsitante librario inter *cambeat* et *cumbeat*). — Lexica habent *Cambire*; sed altera fuit declinatio, quod ostendunt supra memoratæ recentiorum voces. *Cambiare* est ap. *Cang.* Unde *Cambiator*, apud nos *changeur*.

CĂMĔRĀRIUS, ii, m. Cubicularius; procurator, dispensator. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 144. Creditarius, camerarius. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 4, 7. Ordinatis, qui cum eo pergere deberent, episcopis et camerariis. *Ib.* 6, 45. — Camerariorum varia fuerunt, pro locorum et temporum raitone, munera. Cf. *Cang.* Hodieque usitatum apud nos femininum *chambrière*.

CĂMĪNUM, i, n. Caminus. *Aug. Serm.* ap. *Mai. Nov. Patr. Collect.* t. I, p. 4. Quod erat totum caminum sceleris, coquina malitiæ. Cf. *Cang.*

CĂMŎMILLA, æ, f. Herbæ genus (gall. *camomille*). *Plin. Valer.* 3, 2. Camomillam et melilotum aqua infundunt et coquunt. (De qua *Pseudo-Macer*, *De Herb.* Hæc decocta virens oleo camomilla repellit.)

CĂMŎMILLĪNUS, a, um, adj. Confectus ex camomilla. *Plin. Valer.* 3, 2. Camomillinum oleum.

CAMPĀNA, æ, f. Lancis genus (*peson, romaine*). *Isid. Or.* 16, 25. Campana.... duas lances non habet, sed virga est signata libris et unciis, et vago pondere mensurata. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 581. Statera, campana. *Gloss. arab. lat.* p. 702. Campana, statera. || Serius vocem nostram *cloche* significavit. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 591. Tintinnabulum, campana, nola. *Onomast. gr. lat.* Campana, κώδων. Cf. *Cang.*, qui citat ex *Greg. Tur.* Campanarum pulsatio.

CAMPĀRIUS, ii, m. Agrorum custos (gall. *garde champêtre*). *Onomast. lat. gr.* Camparius, ἀγροφύλαξ. Cf. *Cang.*

CAMPŬLUS, i, m. Parvus campus. *S. Greg. Ep.* 10, 12. Campulos cum conduma una. Cf. *Johan. de Jan.*

CĀNASTER, tri, adj. m. Qui canus esse incipit (*grisonnant*). *Gloss. Cyril.* Μιξοπόλιος, canaster.

CANCELLŌSUS, a, um, adj. Cancellatus. *Cassiod. Var.* 5, 42. Cancellosis se partibus occulentes.

CANCĔRĀTUS, a, um, part. *Plin. Valer.* 4, 32. Cum melle tritum (semen pastinacæ) canceratis vulneribus imponitur. *Id.* 4, 51. Ulceribus canceratis subveniunt. Cf. *Cang.*

CANDĬDANS, tis, part. Candidus. *Isid. Or.* 14, 8. Caucasum nivibus densissimis candidantem. *Id.* 16, 10. Reddit solis candidantes radios.

CANDĬDĬTAS, atis, f. Candor. *Alcuin.* p. 1096. Quod eadem vestis candiditatem habet.

CĀNĬFĬCO, as, are, a. Canum facio. *Poet.* ap. *Atil. Fort.* p. 2691. Nec mare canificat, nec agit freta cærula.—*Nec*, pro *hæc mare*, bene emendavit *Ruhnken.*

CĂNŎNĬCĀRIA, æ, f. Coactio argentaria. *Cassiod. Var.* 3, 8. Unde te præsentibus commonemus affectibus ut secundum canonicariæ fidem tempora debeas constituta complere.

CĂNŎNĬCĒ, adv. Secundum canones (gall. *canoniquement*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 14. His igitur tam legaliter atque canonice apud nos gestis. *S. Greg. Ep.* 1, 82. Omnia secundum oblatæ petitionis textum canonice subtili indagatione perquirantur. *Id. ibid.* 2, 25. Canonice ei obedire. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 6. Nam ego canonice assumpturus sum hunc honorem.

CANTĀBĬLIS, e, adj. Qui cantatur (ital. *cantabile*, gall. *chantable*). *Vulg. Psalm.* 118, 54. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ. *Ambr.* in hunc *Psalm.* Omnia legis præcepta cantabilia sanctis sunt. || Translate. Prædicandus, laudandus. *Cassiod. Var.* 2, 40. Quod (psalterium) vir toto orbe cantabilis ita modulatum pro animæ sospitate composuit, etc. *Ibid.* 7, 9.

CANTERMA, æ, f. Incantationis species. *S. Greg. Ep.* 12, 13. Qui.... maleficio, quod vulgo canterma dicitur, quosdam dicit maculatos. — Vox ideo obscura quod plebeia. Faustra *Cang.* conjicit *canterina* vel *cantamina.*

CANTHĂRĀTUS, a, um, adj. Cantharis pictis distinctus. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil.* p. 462. Coccoprasina (vela) cantharata.

CANTHĂRĔDA vel CANTHĂRĬDA, æ, f. Cantharis. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 15. Cantharedarum cataplasmam nimium validam ponens.

CANTĬCA, æ, f. Canticum, cantilena. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 36. Vere, Domina, duas et tres hic modo meas canticas audivi. *Ibid.* Unam de meis canticis. — In *Cangii* Glossario, *Cantica* est Canticorum liber. Legitur enim : « *Canticam* unam cum legendis beatæ Mariæ. » (Testam. an. 1250.)

CANTĬCO, as, are, a. Canto. *Gloss. Laudun.* (sæc. XI). Cantica canticabant. (Jure quidem *Forcell.* verbum *Apuleio* abjudicat; id autem exstitisse non diffitendum.)

CANTĬTĀTIO, onis, f. Cantatio. *Prisc.* p. 1225.

CANTĬTĀTUS, a, um, part. *Prisc.* p. 1225.

CĂPĀBĬLIS, e, adj. Qui contineri potest. *Cassian. Incarn.* 1, 5. Deus enim qui capax est, non capabilis; penetrans, non penetrabilis. (Inde gallica vox *capable.*) || Translate. Capax (*susceptible*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 12. Militiæ atque virtutis capabilem esse Filium Dei dicentes. *Ibid.* 1, 14. Infirmitatis capabilem. *Boet. In Aristot. Prædicam.* 1, p. 141. Eo quod, secundum mutationem suam, capabilis est contrariorum. (Male vulgo *captabilis*. Quod omnibus locum adeuntibus liquebit. Scribit enim Noster *ibid.* Contrariorum *susceptibilis* et *susceptivus.*) Cf. *Cang.*, qui non hæc exempla habet, sed alia multa.

CĂPĀNA vel CĂPANNA, æ, f. Casula (gall. *cabane*). *Isid. Or.* 15, 12. Hanc (casulam) rustici capannam vocant, quod unum tantum capiat. *Gloss. Laudun.* Capannam, quasi unicapiam : quod et tugurium. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

CĂPĒDO, inis, f. *Gloss. vet. S. Genov.* Capedo (male Capdo), studium, vigilantia, industria. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 146. Capedo, studium vel ingenium. || *Gloss. Paris.* Capedo, inter parietes spatium. *Onomast. lat. gr.* Capedo, εὐρυχωρία. Cf. *Cang.*, qui *D. Eulogium* citat. Intercidente

terrarum prolixa capedine.—Qui sensus in Lexicis omittuntur. Inde ortum, ut videtur, *intercapedo*, scil. intervallum, mora.

CĂPILLASCO, is, ere, n. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 513. Capillascit et Capillescit, incipit capillos habere. Cf. *Cang.*

CĂPISTRĀRIUS, ii, m. Qui capistra facit aut vendit. *Inscr.* ap. *Orell.* t. II, p. 249. L. Oppio capistrario.

CĂPĬTĀNEÆ litteræ, f. pl. Majores. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 362.

CĂPĬTŬLĀRE, is, n. Ornamentum capitis. *Isid. Or.* 19, 31. Capitulum est quod vulgo capitulare dicunt. Cf. *Cang.*, qui etiam refert *Capitularis*, m.

CĂPĬTŬLĀRIUM, ii, n. Liber publicarum rationum (*cadastre*) *Gregor. Tur. Histor. Franc.* 9, 30. Ostendens capitularium in quo tributa continebantur. *Ibid.* Accepto capitulario quod anteriores scriptores fecisse memoravimus. Vid. *Cang.*

CĂPĬTŬLĀTA, æ, f. Vasis genus (ut videtur). *Aug. Ep.* 2, 48. Etiam quæ fuerant diligenter occultata, capitulatam argenteam et lucernam argenteam (tradidit). — Sic vulgo, ut et ipse in vetusto codice legi. Locum exhibet *Cang.*, nec vocem exponit. Refert pro var. lect. *capsulam*. Equidem suspicor *capidulam*.

CAPREUS, a, um, adj. *Onomast. lat. gr.* Capreus, caprinus, αἴγειος.— Etsi adjectivi exempla desunt, nomen Caprea hoc innuit.

CAPSĀRIUM, ii, n. Locus ubi recondebantur capsæ quibus reliquias sanctorum servabant. *Testam. Perpet.* Quæ est in capsario meo, thecam.

CAPTĀBĬLIS. Vid. CAPABILIS.

CAPTENTŬLA vel CAPTENSŬLA, æ, f. *Gloss. Isid.* Muscipula, captentula. *Thom.* p. 362. Muscipula, decipula, captentula, etc. || Translate. *Gloss. Isid.* Captentula, captio. *Thom.* p. 146. Captentula, subtilis verborum deceptio. *Capel.* 4, p. 423. Captentulisque ludis illigantibus. (Sic *Kopp.* Item *Thomas*, locum citans, p. 146. Sed *Grot.* edidit *captensulis*, quod probabiliter tuetur. *Cang.* utramque scripturam exhibet.) —*Forcell.* vocem habet, sed proprium sensum omisit.

CAPTĪVĀTIO, onis, f. Captivitas. *Cassiod. Var.* 10, 30. Retinens (elephantus), initio captivationis suæ fuisse sibi noxiam ruinam. Cf. *Cang.*

CAPTĪVĀTUS, a, um, part. Captivus factus. *Prosp. Vit. contempl.* 10. Facile captivat, captivatos oblectat. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 4. Suo crimine captivatus latro. *Bed. De sex ætat. Mund.* t. II, p. 179. Capta Hierusalem et plurimis captivatis.

CĂPŬTIUM, ii, n. Capitium. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 590. Tiara, cuculla, caputium. Cf. *Cang.* (Inde nostrum *capuce*.)

CARAGIUS, ii, m. Divinator. *S. Cæsar. Homil.* 12, p. 95. Præcantores adhibere et caragios sortilegos inquirere. (Ubi *Baluz.* p. 129 : « Concilium *Autisiodor.* an. 578, can. IV. Non licet ad sortilegos vel ad auguria respicere, non ad caragios nec ad sortes.... adspicere. ») Cf. *Cang.*, qui etiam *Caragus* multis exemplis exhibet.

CARBŌNĀRIA, æ, f. Uxor carbonarii (gall. *charbonnière*). Titulus fabulæ Plautinæ fuit, auctore *Prisc.* p. 890.

CARDIĂCE, es, f. (καρδιακή). Cardiacus morbus. *Isid. Or.* 4, 6. Cardiace vocabulum a corde sumpsit, dum ex aliquo tumore aut dolore afficitur.

CARDĬNĀLIS, adj. m. Præcipuus, principalis, primus (de ecclesiasticis dignitatibus peculiariter dictum). *S. Greg. Ep.* 1, 79. Martinum fratrem, et coepiscopum nostrum, ibidem cardinalem constituere sacerdotem. *Ibid.* 2, 9. Nec presbyterum constituas cardinalem. *Ib.* 2, 6. Ut eum cardinalem habere desideretis episcopum. (*Cardinalis episcopus* est quem nos absolute dicimus *cardinal*. Cf. *Cang.* v. CARDINALIS et EPISCOPUS. « Quibus, ut idem *Cang.* memorat, jus eligendi summum pontificem datum est in concilio Romano an. 1059. »)

CARDĬNO, as, are, a. Cardinalem aliquem facio. *S. Greg. Ep.* 3, 13. Eum volumus cardinari. *Ibid.* 5, 11. Cf. *Cang.* (Sic et *Incardino*.)

CARDĬNŬLUS, i, m. Parvus cardo. *Alc. Avit. Ep.* 78. Sigilli duplicis forma geminis cardinulis inseratur.

CĂRENTIA, æ, f. Privatio. *Boet. Arist. Topic.* 3, 2, p. 681. Ut carentia tristitiæ in senectute magis, quam in juventute (eligibilis est). Cf. *Cang.*

CARICO vel CARRICO, as, are, a. Onero (ital. *caricare*, gall. *charger*, ex corrupto *carigare*). *Capitul.* an. 864, ap. *Cang.* Quidquid caricare præcipitur. *Gloss. arab. lat.* p. 702. Carrico, onero. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 547. Suffarcinatus, sub brachio caricatus. — Nemo credat *caricare* recentius verbum esse quam *discaricare*, quod occurrit ap. *Ven. Fort.*

CĂRĪNŬLA, æ, f. Parva carina. *Diom.* p. 507.

CARNĬCŬLA, æ, f. (caro). Frustum carnis. *Gloss. Cyril.* Κρεάδιον, carnicula. — In usu fuisse vocabulum videtur, non vero a *Prisciano* fictum, ut existimat *Forcell.*

CARNŌSĬTAS, atis, f. Corpulentia. *Onomast. lat. gr.* Carnositas, πολυσαρκία.

CARPA, æ, f. Genus piscis fluvialis (gall. *carpe*). *Cassiod. Var.* 4, 2. Destinat carpam Danubius. — Duo exempla recentiorum sunt ap. *Cang.*

CARPĂSIÆ, f. pl. Genus navium. *Isid. Or.* 14, 6. Carpasiæ naves magnæ et spatiosæ. *Id.* 9, 1. Carpasia navis a Carpatho insula nominata. — Si verum etymon, velim *Carpathiæ.*

CARRIO, is, ire, a. Caro (lanam). *Gloss. Isid.* Carrio, divido. *Thom.* p. 142. Carrire, dividere.

CARTALLUS, i, m. (κάρταλλος). Fiscella, corbis. *Vulg. Deut.* 26, 2. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallum. Cf. *Cang.*

CĂSĀLIS, e, adj. Ad casam pertinens. *Innoc.* in *Grom. vet.* p. 312. Finis casalis. *Ib.* p. 315 et 316. || Subst. Casale, n. Locus cum casis. *Innoc. ibid.* p. 315. Et hoc in alio casale impinget. *Ibid.* Multa casalia fundum constituent. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 222. Censæ in integro cum fundis et casalibus suis. *Ib.* p, 228. Casalibus vallatum. Vid. *Cang.*

CĂSELLA, æ, f. Parva casa. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 565. Kasula, kasella modica seu pastorum cubile. (Vox etiam reperitur in *Præcepto Caroli Magni*, an. 773, ap. *Cang.*) || Lupanar. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 264. Gurgustium (male Gurgustia), domuncula, casella. *Id.* p. 361, in v. MERETRICIUM.

CĂSELLŬLA, æ, f. Parva casa. *Ennod. Epist.* 9, 29. Ut de casellulis ipsius, dum ab eis fisci onera derivantur, ad præfatæ (mulieris) alimenta sufficiant.

CASSĬDILIS, is, m. Genus quoddam peræ. *Gloss. Isid.* Cassidilis, pera, marsupium. *Vulg. Tob.* 8, 2. Protulit de cassidili suo partem jecoris. Cf. *Cang.*

CASSĬTĔRUM, i, n. (κασσίτερον). Stannum. *Diom.* p. 315. Plumbum, orichalcum, stannum, cassiterum et aurichalcum. *Avien. Or. marit.* 260. Et Graia ab ipso (monte) lingua cassiterum prius Stannum vocavit. — *Plin. H. N.* 34, 47, 1, κασσίτερον scripsit, etsi edd. latine exhibent.

CASTĬFĬCĀTIO, onis, f. Castimonia. *Arn. In Psalm.* 21. Semen vero nostrum ipsi serviat in castificatione continentiæ.

CASTĬMŌNIĀLIS, is, f. Sanctimonialis mulier. *S. Optat. De Schism. Donat.* 2, 19. Invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerant mulieres.

CĂSŬLŬLA, æ, f. Parva casula (quæ vestis est sacerdotalis). *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 2. Casululam, quam ei sua genitrix fecerat, per ipsum ad artificem componendam direxit. — Cf. *Cang.*, ubi simul referuntur *casula*, *casulula*, *casubula*, *casubla*. Hinc gallica vox *chasuble.*

CĀSŪRA, æ, f. Casus. *Onomast. lat. gr.* Casura, πέσημα. Cf. *Cang.*

CĂTĂ, præp. (κατά). Secundum, ad, per. *Vulg. Ezech.* 46, 14. Et faciet sacrificium super eo cata mane. *Ib.* 15. *Gloss. Paris.* Cata, juxta, secundum. *Thom.* p. 149. Cata, secundum vel adversus.

CĂTĂBŬLUM, i, n. (κατάβολον). *Gloss. Pap.* Catabulum, clausura animalium, ubi desuper aliquid jacitur. *Damas.* ap. *Cang.* Damnatus est in catabulo.

CĂTĂCHRĒSIS, is, f. (κατάχρησις). Abusio, tropi genus. *Charis.* p. 242. (Sed hic græce potius scribendum.) *Sacerd.* in *Anal. gram.* p. 39; *Isid. Or.* 1, 36.

CĂTĂCUMBA, æ, f. Crypta sepeliendis corporibus (gall. *catacombes*). *S. Greg. Ep.* 3, 30. Quæ (corpora), ducta usque ad secundum milliarium, in loco qui dicitur Catacumbas, posita sunt. *Bed. De sex ætat. Mund.* t. II, p. 188. Damasus, Romæ episcopus, fecit basilicam juxta theatrum sancto Laurentio, et aliam in catacumbas, ubi jacuerunt corpora apostolorum Petri

et Pauli. Cf. *Cang.*, qui vetusta sane testimonia profert.

CĂTĂLEPSIS, is, f. (κατάληψις). Morbi genus. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 10. Pauci Asclepiadis sectatores hanc passionem.... catalepsim vocaverunt. (Sed in eodem capite non semel *catalepsin* legitur, ita ut de latina scriptione nihil affirmare ausim.) || Comprehensio. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 114. Per catalepsin dicere.

CĂTĂLEPTĬCUS, a, um, adj. (καταληπτικός). Ad catalepsin pertinens (gall. *cataleptique*). *Cœl. Aur. Acut.* 2, 10. Proprie passionem catalepticam....designant febres acutæ. (Nomen *Catalepsis* ibidem est, seu latine, seu græce scriptum.) || Catalepsi correptus. *Cœl. Aur. ibid.* Catalepticis autem pulsus major.

CĂTĂLEXIS, is, f. (κατάληξις). Breviatio (de versu curtato dictum). *Mar. Vict.* p. 2613. Nam diximus catalexin esse quum legitimum metrum aut pedem e syzygia, aut syllabam e simplici pede amittit. *Ter. Maur. Metr.* 300. Et geminæ longæ, fiet catalexis in istum. *Ibid.* 720.

CĂTĂNĂTHĔMĂTIZO, as, are, a. (καταναθεματίζω). Anathematizo. *Interp. Iren.* 1, 14. Quam sententiam digne exsufflantes et catanathematizantes.

CĂTĂPHĂSIS, is, f. (κατάφασις). Affirmatio. Vid. in v. APOPHASIS.

CĂTAPLASMA, æ, f. Cataplasma (n.). Vid. in v. CANTHAREDA.

CĂTARRHĀTUS, a, um, adj. Ad catharrum pertinens. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 152. Catarrhatus fluor, a naribus vel aure vel oculo fluens.

CĂTARRHUS, i, m. (κατάῤῥους). Humorum fluxio (gall. *catarrhe*). *Ennod. Vit. S. Epiphan.* p. 413. Coagulatus in vitalibus humor, quem catarrhum medici vocant.

CĂTASCĒVĒ, es, f. (κατασκευή). Vid. in v. ANASCEVE.

CĂTĂSYLLŎGIZO, as, are, n. (κατασυλλογίζομαι). Contra ratiocinor. *Boet. Aristot. Anal. pr.* 2, 20, p. 516. Ut autem non catasyllogizetur, etc.

CĂTĒCHIZĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Complex. In Epist. ad Galat.* 8. Ut catechizatus catechizanti mórum probitate respondeat.

CĂTĒNŌSUS, a, um, adj. Catenulis contextus. *Alcim. Avit. Poem.* 5, 508. Atque catenosi crepitant per corpora panni.

CĂTHĔTĒRISMUS, i, m. (καθετηρισμός). Curatio per catheterem. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 1. Tum catetherismus faciendus, quo urina distrahatur.

CĂTHŎLĬCISSĬMĒ, adv. superl. *Vincent. Lirin. Common.* p. 339. Ipse Deus Verbum natus ex Virgine catholicissime credatur, impiissime denegetur.

CĂTHŎLĬCISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Vincent. Lirin. Common.* 29, p. 365. Hoc catholicissimum, fidelissimum atque optimum factu visum est.

CĂTILLĀTIO, onis, f. Helluatio. *Onomast. lat. gr.* Catillatio, λιχνεία. — Unicum *Festi* exemplum translato sensu est.

CĂTŎCHA, æ, f. (κατοχή). Catalepsis. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 10. Passionem catalepticam, sive catocham, ut Græci appellant. *Ibid.* Catochæ vehementes.

CATTUS vel CĀTUS, i, m. Feles, gall. *chat.* (*Forcell.* exhibet *Catus*, omissa scriptura *Cattus*, quæ vera est. Ipse tamen paulo superius dederat *Catta.* Alioquin vox retractanda mihi visa est.) *Pallad.* 4, 9. Contra talpas prodest cattos frequenter habere in mediis carduetis. *Gloss. Isid.* Murilegus, catus. *Ibid.* Pilax, murilegus, catus. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 362. Murilegus, catus, qui legit, id est colligit, mures. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 452. Cattus in obscuro cepit pro sorice picam. *Ibid.* p. 453 et 616. *Isid. Or.* 12, 2. Musio appellatus quod muribus infestus sit. Hunc vulgus cattum a captura vocant. Alii dicunt quod cattat, id est videt. (Alii leg. *captum a captura.... quod captat.* Vana sane etymologia, sed quæ initium indicare mihi videtur pravæ Italorum pronuntiationis *cattus* pro *captus*, *cattare* pro *captare.*) Cf. *Cang.*, qui etiam Gattus agnoscit.

CAUDĬCĀTUS, a, um, adj. *Gloss. vet. S. Genov.* Caudicatus, radicatus.

CAULESCO, is, ere, n. In caulem cresco. *Onomast. lat. gr.* Caulesco, καυλοῦμαι.

CAUMĀLĬTER, adv. Caumate vel calore. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 381. Alii dicunt atomos humoris vaporaliter ascendere, et ignium caumaliter descendere.

CAUPŌNELLA, æ, f. Parva caupona. *Gloss. vet. S. Genov.* Cauponella, taberna.

CAURICRĔPUS vel CŌRICRĔPUS, a, um, adj. Qui Cauro crepat. *Avien. Descr. Orb.* 869. Inter cauricrepas et scruposas convalles.

CAUSĀBUNDUS, a, um, adj. Qui causatur vel tergiversatur. *Prisc.* p. 636.

CAUTĒRIO, as, are, a. Cauterio inuro. *Arn. In Psalm.* 50. Jubet eos arctari, amaris potionibus potari, ferro secari, cauteriari. *Interp. Iren.* 1, 24. Cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus exstantiæ dextræ auris.

CĂVĀNA, æ, f. Cella vinaria (gall. *cave*). *Bed. Solut. Arithm.* t. I, p. 146. Tot cupæ, juxta suprascriptam magnitudinem, in hujusmodi cavana contineri possunt. *Ibid.* Quod in longitudinem ipsius cavanæ ducitur. *Bed.* ap. *Cang.* Et cavana quæ habet in longitudine pedes centum.

CĂVANNUS, i, m. Nocturna avis. *Eucher. De Nomin. hebraic.* p. 291. Sunt qui ululas putent aves esse nocturnas, ab ululatu vocis quem efferunt, quas vulgo cavannos dicunt. *Eucheria* (*poetria*) in *Anthol.* t. II, p. 410. Tristis perspicua sit cum perdice cavannus. (Sic bene pars codicum, ut testatur *Burm.*, qui tamen perperam edidit *tavanus.*) Cf. *Cang.*

CĂVEĀLIS resina, f. Quæ in cavea servatur. *Veg. Veterin.* 3, 54; 4, 14.

CĂVERNĀTUS, a, um, adj. Cavus, lacunosus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 583. Tofus, lapis cavernatus. *Thom.* p. 147. Cavernatus, perforatus, infossus.

CĂVILLĀTŌRIUS, a, um, adj. Cavillosus. *Boet. In Cic. Top.* 1, p. 761. Necessitas et probabilitas, et cavillatio formæ.... necessaria, vel probabilia, vel cavillatoria faciunt argumenta.

CĂVILLO, as, are, a. Cavillor, derideo. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 241. Ut signis stupeant, cujus modo verba cavillant. *Prisc.* p. 827. *Apul. Met.* 3, p. 207, ed. *Oudend.* Sic lepido sermone Fotidis invicem cavillatus. *Id. ib.* 9, p. 647. Talis sermonis blanditie cavillatum deducebat ad torum nolentem puerum. *Thom.* p. 145. Cavillare, contendere, disputare, litigare, jurgare. *Gloss. Isid.* Ficte habet, cavillat.

CECTŌRIA, æ, f. Linea quæ locum ambit. *Auct. De Cas. litt.* in *Grom. vet.* p. 334. Cectoria, hoc est rotundus est sicut modius (*sic*). Est fossa circa publica. *Ib.* p. 337. Cectoria ecclesiæ. (Sic etiam exhibet *Gœs.* p. 242 et 245.) — Alii *Cectorium*, n., esse volunt.

CECTŌRIĀLIS, e, adj. Ad cectoriam pertinens. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 337. (Quod est p. 244 ed. *Gœs.*)

CĔLĔRĬVŎLUS, a, um, adj. *Poet.* ap. *Mar. Vict.* p. 2572. Rapere maria celerivola dea sibi cupit. — Anceps sensus est. An *dea celerivola* (a v. *velle*), ut *multivolus?* An *maria celerivola* (a v. *volare*), ut *mare velivolum?*

CĔLEUMĂTĬCUS vel CĔLEUSMĂTĬCUS, a, um, adj. (κελευσματικός). Qui pertinet ad celeuma. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 3, 128. Celeusmaticum hemistichium.

CELLĀRĪTA vel CELLĀRĪTES, æ, m. Cellarius. *Cassiod. Var.* 10, 28. Macellarios, vinarios, fœnerarios et cellaritas.

CELLERĀRIUS, ii, m. Cellarius, dispensator (gall. *cellérier*). *S. Greg. Ep.* 10, 21. Cellerarium quemdam, nomine Maurum, petiverunt. Cf. *Cang.*, qui moderna laudat.

CELSA, æ, f. Sycomorus. *Isid. Or.* 17, 7. Hanc (sycomorum) Latini celsam appellant ab altitudine, quia non est brevis ut morus.

CELSĬJŬGUS, a, um, adj. Altijugus. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicileg. Solesm.* t. I, p. 172. Celsijugum collem.

CELSĬTŎNANS, tis, adj. et subst. m. Altitonans. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 79. Hanc tibi, Celsitonans, aram Theodulfus adorno.

CĔNŎDOXIA, æ, f. (κενοδοξία). Vana gloria. *Ambros. Precat. præpar. ad Missam.* Repelle a me durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, iracundiæ. *Cassian. Cœnob. Inst.* 5, 1. Septimum (principale vitium) cenodoxiæ. *Ib.* 11, 6. Laqueis cenodoxiæ compediri. *Id.* sæpius. *Gloss. Paris.* Cenodoxia, vana gloria. Cf. *Cang.*

CĔNŎDOXUS, adj. (κενόδοξος). *Gloss. Paris.* Cenodoxus, qui famam captat vel vanæ gloriæ cupidus est (male *captatur vanæ*). Sic fere *Gloss. Hildeb.* in v. COENODOXUS. Cf. *Cang.*

CENSOR, oris, m. || Et femininum genus invenio. *Ambr. Ep.* 10, 83. Ita fides prompta dura sui censor est.

CENTĬPĔDĀLIS, e, adj. Centum pedes habens (spatio complectens). *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Item a pede composita : Bipes, tripes.... Bipedalia, tripedalia.... decempedalia, centipedalia.

CENTUPLĬCO, as, are, a. Centuplicem facio (gall. *centupler*). *Vulg.* 2. *Reg.* 24, 3. Centuplicet Deus populum tuum.— *Forcell.* ait participium ab *inusitato* Centuplico descendere : quod periculosum est asserere in talibus.

CENTUPLUS, a, um, adj. Centuplex (gall. *centuple*). *Vulg. Luc.* 8, 8. Et ortum (semen) fecit fructum centuplum. *Alcim. Avit. Carm. ad Sor.* 365. Præmia, centuplum cumulati fœnoris usum. || Substantivum. *Vulg. Matth.* 19, 29. Centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. *Salv. Contr. Avar.* 3, 17. Qui magnis fœneratoribus suis centuplum se redditurum esse promisit.

CENTŬRIŌNĀTUS, us, m. Dignitas centurionis. *Val. Max.* 3, 2, 23. Tum etiam verba tua centurionatus honore donata sunt. — Quem sensum omittit *Forcell.*

CĔPHĂLALGIA, æ, f. (κεφαλαλγία). Capitis dolor (gall. *céphalalgie*). *Cassian. Collat. Pat.* 24, 15. Vis noxii humoris cephalalgiæ procreat passionem. *Plin. Valer.* 1, 3. Ad cephalalgiam. *Thom.* p. 152. Cephalalgia, capitis dolor. — Vocabulum fere scribi græcis litteris ait *Forcell.*, qui præcedentes locos ignoravit.

CĔRĂTES, æ, m. Ceratium. *Isid. Or.* 16, 24. Cerates oboli pars media est, siliquam habens unam semis. Hunc Latini semiobolum vocant. Cerates autem græce, latine cornuum interpretatur. — Sic recte vulg. Quod *Lindem.* edidit *ceratum* (lege *ceratium*, ex græco κεράτιον), non facit cum masculino *hunc*.

CĔRĔSIA, æ, f. Cerasus. *Gargil.* ap. *Mai.* t. III, p. 422. Ceresia, viride pomum, ventrem humectat et provocat. (Suspicor : *Ceresiæ viride pomum*, etc. Ceterum videmus gallicam vocem *cerise* inde defluentem.)

CĒRĬFŎRUS, i, m. (κηριφόρος). Ceroferarius. *Gloss. Cyril.* Κηριάπτης, ceriforus.

CERNĬCŬLUM, i, n. Incerniculum. *Lucil.* ap. *Non.* p. 88. Cribrum in cerniculum, lucernam in laterem, in telam licium. (Plerique jungunt *incerniculum;* sed si dividas, tria commata melius sibi respondent.) *Gloss. Paris.* Cerniculi (l. Cernicula), certamites (*sic*) recrementorum. *Gloss. Hildeb.* Cerniculi, certamites recrementorum. (Ubi videndus editor.)

CERNĬDA, æ, f. *Johan. de Jan.* Cernida, a cerno. Dicitur Hæc cernida, æ, lignum supra quod ducitur taratantara. Et cernida dicitur taratantara quia discernit pollinem a furfure. *Gloss. Isid.* Cernida (male Cervida), lignum super quod ducitur taratantura (*sic*). *Gloss. Pap.* Cernida, cribellus pollinis. Cf. *Cang.*— *Hildeb.* (in v. CERNICULI), laudata voce *cernida* ex nonnullis Glossariis, conj. *cernicla*, pro *cernicula.* Ingeniose quidem; sed *cerniclum* velim, quum nulla causa sit plurali numero. Nihil ergo mutandum. Cum hoc nomine facit particip. *Cernitus*, quod infra.

CERNITES, adj. n. Apud *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 170, *Tegurium cernites*, et p. 171, *Cernites tegurium*, ut fuit in baptisterio tum Aquilæ, tum Fori Julii. Quod quidem enodandum relinquo.

CERNĬTUS, a, um, part. pro Cretus. *Theod. Prisc.* 4, p. 312, ed. *Ald.* Lomentum fabaceum bene cernitum. *Ibid.* Cineres de fornacibus optime cernitos. *Ibid.* p. 314. Lupinum crudum tunsum, cernitum.

CERTĬTŪDO, inis, f. Res certa (gall. *certitude*). *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *sub f.* Nec deerat impositorum nominum secundum suum effectum certitudo. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 18, p. 557. Quæ (potentia) est his honorabilior secundum certitudinem. *S. Greg. Epist.* 6, 33. Hac itaque fulti certitudine.... debemus, etc. *Ibid.* 7, 21, *Indict.* 2. Tantam nobis de se certitudinem præbent. *Onomast. lat. gr.* Certitudo, ἀσφάλεια. Et *Thom.* p. 128. — Dictio non affertur a *Forcell.* nisi ut *Ammiano* abjudicetur.

CĒRUSSĀTOR, oris, m. Qui cerussa inducit. *Gloss. Cyril.* Ψιμυθιστής, cerussator.

CERVĪCŌSĒ, adv. Vid. v. seq.

CERVĪCŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 142. Cervicosus, superbus,

elatus, arrogans, etc. Cervicose, superbe, arroganter. *Gloss. Cyril.* Αὐχενίας, cervicosus. — Hinc illustratur *cervicositas*, quam vocem referunt ex *Sidon.*

CESPĬTĀTOR, m. Vid. INCESPITATOR.

CESPĬTO, as, are, n. *Cangius :* « Cespitare, cadere, offendere. Vetus Gloss. S. Germ. n. 501. Præsertim dicitur de equo offensatore, qui *cespiti* pedem impingit. Glossar. lat. gall. ex cod. reg. 7692. Cespitare, *trébucher. Cespicare* eodem sensu usurpant Itali. » — Hoc verius videtur quam ut *Onomast. lat. gr.* Cæspito, as, βαδίζω.

CESSŌRIUS, a, um, adj. Qui cedit vel relinquit. *Gloss. Cyril.* Ἐκχωρητικός, cessorius.

CHĂMÆMĒLĬNUS, a, um, adj. (χαμαιμήλινος). Confectus ex chamæmelino (*camomille*). *Theod. Prisc.* 4, 1. Oleum rosaceum et chamæmelinum.

CHĂRADRIOS et CHĂRADRIUS, ii, m. (χαραδριός). Nomen cujusdam avis (*pluvier*). *Vulg. Levit.* 11, 19. Herodionem et charadrion. *Ib. Deuter.* 14, 18. Onocrotalum et charadrium. Cf. *Joan. de Jan.*

CHĂRAXĀRIUS, ii, m. Scriba. *Gloss. Isid.* Notarius, scriptor, charaxarius. Sic et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 385.

CHĂRAXĀTIO, onis, f. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 593. Trauma (male Tauma), scriptura, charaxatio.

CHĂRAXĀTOR, oris, m. *Thom.* p. 383. Notarius, scriptor, charaxator.

CHĂRAXĀTUS, a, um, part. Vid. v. seq.

CHĂRAXO, as, are, a. (χαράσσω). Incido, exaro; scribo, pingo. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Inducit, charaxat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 154. Charaxare, scribere. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 7, 36. Tune is ille pictor qui per oratoria parietes atque cameras charaxabas? Et *S. Greg. Epist.* 7, 40, *Indict.* 2. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Charaxatis, scriptis. *Aug. De Altercat. Eccles. et Synag.* Charaxatas decalogo tabulas accepit. — Quem sensum *Forcell.* omisit.

CHĂRIENTISMUS, i, m. (χαριεντισμός). Scomma. *Jul. Ruf. De Figur.* p. 30.

CHĂRĪTĒSIA, iorum, n. pl. (χαριτήσια). Festa in honorem Charitum. *Interp. Iren.* 1, 24.

CHARTŎPHȲLĂCIUM, ii, n. (χαρτοφυλάκιον). Archivum. *S. Greg. Epist.* 7, 128, *Ind.* 2. Quatenus pacta in chartophylacio requireret. *Ibid.* Una chartophylacium incensum est.

CHASMĀTIO, onis, f. (χάσμα). *Gloss. Paris.* Oscitatio, casmatio (*sic*).

CHĒLÆ, arum, f. pl. (χηλή). Brachia cancri. *Ambr. Hexaem.* 5, 8. Et periculosum est si chelas ejus (cancri) includat (ostrea). *Ibid.* Tuto inserit chelas. — Ignotus erat proprius sensus.

CHĔLĬDŎNIĂCUS gladius, m. (χελιδονιακός dici debuit). Genus gladii cujus mucro in modum caudæ hirundineæ formatus. *Isid. Or.* 18, 6.

CHIASMUS, i, m. (χιασμός). Incisio ad litteræ *X* figuram, decussatio. *Balb.* in *Grom. Vet.* p. 108. In hanc autem rationem chiasmis utendum est. *Id.* p. 107. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 4. Capitis accurata divisura, quam chiasmum vocant.

CHION, n. (Χῖον). Mastiche. *Isid. Or.* 14, 6. Chios insula Syra lingua appellatur eo quod ibi mastix gignitur : Syri enim masticem chion vocant.

CHĪRAGRĬCUS, a, um, adj. (χειραγρικός). Ad chiragram pertinens. *Cassian. Collat. Patr.* 24, 15. Chiragrica valetudo. — Notæ vocis novus sensus.

CHĪRŎTHĒCA, æ, f. (χειροθήκη). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 142. Chirotheca, manuum tectura. Cf. *Cang.*—Additis in Lexico *Forcell.* vocibus *Chirothecarius* et *Chirothecatus*, illa deerat.

CHLĂMȲDĀTI, m. pl. Viri chlamyde induti (qui in palatio officium exsequebantur). *Liberat. Breviar.* p. 64. Cum imperatoris scripto accepit et officium excubitorum et chlamydatorum, et venit ad concilium. *S. Fulg. Homil.* 60, de S. Laurentio. Ignea carruca quam præcedunt officia pretiosa, non chlamydati, non scutati et sericati, sed cæci illuminati, pauperes ditati, etc. (Hæc *Cangius.* Qui citat *Hieron. Epist.* 3. Referret alius quod in palatii militia sub chlamyde et candenti lino corpus ejus cilicio tritum sit.)

CHLEUASMUS, i, m. (χλευασμός). Quoddam ironiæ genus. *Jul. Rufinian. De Schem. pian.* p. 52.

CHOASPĪTES, æ, m. (χοασπίτης). Gemmæ genus. *Isid. Or.* 16, 7. Choaspites, a flumine Persarum dicta est, ex viriditate fulgoris aurei.

CHŒROGRYLLUS, i, m. (χοιρόγρυλλος). Genus muris majoris (*porc-épic*). *Vulg. Levit.* 11, 5; *Deuter.* 14, 7.

CHŎLĬCUS, a, um, adj. (χολικός). Cholericus. *S. Greg. Ep.* 2, 33. Ut in cholicam passionem caderem.

CHŌROGRĂPHIA, æ, f. (χωρογραφία). Locorum descriptio. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 2, 44. *Tænarus expositos*, etc. Chorographia. Tænarus, lacus Laconiæ, etc. Vid. inf. in v. *Chronographia.* — *Forcell.* de verbo dubitat, allato *Vitruvii* loco.

CHRISMO, as, are, a. Ungo, christianum facio. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 31. Quæ (soror), confessa æqualem Filium Patri et Spiritum Sanctum, chrismata est. *Ib.* 2, 34. Clam ut chrismaretur, expetiit.

CHRISTĬCŎLUS, a, um, adj. Qui Christum colit. *Ven. Fort.* 2, 12, 12. Et pia christicoli semina ferret agri.

CHRISTŎTŎCOS, adj. m. f. Quæ Christum peperit. *Vincent. Lirin. Common.* 12, p. 334. Asserit sanctam Mariam non theotocon, sed christotocon esse dicendam. — Quæ vox, etsi græca, eodem jure admittenda est ac *theotocos*. Utrumque græce scribitur ap. *Alcim. Avit. Epist.* 2.

CHRŎNOGRĂPHIA, æ, f. (χρονογραφία). Rerum gestarum per sua tempora digestio. *Bed. De Tempor. Ration.* t. II, p. 170. Priscæ chronographiæ calumniatores. (Sic in margine; in contextu vero *cosmographiæ*. Notandum sane quod Noster, *ib.* p. 155, vocem *chronographorum* exhibet.) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 154. Chronographia, temporis descriptio. *Gloss. Paris.* Cronographia (*sic*), brevis structura. (Sed hic legendum videtur *Chorographia.*)

CHROTTA, æ, f. Instrumenti genus chordis instructum. *Ven. Fort.* 7, 8, 63. Romanusque lyra plaudat tibi, barbarus harpa, Græcus Achilliaca, chrotta Britanna canat. — Quod etiam *rocta* et *rotta* dicitur. Cf. *Cang.* Ceterum nolim *tibiam* esse. Melius *Furlan.* vertit *fidicula*. (*Bottée de Toulmon, Instruments de musique au moyen âge*, p. 3 : « Deux vers de Fortunat, rapprochés de la présence d'un instrument du pays de Galles, portant un nom à peu près semblable, nous donnent toute espèce de raison de penser que la *rotte* était un instrument à archet dont on jouait verticalement. ») Commode vocabulum anglicum *crowd* significat *violon.*

CHRȲSATTĬCUS, a, um, adj. (χρυσάττικος). De vino dicitur mellito et aurei coloris, quod Athenis conficiebatur. *Corip. Laud. Just.* 3, 100. Fusca dabant fulvo chrysattica vina metallo. *Plin. Valer.* 5, 8. Vinum autem bonum est dare chrysatticum, et hoc modice. *Gloss. Placid.* p. 443. Chrysatticum (male Crisatium), genus quoddam vini. *Gloss. Cyril.* Χρυσάττικον, chrysatticum.

CHRȲSŎLĪTHUS, a, um, adj. E chrysolitho constans. *Ven. Fort.* 8, 4, 272. Chrysolitha auratam fibula claudit acum.

CHYTRŎPŪS, odis, m. (χυτρόπους). Foculus carbonibus impletus (gall. *réchaud, brasier*). *Vulg. Levit.* 11, 35. Sive clibani, sive chytropodes destruentur.

CĬBŌTUM, i, n. (κιβωτός, κιβώτιον). Arca. *Isid. Or.* 20, 9. Cibotum græcum nomen est, quod nos arcam dicimus. (Vulg. *cibutum.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 150. Cibutum (*sic*), arca cibaria.

CĬCĀTRĪSO, as, are, a. Ad cicatricem perduco. *Onomast. lat. gr.* Cicatriso, συνουλέω (l. συνουλόω). *Cæl. Aur. Tard.* 4, 8, 117. Ulcera cicatricantur. (In marg. *cicatrizantur*, quod memorare debuissent.) — Gall. *cicatriser.*

CĬCĔRŌNIĀNĒ, adv. Ciceronis more. *Vet. Gramm. ined. Bibl. imper.* n. 1180, p. 142. Cicero, ciceroniane; Tullius, tulliane.

CĬCINDĒLA, æ, f. Lychnus. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill.* p. 462. Cicindelas argenteas v cum catenulis suis. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 515. Cicindeliæ (*sic*), lucernæ. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 148. Cicindila (*sic*), meca.... et lychnus; et dicitur pro candela. *Gloss. Cyril.* Κανδήλα, cicindela. — Quem sensum leviter innuit *Forcell.*

CĬLIUMBRIS, e, adj. (cilium, umbra). Ciliis obumbratus. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Ut Plato ciliumbrem oculum... dixit.

CĪMĒLIUM, ii, n. Thesaurus in ecclesia. *Gloss. Cyril.* Κειμήλιον, cimelium. *S. Greg. Ep.* 1, 10. Quæ de diversis ecclesiis cimelia sunt collecta.... serventur. Conf. *Cang.* — Vocem usitatam fuisse demonstrant v. *Cimeliarcha* et *Cimeliarchium.*

CĪMĬCIA, æ, f. Genus herbæ. *Isid. Or.* 17, 9. Cimicia propter similitudinem cimicis. Unde et eam Græci κόριον vocaverunt.

CĪMĪTĒRIUM, ii, n. Cœmeterium (gall. *cimetière*). *Inscr. Martyr.* ap. *Mai. Nov. Collect.* t. V, p. 405. Martyres Simplicius et Faustinus, qui.... positi sunt in cimiterium Generoses. *Ibid.* p. 396. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 116. Dicitur cimiterium quasi dulcis statio. Dicunt quidam quod cimiterium componitur ex tribus partibus, ex cinere, et mitto, et tero. Adde *Pardess. Diplom.* t. I, p. 35. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

CINNUS, i, m. Signum, nutus (ital. *cenno*). *Gloss. Philox.* Cinnus, νεῦμα. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 536. Nutu, voluntate, sive cinno et aspectu. *Gloss. Pap.* et *Gloss. arab. lat.* Cinnus, torti oris (*sic*).

CĬNŸRA, æ, f. (κινύρα). Citharæ genus apud Syros. *Vulg.* 1. *Machab.* 4, 54. In canticis, et citharis, et cinyris, et in cymbalis.

CIRCO, as, are, a. Circumeo. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Circat, circumvenit. *Gloss. Hildeb.* Circulatur, circat, circumit. *Gloss. Philox.* Circitat et Circat, κυκλεύει. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Ergat, circat. — De qua voce *Forcell.* nihil asserit. Classicorum quidem exempla jure exterminat, sed *Servii* locum tueri debuit, et Glossaria arcessere. Inde nomina *Circatio* et *Circator*, quæ ap. *Cang.*

CIRCŬLĀTIO, onis, f. Transmigratio de corpore in corpus. *Interp. Iren.* 1, 25. Animas ipsorum ex eadem circulatione devenientes. *Ibid.* iterum. — Unicum *Vitruvii* exemplum affertur, de sideribus loquentis. Latius patet vox nostra *circulation.*

CIRCŬLĀTUS numerus, m. Circularis. *Cassiod. Arithm., sub fin.* Sphæricus numerus est qui circulato numero multiplicatus, etc. Quod exscripsit *Isid. Or.* 8, 7.

CIRCŬLUM, i, n. Circulus. *Cassiodor. Arithm., sub fin.* Quando mensium circula supputamus.

CIRCUMÆDĬFĬCO, as, are, a. *Vulg. Thren.* 3, 7. Circumædificavit adversum me.

CIRCUMĂMICTUS, a, um, part. *Vulg. Apocal.* 4, 4. Seniores circumamicti vestibus albis. *Ib. Psalm.* 44, 15. *Gloss. Cyril.* Περιβεβλημένος, opertus, circumamictus. — Unicum, quod datur, *Petronii* exemplum non translatum modo est, sed suspectum habetur.

CIRCUMCINGO, is, ere, a. *Vulg. Eccli.* 45, 9. Circumcinxit eum zona gloriæ. *Inscr.* ap. *Murat.* p. 484. Porticus circumcingere constituit. — *Forcell.* participium *Circumcingens* unice exhibet.

CIRCUMCONTĬNEO, es, ere, a. *Interp. Iren.* 1, 14. Hori ejus qui trigesimam nominis illorum matrem circumcontinet.

CIRCUMDĂTIO, onis, f. Circumjectio. *Vulg.* 1. *Petr.* 3, 3. Quarum (mulierum) non sic extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 189. Hic ambitus, quod et pro circumdatione et pro cupiditate dicitur.

CIRCUMDŎLO, as, are, a. *Ambr. In Luc., init.* Et, tanquam bonus animæ faber, vitia nostra circumdolat. — Cujus verbi exstat ap. *Plin.* participium *circumdolatus.*

CIRCUMDUCTĪVUS, a, um, adj. Qui circumdat. *Boet. Geom.* 2, p. 1534. Sumatur circumductivæ quantitatis medietas.

CIRCUMFLEXĬBĬLIS, e, adj. Circumflexus. *Append. ad Macrob. De Verb.* p. 2774, *Putsch.* Sic igitur verbum activum præsentis temporis indicativi modi primæ conjugationis circumflexibilium flectitur.

CIRCUMFLUENTIA, æ, f. Affluentia. *Aug. Contr. Academ.* 1, 1. Circumfluentia divitiarum.

CIRCUMFŪSIO, onis, f. Stipatio. *Ambros. Epist.* 5, 33. Non ego me vallabo circumfusione populi. *Id. De Jacob et Vit. beat.* 1, 1. Desideravit eam quæ hostium erat circumfusione vallata. — *Forcell.* translatum sensum ignorat.

CIRCUMLATRĀTOR, oris, m. Qui circumlatrat. *Avien. Or. marit.* 390. Oceanus iste est, orbis effusi procul Circumlatrator, iste pontus maximus. — Cf. *Virg. Æn.* 7, 588. Multis circumlatrantibus undis.

CIRCUMLĔGO, is, ere, a. Circumnavigo. *Vulg. Act. Ap.* 28, 13. Inde circumlegentes devenimus Rhegium.

CIRCUMLŎQUIUM, ii, n. Circumlocutio. *Isid. Or.* 1, 36. Periphrasis est circumloquium.

CIRCUMLŪCEO, es, ere, n. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Circumlucet, circumfulget. — *Forcell.* participium exhibet, et translate usurpatum.

CIRCUMLUSTRĀTUS, a, um, part. *Cod. Theod.* 4, 8, 5. Circumlustratis provinciæ populis.

CIRCUMORNĀTUS, a, um, part. *Vulg. Psalm.* 143, 12. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ.

CIRCUMPĔDES, um, m. pl. Calceorum genus. *Vulg. Eccli.* 45, 10. Circumpedes et femoralia posuit ei.

CIRCUMPICTUS, a, um, part. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 54. Vasa circumpicta.

CIRCUMSÆVIO, is, ire, n. *S. Greg. Ep.* 10, 35. Prementibus diversis tribulationibus, et maxime circumservientibus hostibus.

CIRCUMSCRIPTŌRIUS, a, um, adj. Fallax. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 515. Circumscriptoriæ, callidæ, subtiles.

CIRCUMSEPTA, orum, n. pl. Septa. *Salv. Ep.* 5, p. 205, ed. *Baluz.* Non solum sancta sanctorum, sed etiam vestibula templi sui et circumsepta servabit.

CIRCUMSŎCIUS, a, um, adj. Finitimus et socius. *Aur. Vict.* 41. Armeniam regionesque circumsocias (regendas habuit).

CIRCUMSPECTOR, oris, m. Inspector. *Vulg. Eccli.* 37, 18. Septem circumspectores sedentes in excelso. *Ib.* 7, 12.

CIRCUMSPŪMANS, tis, part. *Cypr. De Laud. Martyr.*, *sub init.* Nec undis circumspumantibus adoperta (virtus) succumbit.

CIRCUMTECTUS, a, um, part. *Vulg. Paul. ad Hebr.* 9, 4. Arca testamenti circumtecta ex omni parte auro. *Sulp. Sev. Dial.* 2. Nigro et pendulo pallio circumtectum. — *Forcell.* verbum scribit, et uno incerto exemplo tuetur.

CIRCUMTĔNEO, es, ere, a. Complector, circumdo. *Junior, Orb. Descr.* p. 406. Locum emit quantum corium bubulinum circumtenere potuit. *Interp. Iren.* 1, 34. Circumtenuisse eam.

CIRCUMTERMĬNO, as, are, a. Circumscribo. *Isid. Or.* 7, 8. Non enim Deum forma corporea circumterminat.

CIRCUMVALLĀTIO, onis, f. *Thom.* p. 363. Municium, munitio, obsidio, circumvallatio. — Inde gall. *circonvallation.*

CIRCUMVESTĪTUS, a, um, part. *Avien. Descr. Orb.* 377. Divite saxorum circumvestita metallo.

CIRCUMVŎLŪTIO, onis, f. Circumactio (gall. *circonvolution*). *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 400. Alteram circumactionem dicit per circumvolutionem septem planetarum.

CĬTĀTĒ, adv. Citatim. *Gloss. Philox.* Citate, ἐντρεχῶς.

CĬTĀTIO, onis, f. Arcessitus, vocatus (gall. *citation*). *Gloss. Cyril.* Κλῆσις, citatio, vocatus, vocatio. *Hyg. De Castr. met.* p. 8. Non plus quam tripertitæ esse debent (nationes), nec longe ab alterutra, ut unam tesseram suo vocabulo citationis habeant. Cf. *Cang.*

CITOCACIA vel CITOCATIA, æ, f. Citocacium (herbæ genus). *Isid. Or.* 17, 9. Citocacia vocata quod ventrem cito depurgat : quam vulgus corrupte citocociam vocant.

CĪVĬCO, as, are, a. *Gloss. arab. lat.* p. 703. Civico, civem facio. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 516. Civicat, civem facit. || Neutraliter. *Thom.* p. 112. Civico, as, id est civitatem colere, verbum neutrum. *Gloss. Isid.* Civicare (male Civitare), civitatem colere, vel civem facere.

CĪVĬTO, as. Vid. v. præced.

CLABŬLĀRIUS, a, um, adj. Qui ad clabulare pertinet. *Cod. Theod.* 8, 5, 23. Ad procurationem clabularii cursus eligendi sunt ex eo hominum genere qui, etc. *Ibid.* 62. Clabularii cursus potestatem. *Ibid.* 26.

CLANCŬLO, as, are, a. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Clanculare, occultare, palliare, subaxillare. *Gloss. Paris.* Clanculat, celat, abscondit. Cf. *Cang.*

CLANGA, æ, f. Genus aquilæ. *Plin. H. N.* 10, 3, 3. Tertii generis (est aquila), quam aliqui et clangam vocant.

CLĀRĒDO, inis, f. *Gloss. Isid.* Claredines, claritudines. *Thom.* p. 155. Claredines, nitores, claritudines.

CLĀRĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Var.* 8, 22. Tot laudibus clarificato illustri viro Cypriano. *Ven. Fort.* 7, 12, 58. Limina muneribus clarificata suis.

CLASSEUS, a, um, adj. Ad classem pertinens. *Cassiod. Var.* 5, 17. Obtulisti oculis nostris subito classeam silvam hominum, domos aquatiles.

CLAUSĬBĬLIS, e, adj. Qui claudi potest. *Gloss. Isid.* Fascemina, clausibilis vallatio circa castra. — Tantummodo *Notæ Tiron.* citantur.

CLAUSTRĀLIS, e, adj. Ad claustrum pertinens. *Cassiod. Var.* 11, 14. Quæ (urbs) licet munimen claustrale probetur esse provinciæ. — Alio sensu dicimus *claustral.*

CLAUSŪRA, æ, f. Quod claudit, janua. *Vulg. Baruch*, 6, 17. Ita tutantur sacerdotes ostia clausuris. — Qui primus sensus in Lexicis omittitur.

CLĀVĀTŪRA, æ, f. Clavorum linea. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill.* p. 462. Linea auroclava clavatura quadra. *Ibid.* iterum. Cf. *Cang.*

CLĀVĬCĀTUS, a, um, adj. Clave notatus. *Frontin.* in *Gromat. vet.* p. 44. Qui clavicatas (arbores) vocant quas finis declarandi causa denotant. (Quod idem *Simplicio* tribuit *Gœs.* p. 80.)

CLĀVĪCŬLA, æ, f. Parva clavis. *Hier. Exposit. Psalm.*, *Proœm.* (t. II, p. 523). Licet amplior una clavis sit grandis portæ Spiritus Sanctus, tamen unumquodque cubiculum proprias habet claviculas suas. — Ne forte credas poeticum verbum esse, uno exemplo citato ex *German.* || Translato, ut videtur, sensu. *Hygin. Castr. met.* p. 9. Similiter clavicula circinatur ex linea interiore valli et puncto mediæ portæ. — Exstat gallica vox *clavicule*, alio sensu.

CLEPTO, as, are, a. Clepo, furor. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicileg. Solesm.* t. I, p. 196. Qui vitulum cleptat.

CLINGO, is, ere, n. Clamare ut anseres. *Phocas* ap. *Mai.* t. VI, p. 600. Anseres gliccire vel clingere. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 78. Anserum (proprietas est) clingere. (Ibi perperam *clangere*; quod jam sup. dictum est, et jure quidem, de *aquila.* Cf. *Carm. Philom.* 27. Clangunt porro aquilæ.) — Anseris clamor variis nominibus designatur. *Fest.* ait eum *gingire*, et *Carm. Philom.* 19, *graccitare.* De clamoribus animalium agitur in *Ms. Bibl. Imp.* n. 7643; ubi legimus: « Anseres gricire sclingere. » Quod emendo *vel clingere.*

CLĪVIA, n. pl. Declivia loca. *Aggen.* in *Gromat. vet.* p. 74. Nam et locorum elationes et clivia et colliculi finem faciunt.

CLŎCĬTĀTUS, us, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 150. Clocitatus, corvi vox. (Malim *crocitatus.* Aliter enim *cervi* clamor esse videatur.)

CLŎCĬTO, as, are, n. Cervorum instar clamare (*bramer*). *Auct. Philom.* 53. Et barrus barrit, cervi clocitant, equus hinnit.

CLOPPUS, adj. m. Claudus. *Gloss. Phil.* Cloppus, χωλός. Cf. *Cang.* — Non prætermittenda visa est vox quæ vetus nostrum adjectivum *clop* peperit, et quæ etiamnum manet in verbis *clopiner*, *clopin-clopant*, *éclopé.*

CLŪRA, æ, f. Simiæ genus. *Gloss. Philox.* Clura, πίθηκος. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 555. Cluram, simiam quæ cum cauda est. *Gloss. Placid.* p. 451. Cluram vel Clurum, simium, cercopithecum. (Dele *vel clurum.*) — Paucula habet *Forcell.*, quibus non satis firmatur vox necessaria Plautino adjectivo *Clurinus.*

COACTĀTITIUS, a, um, adj. Qui coactat vel cogit. Vid. in v. AFFECTATITIUS.

COACTRIX, icis, f. Quæ cogit. *Fulg. Contin. Virg.* p. 762. Unde et Cajeta dicta est, quasi coactrix ætatis.

COADMIXTUS, a, um, part. *Aug. De Morib. Manich.* c. 39. Cur nitorem atque fulgorem olei clamare copiam coadmixti boni arbitramini, et id ad purgandum fauces et ventrem paratis? (Vulgo *et ad id.*)

COÆQUĀLĬTER, adv. Æqualiter. *Boet. In Porphyr.* 5, p. 105. Dimidium ejus.... erit coæqualiter ei pluralitati, etc. Adde *Thom.* p. 490.

COÆQUĀTIO, onis, f. Æquatio. *Boet. Geom.* 1, p. 1519. Per coæquationem majorum est multiplicandum. || Assimilatio, comparatio. *Pseudo-Cypr. De Singularit. Cleric.*, *circa med.* Sed nos contra de apostolica nobis coæquatione blandimur.

COALTERCOR, aris, ari, d. Altercor. *Boet. Aristot. Elench. sophist.* 1, 3, p. 734. Qui

in orationibus decertant et coaltercantur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 153. Coaltercare (*sic*), conlitigare. *Id.* p. 33.

COANGUSTUS, a, um, adj. Angustus. *Inscr.* ap. *Spon. Miscel.* p. 285. B. Susannæ martyris aula coangusto et tetro exsistens loco.

COĂPOSTŎLUS, i, m. Qui cum alio apostolus est. *Cassian. Collat. Patr.* 2, 15. Ut evangelium cum suis coapostolis privata quodammodo ac domestica examinatione conferret. *Ibid.* Coapostolorum. *Cassiod. Complex. ad Petr.* 2, 10. Laudat fratrem et coapostolum suum. *Vincent. Lirin.* 8, p. 326. Nec sibi nec ceteris coapostolis pepercisse.

COARCUĀTIO, onis, f. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 516, et t. VII, p. 555. Coarcuatio, concameratio, conjunctio arcuum.

COARGŪTIO, onis, f. Actus coarguendi. *Hier. Ep.* 41, n. 4, citante *Furlan.* Hæc sunt quæ coargutione non indigent.

COASCENDO, is, ere, n. Simul ascendo. *Interp. Iren.* 1, 12. Et condescenderunt et coascenderunt.

COASSIGNO, as, are, a. Simul designo. *Boet. Arist. Topic.* 5, 2, p. 696. Sic nec in propriis, præter eam (orationem) quæ facit proprium, quod dictum est, quidquam coassignandum.

COASSŪMO, is, ere, a. Simul assumo. *Boet. Arist. Top.* 6, 3, p. 709. Eo quod necessarium est in alterius oratione coassumi et alterum. *Id.* p. 716. Coassumpta est oratio.

COAUCTUS, a, um, part. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 516. Coaucta, collecta.

COAUGEO, es, ere, a. Simul augeo. *Gloss. Cyrill.* Συναύξω, coaugeo.—Nomen *Coauctio* est ap. *Cic.*

COCCĬNĀTUS, a, um, adj. Coccineis vestibus indutus. (Quod vocabulum, in Germanica editione omissum, inseruerat *Forcell.*, citatis *Sueton. Domit.* 4; *Martial.* 1, 97, et 5, 36.)

COCCŎMĒLĪNUS et COCCOPRĂSĬNUS, a, um, adj. Qui mixtos colores habet coccinum et melinum, coccinum et prasinum. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil.* p. 462. Linea coccomelina.... Vela coccoprasina.

COCCȲGIA vel COCCȲGEA, æ, f. (κοκκυγέα). Arboris genus. *Plin. Hist. nat.* 13, 22, 41.

COCHLEĀRIS, is, m. Cochleare. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 19. Parata mensa, missorium, cochleares, cultellos.... intromittebat. *S. Greg. Ep.* 2, 56. Cochleares vero et circulos, quos direxisti, suscepimus, et charitati tuæ gratias agimus. (In quo *circuli* sunt orbiculati et plani disci.)

COCHLIUM, ii, n. (κοχλίον). Cochlea (*vis, spirale*). *Onom. lat. gr.* Cochlium, κοχλίδιον.

COCTĪVUS, a, um, adj. Qui coquitur. *Onom. lat. gr.* Coctivus, ἑψητικός.

COCŬLA, æ, f. Vas ahenum. *Gloss. Isid.* Lucerna, genus cocullæ (*sic*). — De verbo dubitat *Forcell.*, quanquam id exhibet *Varr.* ap. *Non.* p. 531. Cocula quæ coquebat panem, etc.

CŌDĬCŬLUS, i, m. Parvus codex. *Prisc.* p. 613. Codex, codiculus, codicillus. *Eugen. Præf. ad Dracont.* Si non inde aliquid in hoc codiculo haberetur. *Onomast. lat. gr.* Codiculus, βιϐλίον.

COĒLECTUS, a, um, adj. Simul electus. *Vulg.* 1. *Petr.* 5, 13. Salutat vos ecclesia, quæ in Babylone coelecta.

CŒLĬGER, era, erum, adj. Cœlifer. *Avien. Phænom.* 574. Pœnus Atlas, subiit celsæ qui pondera molis Cœliger.

CŒLĬLŎQUUS, a, um, adj. Qui cœlitus loquitur. *Commodian.* 60, 3. Cœliloquus item Isaia, doctor et auctor.

COĒMISSUS, a, um. Vid. v. seq.

COĒMITTO, is, ere, a. Simul emitto. *Interp. Iren.* 1, 33. Coemissam autem (esse) ei Alethiam. *Id.* 1, 5.

CŒNŎBIĀLIS, e, adj. Ad cœnobium pertinens. *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 40. Ad perfectionem cœnobialis vitæ. *Id. Collat. Patr.* 18, *Præf.* Cœnobialem professionem.

CŒNŎBIŎLUM, i, n. Parvum cœnobium. *Gloss. Paris.* Cœnobiolum, concilium, conventio.

CŒNŎBĪTĀLIS, e, adj. (cœnobita). Ad cœnobitam pertinens. *Isid. De Off. Eccles.* 2, 15. Cœnobitali conversatione perfecti.

CŒNŪNĒSIS, is, f. (κοινώνησις). Cœnotes. *Isid. Or.* 2, 21. — Male edd. *Cœnosis* vel *Kœnosis.*

CŒNŎTĒS, etis, f. (κοινότης). Communi-

catio (nomen schematis). *Rutil. Lup. Fig. Sent.* 1, *init.*

COĔPISCŎPĀTUS, us, m. Dignitas coepiscopi. *Aug. Ep.* 31. Majorem mihi coepiscopatus sarcinam imponeret.

COĔPŬLOR, aris, ari, d. Simul epulor. *Ambr. Epist.* 9, 70. Ibi tum quæstionem hujusmodi proposuit Sampson juvenibus coepulantibus.

COESSENTIĀLIS, e, adj. Qui ejusdem essentiæ est. *Isid. Or.* 7, 3. Tanquam sanctitas coessentialis et consubstantialis amborum.

COFEA, COFIA, COFFEA, CUFIA vel CUPHIA, æ, f. Tegumen capitis (gall. *coiffe*). *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 13. Camisias, manicas, cofeas, fibulas sancto tradit altari. Cf. *Cang.*

COGNIDIUM, ii, n. *Gloss. Pap.* Cognidium, genus potionis ad bibendum. *S. Greg. Epist.* 6, 37. Sed quia colatum (al. collatum) ac juritheum non libenter bibo, præsumens cognidium requiro, quod in hac urbe, post multa tempora, vestra innotescere transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic a negotiatoribus nomen cognidii, et non substantiam comparamus. (*Falconn.*, auctore *Cangio*, corruptum putat *cognidium* pro v. *coccum Gnidium.* Equidem in ea voce, qua usus erat episcopus quidam *Alexandrinus*, originem video vocabuli nostri *coing*, quod vulgo a v. *cydonium* derivant.)

COGNĬTIUNCŬLA, æ, f. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Cognitiuncula, brevis cognitio.

COGNŌMĬNĀTIM, adv. Per derivationem eorumdem nominum. *Prisc.* p. 1301. Ea (nomina) quæ cognominatim ex his prolatis fixa sunt.

COGNOSCĬBĬLIS, e, adj. Qui cognosci potest. *Boet. Arist. Analyt. post.* 1, 21, p. 541. Sed quod *a* in *d* sit, prius est et cognoscibilius quam quod *a* in *e*.

COGNOSCĬBĬLĬTER, adv. Ita ut cognosci aliquis vel aliquid possit. *Vulg. Sap.* 13, 5. A magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.

COHĬBĬLĬTER, adv. Presse, concise, breviter. *Apul. Apol.* p. 478, ed. *Oudend.* Præsertim quum ordinatius et cohibilius eadem græce et latine aduitor conscribere.

COHĬBĬTIO, onis, f. Obstantia. *Boet. Geom.* 1, p. 1516. Si (acutus angulus) simili cohibitione rectam lineam in occursum exceperit, etc. — Rarioris vocabuli novus sensus.

COHOSPES, itis, m. Qui simul hospes est. *Paul. Nol. Carm.* 24, 438. Culmina Felicis dignatur et ipse cohospes.

COINFĔRO, fers, ferre, a. Simul infero. *Boet. Arist. Top.* 6, 3, p. 711. Infert enim unaquæque differentiarum proprium genus, ut *gressibile* et *bipes* animal coinferunt.

COINQUĬNĀTIO, onis, f. Inquinatio. *Vulg.* 1. *Esdr.* 6, 21. Qui se separaverunt a coinquinatione gentium. (Quæ vox sexies in *Vulg.*) *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Coinquinatio, contagium. *Gloss. vet. S. Genov.* Contagio, coinquinatio morbi.

COINTEMPŎRĀLIS, e, adj. Coæternus. *Hilar. De Synod. adv. Arrian.* p. 133. Patrem non intra tempora confiteri, sed cointemporalem Patri non negare.

1. CŌLA, æ, f. Colon. *Ven. Fort.* 1, *Præf.* Illi qui epilogorum calce jucundi, colæ fonte proflui, commate succiso venusti, etc.

2. CŌLA, æ, f. Colis vel caulis (de vite). *Ven. Fort.* 5, *Præf.* Quoniam, quo volueris, colæ pampinosæ diffundis propagines.

CŎLĂSIS, is, f. (κόλασις). Castigatio (schematis genus). *Sacerd.* in *Analect. gram* p. 42.

CŌLĀTŌRIUS, a, um, adj. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 516. Colatoria, liquatoria.

CŌLĀTUM, i, n. (colare). *Isid. Or.* 20, 3. Colatum vas proprie nuncupatur in qu[illegible] deportatur (vinum). || Vinum colatum. *Gloss. Pap.* Colatum, vinum purum, vel vas proprium in quo deportatur. *S. Greg.* 6, 37. Colatum non libenter bibo. (Conf. loc. in v. COGNIDIUM.) — Vide an *colatum* idem esset ac *saccatum*, de quo *Isid. Or.* l. cit. « Saccatum liquor est aquæ fæci vini admixtus, sacco expressus. »

COLENA, æ, f. Origanum. *Isid. Or.* 19, 9. Origanum, quod latine colena interpretatur.

COLLACTITIUS, a, um, adj. Collactaneus. *Inscript. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 509

Teltonius Erosion collactitio dulcissimo fecit. — Nonnulla exempla succurrunt adjectivi *collactius*, quod mihi quidem minus placet.

COLLECTĀRIUS, a, um, adj. Qui colligit (aquas). *Gloss. vet. S. Genov.* Exceptorius (male Exceptoris) locus, cisterna collectaria.

COLLECTĬBĬLIS, e, adj. Qui colligi potest. *Boet. De Syllog. hypoth.* 2, p. 637. Totidem vero (esse) collectibiles complexiones.

COLLECTĪVUS, a, um, adj. Qui plurima colligit. *Boet. De Divis.* p. 644. Atque ideo collectivum plurimarum specierum genus est. — Galli habent adjectivum *collectif.*

COLLĒVĪTA. Vid. CONLEVITA.

COLLĬGĀMENTUM, i, n. Vinculum. *Boet. De Syllog. categ.* 1, p. 582. Et alia hujusmodi non partes orationis sunt, sed quædam colligamenta.

COLLĬGENTIA, æ, f. Conclusio. *Cassiod. Dialect.* p. 569. Ita ut primo libro de regula colligentiarum artis dialecticæ disputaret. *Boet. De Syllog. hypoth.* 1, p. 623. Ergo si ratio colligentiæ talis sit ut, etc.

COLLĪMĬTĀTUS, a, um, part. *S. Greg. Ep.* 1, 8. Fundus collimitatus eidem præfato fundo.

COLLĪNA, æ, f. Collis (gall. *colline*). *Innoc.* in *Gromat. vet.* p. 314. Super se vero collinam extensam (casa habet). *Ibid.* Per collinam autem via excurrit.

COLLĬQUESCIT, ere, n. Liquescit, manifestum fit. *Boet. Music.* 4, 12, p. 1462. Sed ut hæc mutabilitas clarius colliquescat. *Id.* p. 815 et 866.—Noti verbi ignotus sensus.

COLLĬQUET, ere, n. Liquet, manifestum est. *Boet. Music.* 1, 10, p. 1377. Atque ut id evidentius colliqueret, etc.

COLLȲRĬDA, æ, f. (κολλυρίς). Offa panis. *Vulg.* 2. *Reg.* 6, 19. Et partitus est singulis collyridam panis. Et *Thom.* p. 140. — *Forcell.* exhibet voc. *Collyris*, quæ præivit et probabilior est.

CŎLŎPHŌNIUS, a, um, adj. Qui pertinet ad urbem Colophona. *Prisc.* p. 1215. Senarius iambicus Colophonius.

CŎLŌRĀBĬLIS, e, adj. Qui colorat, vel coloratus. *Capel.* 9, p. 319. Χρωματικός, quam nos vix forsan recte colorabilem memoramus. (*Pseudo-Bed. Music.* t. I, p. 407. Formas colorabiles.)

CŎLŌRĀTŪRA, æ, f. Coloris inductio. *Gloss. Cyril.* Χροισμός, coloratura.

CŎLOSTRĒUS, a, um, adj. Ad colostrum pertinens. *Cassiod. Var.* 12, 14. Exormiston inter pisces regium genus, colostrea delicata teneritudine præditum. — In quo *delicata* glossam sapit.

CŎLUBRĀRIUS, a, um, adj. Serpentibus frequens. *Merob. Paneg.* p. 10, ed. *Bekker.* Ad montem quem Colubrarium quasi præscia vocavit antiquitas.

CŎLŬMELLI dentes, m. pl. Columellares. *Isid. Or.* 11, 1. Hos (dentes) vulgo pro longitudine et rotunditate columellos vocant. *Thom.* p. 140. Colomelli (*sic*), dentes longiores. Cf. *Gloss. Jan. de Jan.*, ubi male *columnelli.* Videndus *Cang.*

CŎLUMNAR, aris, n. Porticus. *Inscr. Orel.* t. I, p. 218. In quo (loco) antea columnar publicum fuit. — Ubi *Orell.* « Nota *columnar*, ut lacunar, pulvinar. »

CŌLȲMA, atis, n. (κώλυμα). Obstaculum. *Pomp. gr.* p. 184. Nomina græca quæ ita exeunt apud Græcos; puta : colyma, colymata; pegma, pegmata; stigma, stigmata.

COMBAJŬLO, as, are, a. Bajulo. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 29. Infirma membra (ægrotæ) combajulat.

CŎMES STĂBŬLI et CŎNESTĂBŬLĀRIUS, ii, m. Vir quadam dignitate ornatus in palatio (*connétable*, *constable*). *Cod. Theod.* 11, 17, 3. In tribuendis clarissimis comitibus stabuli sportulis. *Ib.* 11, 18, 1. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 32. Belisarium vero comitem stabuli posuit. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 466. Primivirgius, conestabularius, qui primam virgam gerit ante regem. Videndus *Cang.*

CŎMESTĬBĬLIS, e, adj. Edulis (gall. *comestible*). *Isid. Or.* 17, 7. Arbor fructum ferens comestibilem. *Thom.* p. 184. Hic et Hæc comestibilis. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. ling.* p. 808. Βρωτός, comestibilis.

CŎMESTIO, onis, f. Manducatio. *Poet.* in *Anthol.* t. I, p. 544. Plebeia, simplex, rara comestio. *Isid. Or.* 20, 1. Coctum quasi coactum dicitur, id est ab igne et aqua violento modo actuque comestioni aptum. Etiam *Thom.* p. 184. Cf. *Cang.*

CŎMĬTIĂCUS, i, m. Comitiva dignitate

ornatus. *Cassiod. Var.* 6, 13. Quæ (formula) danda est comitiaco, quando permilitat. *Ibid.* 7, 30. Cf. *Cang.*

COMMĀCĔRĀTUS, a, um, part. *Ambr. In Luc.* 5, 6. Æterno fidei commaceratus jejunio. — Qui etiam sensus in verbo *Commacero* desideratur ap. *Forcell.*

COMMALLEŎLO vel COMMALLEO, as, are, a. Malleolo in ære incido. *Hyg.* in *Gromat. vet.* p. 204. Quicumque modus limitem excedit, commalleolari debet. (Aliter *commallorari, commallari.*) *Frontin. ibid.* p. 53. Attigui possessores vacantia loca.... per longum tempus impune commalleaverunt. — Verbo obscuro hoc alterum exemplum addidi. *Hyg. ibid.* p. 202, hunc *malleolum* innuit, quum ait « concessa coloniæ *in ære inscribere, tabulis æreis inscribere.* »

COMMĂNĬFESTO, as, are, a. Simul manifesto. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Nam quæ bene assignantur, contrarias commanifestant.

COMMĀTER, tris, f. Mulier quæ cum aliquo infantem de fonte baptismatis suscepit. *S. Greg. Ep.* 3, 40. Pervenit ad nos in monasterio tuo mulieres.... monachos tuos sibi commatres facere. *Ibid.* iterum. Cf. *Cang.* et *Johan. de Jan.* — Gallice dicimus *commère.*

COMMĂTĬCĒ, adv. (κομματικῶς). Per commata, incisim. *Arn. In Psalm.* 104. Sed prout poterimus, juvante Domino, commatice transeamus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 155. Commatice, breviter, compendiose.

COMMĂTĬCUS, a, um, adj. (κομματικός). Qui per commata scribit. *Hier. Præf. in duod. Proph.* (t. I, p. 727). Osee commaticus est et quasi per sententias loquens.

COMMEĀTIO, onis, f. Itio, iter. *Ennod. Ep.* 6, 30. Quorum commeationem vos ignorasse non credidi.

COMMENSŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui eamdem mensuram capit gall. (*commensurable*). *Boet. Arithm.* 1, 18, p. 1308. Et imperet agnoscere utrum eadem mensura commensurabiles (numeri) sint. *Id.* p. 740 et 1393.

COMMENSŪRĀTIO, onis, f. Proportio. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 706. Et quod sanitas commensuratio (est) calidorum et frigidorum. *Id.* p. 680 et 1393. *Interp. Iren.* 1, 14. Zodiaci circuli circum commensurationem esse partium CCCLX.

COMMENSŪRĀTUS, a, um, part. Simul mensuratus. *Boet. Music.* 1, 29, p. 1084. Has consonantias necesse est inveniri quæ sibi commensuratæ sint. *Id.* p. 544. Commensuratam diametrum. *Id.* p. 1392.

COMMERCIOR, aris, ari, d. Commercium exerceo. *Cassiod. Var.* 5, 39. Commerciandi licentiam æquabili ratione revocare.

COMMĔRĬTUM, i, n. Meritum, causa. *Mar. Vict.* p. 2540. Superiorem autem syllabam, quæ fuerat brevis, commerito suæ proceritatis, extendit.

COMMĬNISCO, is, ere, a. Verbum Comminiscor passive usurpatum fuisse ab antiquis, ait *Prisc.* p. 791, exemplumque *Appii Cæci* subjicit, p. 792. — *Forcell.* laudat *Apuleii* locum, de quo dubitat.

COMMĬNISTER, tri, m. Qui simul minister est. *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 12. Universorum a carissimo et comministro nostro Alexandro consecratorum. *Ib.* 1, 13, et passim. *Epist. synod. Concil. Alexand.* (ann. 362), in *Conciliorum Collect.* t. III, p. 208. Ut ex comministris nostris intelligere potestis.

COMMISSOR, oris, m. Qui committit seu componit. *Gloss. Cyril.* Συμβολόμαχος, commissor pugnæ. || Admissor, nocens. *Ennod. Epist.* 1, 4. Tobias propheta hujusmodi commissoribus occurrit.

COMMIXTICIUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* Miscellaneum, commixticium.

COMMIXTĪVUS, a, um, adj. *Gloss. Vet. S. Genov.* Miscellaneum, commixtivum.

COMMŎDĀLIS, e, adj. Ad commoda pertinens. *S. Greg. Epist.* 1, 58. Nobis indicavit civitatis suæ pauperes omnino vexari, et commodalibus vexari dispendiis. (Quod ed. *Bened.* recte exponit : « Scil. dispendiis commodorum seu bonorum temporalium. »)

COMMŒREO, es, ere, n. Simul mœreo. *Onomast. lat. gr.* Commœreo, καταλγῶ.

COMMŎLESTO, as, are, a. *Gloss. Paris.* Commolestant, conspiranter molestant.

COMMŎLĪTO, as, are. Freq. a v. Commolo. *Gloss. Paris.* et *Thom.* p. 155. Commolitare, mollem facere.

COMMŎNĬTŌRIŎLUM, i, n. Parvum commonitorium. *Hier. Epist. Ad Amandum*

(t. IV, p. 161). Reperi junctam epistolæ et commonitoriolo tuo brevem chartulam.

COMMŎRO, as, are, n. Commoror. *Isid. Or.* 11, 3. Quæ (Sirenes) inde in fluctibus commorasse dicuntur quia fluctus Venerem creaverunt. *Prisc.* p. 797.

COMMORTUUS, a, um, adj. Simul mortuus. *Ambr. In Luc.* 10, 22. Venit ergo ut consepultos per baptismum et commortuos Christo ad perpetuitatis gratiam reservaret. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, 20. Ut nos, peccatis nostris illi commortui, cum illo spiritualiter resurgamus.

COMMŌTIUS, adv. comparat. a Commote. *Aug. De Dono Persever.* 53. Et contradicens aliquanto commotius, pæne cum eo, qui illa commemoraverat, litigavit.

COMMULTIPLĬCO, as, are, a. Simul multiplico. *Boet. Geom.* 2, p. 1524. Aream autem basis medietas et cathetus commultiplicati metiuntur.

COMMŪNĀLIA, ium, n. pl. Compascua (gall. *communaux*). *Frontin.* in *Gromat. vet.* p. 48. In Etruria communalia vocant. Cf. *Cang.* — Quæ sæpius dicuntur *communia.*

COMMŪNĬCĀBĬLIS, e, adj. Qui communicari potest. *Ambr. De Dignit. sacerd.* 1. Sed cunctis eam (pecuniam) communicabilem faciens. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 340. Et ideo incommunicabilis qualitas est ipsa Platonica, communicabilis vero qualitas universalis, quæ et in pluribus et in singulis est. — Gallice dicimus *communicable.*

COMMŪNĬCĀBĬLĬTER, adv. Vicissim. *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 5, p. 526. Et proportionale, quod communicabiliter est, secundum quod numeri sunt, etc.

COMMŪNĬCĀTĪVUS, a, um, adj. Aptus ad communicandum. *Boet. Arist. Anal. pr.* 2, 28, p. 521. Si vero duo habet propria totum genus, ut leo, forte et communicativum, etc. — Exstat gall. adj. *communicatif.*

COMMŪNĬCĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui communicat vel monet. *Aug. Epist.* 45. Et ad eum a transmarinis ecclesiis communicatorias litteras mitti. Cf. *Cang.*

COMMŪTĀBĬLĬTAS, atis, f. Mutabilitas. *Eucher. In Genes.* 1, p. 4. Commutabilitas naturæ.

COMMŪTĀBĬLĬTER, adv. Commutabili modo. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 364. Una quidem vera, altera falsa, sed indefinite et commutabiliter. *Id.* p. 556. Commutabiliter analogum habent.

COMMŪTESCO, is, ere, n. Obmutesco. *Gloss. Cyril.* Φιμοῦμαι, obmuteo, commutesco.

CŌMŒDIOGRĂPHUS, i, m. (κωμῳδιογράφος). Comœdiarum scriptor. *Val. Prob.* p. 1486. Sic Plautus et antiqui comœdiographi. — Quod facit pro vocabulo græco, de quo Lexica dubitant. Certe solennius κωμῳδογράφος.

CŌMŒDĪSO vel CŌMŒDIZO, as, are, a. (κωμῳδέω). In comœdia aliquid tracto. *Interp. Iren.* 2, 19. Quæ (mysteria) ubique in theatris ab hypocritis splendidissimis vocibus comœdisantur.

COMPACTĪVUS, a, um, adj. Agglutinans. *Isid. Or.* 17, 7. Hæc sola arbor gummi compactivum et glutinosum distillat.

COMPÆDĂGŌGĪTA, æ, m. Servus in eodem pædagogio domini sui educatus (ut exponit editor). *Inscr. Orel.* t. I, p. 492. Carpioni.... fecit Helvius compedagita (*sic*). *Ibid.* Compedagitæ suo.

COMPĀGĬNĀBĬLIS, e, adj. Qui compaginari potest. *Sever.* ap. *Aug. Ep.* 109, ed. *Bened.* Nos ipsi cedimus, nobis elimatiores et compaginabiliores, si tamen admittis hoc verbum, aptare moliamur.

COMPĀGĬNĀTIO, onis, f. Compages, junctura. *Cassiod. In Psalm.* 17. Fiat hujus versiculi compaginatio præposterata verborum, ut melius hic sensus nobis possit aperiri.

COMPARS, tis, adj. Particeps. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Compartem, participem. (Huc sane referendum gallicum vocabulum *comparse.*)

COMPARTĬCĬPO, as, are, a., et COMPARTĬCĬPOR, aris, ari, d. Participem aliquem facio. *Ambr. Ep.* 7, 56. Ipse, si quid melius habes, nobis comparticipato. *Arn. In Psalm.* 44. Præ omnibus participibus quibus hoc comparticipatus est nomen.

COMPARTŬRIO, is, ire, n. Simul parturio. *Ambr. Hexaem.* 4, 1. Mecum congemiscit et comparturit.

COMPĂTIENTIA, æ, f. Sympathia (*sen-*

sibilité). *Th. Prisc.* 2, 2, 2. Pro ipsius professionis (scil. medicorum) compatientia.

COMPATRUĒLIS, is, m. Patruelis. *Inscr., Afric.*, ed. *Rénier*, n. 227. Q. Ælius Lucanus miles compatrueli carissimo.

COMPECCĀTOR, oris, m. Qui simul peccat. *Hier. Ep.* 112. Cum monachis, id est cum compeccatoribus meis.

COMPĒDĂGĪTA. Vid. COMPÆDAGOGITA.

COMPENDIŌSIOR, us, adj. compar. *Bed. De Tempor. rat.* t. II, p. 140. Compendiosiori ac manifestiori ratione satisfacere.

COMPENDIŌSISSĬMĒ, adv. superl. *Cassian. Collat. Patr.* 10, 14. Nec rusticitatem obesse ad capessendam cordis atque animæ puritatem, quæ compendiosissime adjacet cunctis.

COMPENSĀTĪVUS, a, um, adj. Qui compensat. *Cur. Fortun. Art. rhet. scholic.* 1, p. 63. Compensativus status. *Cassiod. Var.* 7, 6. Afflictam mentem compensativo remedio consolari.

COMPERTOR, oris, m. Inventor. *Alcim. Avit. Carm.* 4, 148. Transcenditur omni Crimine compertor leti.

COMPĔTUM, i, n. Locus in quem conveniunt. *Isid. Or.* 15, 2. Competa sunt ubi est usus conventus fieri rusticorum : et dicta competa quia loca multa in agris eodem competunt, et quo convenitur a rusticis. *Ib.* 15, 16. Competa, quia plures in ea competunt viæ. (Utrobique *Lindem.* edidit *compita*. Sed potius crediderim *Isidorum* illud scripsisse).

COMPĪLĀTIM, adv. Omnino, prorsus. *Vet. Gramm. ined. Bibl. Imper.* n. 1080, p. 139. Ostium, ostiatim; totum oppidum compilatim. Cf. *Cang.*

COMPLĂCĬTIOR, ius, adj. compar. *Vulg. Psalm.* 76, 8. Aut non apponet ut complacitior sit adhuc.

COMPLANTO, as, are, a. Simul planto. *Gloss. Cyril.* Καταφυτεύω, complanto. *Ibid.* Φυτεύω, planto, complanto, novello. (Et *Pseudo-Bed. Music.* t. I, p. 415. Sicut in arbore unam natura virtutem multarum regitivam propaginem complantavit.) Cf. *Cang.* || Translate. *Prosper, Respons. ad Capitul. Gall.* 9. Ut renasceremur, et similitudini mortis ejus complantaremur.

COMPLECTĬBĬLIS, e, adj. Qui complecti potest. *Boet. De Syllog. hypoth.* 2, p. 628. Harum igitur, quæ æquimodæ esse dicuntur complexiones, nulla est complectibilis.

COMPLĒTĪVUS, a, um, adj. Qui complet (gallice *complétif*). *Boet. In Aristot. Prædic.* 1, p. 126. Sunt aliæ differentiæ quæ dicuntur completivæ prædicati. *Id.* p. 85 et 87. *Prisc.* p. 1026 et 1170. Conjunctio completiva (gall. *complétive, explétive*). *Collect. Voc.* in *Thes. utr. ling.* p. 805. Ἄρα, completiva particula.

COMPLEXĪVĒ, adv. Generaliter, presse, breviter. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, *Præf.* Ut complexive dicam. Cf. *Cang.*

COMPLEXĪVUS, a, um, adj. Qui complectitur vel continet. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 43. Atque ideo species illa, quod plura in se accidentia suscepit, accidentis illius complexiva est. *Cur. Fortun. Art. rhet.* 1, p. 71. Hujusmodi controversia quid vocatur? Complexiva. Cur ita? Quoniam duos in se vel plures complectitur status. — Hujus vocis unicum exemplum exhibent (*A. Gellii*, 10, 29, *in lemmate*), et sensu qui ad grammaticam, non ad dialecticam spectat.

COMPLEXOR, aris, ari, d. Amplexor. *Vulg. Marc.* 10, 16. Et complexans eos, et imponens manus.

COMPLĬCĀBĬLIS, e, adj. Qui complicatur. *Isid. Or.* 14, 7. Valvæ quæ intus revolvuntur, et duplices complicabilesque sunt.

COMPLŪRĬMUM, adv. Maxime. *Ambr. De Obit. Frat.*, *sub init.* Ita in unius necessitudinis gradu complurimum mihi necessitudinum officia impendebas (Sic vulgo. Sed legendum videtur *complurium.*) *Ammian.* 14, 5. Is (Paulus), jussa licentius supergressus, fluminis modo fortunis complurimum sese repentinus infudit. (Sic vett. edd. Nunc vero *complurium.* Eamdem varietatem libri exhibent ap. *Apul. Met.* 9, p. 613, ed. *Oudend.*) — Incertum verbum, cui favent adj. *Complurimi* et adv. *Compluscule.*

COMPORTIŌNĀLIS, e, adj. Qui est in eadem portione (*dépendant*). *Frontin.* in *Grom. vet.* p. 40. Tum de comportionalium terminorum positione. *Boet. ibid.* p. 389. Quos comportionales fieri oportet.

COMPOSSESSIO, onis, f. Communis cum aliquo possessio. *Gloss. Philox.* Compossessio (male Compossessione), σύγκτησις.

COMPOSTĬLIS, is, f. Repositorium (*plateau*). *Ennod. Epigr.* 21 (in lemmate). De compostile habente septem gavatas.

COMPOSTOR, oris, m. Compositor. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Compostores luti, figuli dicuntur, a fingendo et plasmando aliquid e terra. — Notæ sunt syncopæ *compostus*, *compostura*. Porro gallicum substantivum *composteur*, recentius sane, hinc esse derivatum, neque dubito neque assequi possum.

COMPREHENSA, orum, n. pl. Perceptiones. *Cic. Acad.* 1, 2, 7. Alterum (artificem) percepta et comprehensa tenere videmus, alterum non item.

COMPREHENSĪVUS, a, um, adj. Qui comprehendit (unde gall. *compréhensif*). *Boet. De Defin.* p. 660. Quia minus comprehensivum definitione quam res nominis postulabat. *Prisc.* p. 1264. Et comprehensivum nomen, quod Græci περιεκτικὸν vocant, velut lauretum, myrtetum, rosetum. (Gall. *nom collectif.*)

COMPRŎBĀBĬLIS, e, adj. Probabilis. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 30. Quadam significatione comprobabili.

COMPRŎBĀTĪVĒ, adv. Affirmative. *Prisc.* p. 1148. Ecce hic et interrogative et comprobative posuit ἄν.

COMPTOR, oris, m. Ornator. *Cassiod. Var.* 4, 51. Fundator egregius fabricarum earumque comptor eximius.

COMPUGNANTIA, æ, f. Discordia. *Isid. Or.* 5, 35. Facit hoc confinium frigoris et caloris et compugnantia inter se contrariorum aerum. *Gennad. De Vir. illustr.* 13. De compugnantia animæ.

COMPUNCTĒ, adv. Cum compunctione. *S. Cæs. Homil.* 2, p. 14. Certum est quod non satis compuncte pœnitentiam accipit.

COMPUNCTIO, onis, f. Peccati admissi dolor. *Prosp. De Vit. contempl.* 1, 23. Et sic eos compunctione cordis sui accendat. *Salv. Gub. D.* 5. Fletus est compunctio animæ. *Isid. Or.* 7, 12. Isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium. *Ennod. Epist.* 4, 24. Ex compunctione defluens imber oculorum. *S. Cæs. Homil.* 2, p. 14, et *S. Greg. Epist.* 6, 23 et 27. — Gall. *componction*.

COMPUNCTUS, a, um, part. Quem peccati pœnitet. *Vulg. Psalm.* 108, 17. Et compunctum corde mortificare. *Ib.* 34, 16. Dissipati sunt nec compuncti. *Alcim. Avit. Carm.* 2, 207. O quoties ori admotum (pomum) compuncta (Eva) retraxit! Adde *S. Greg. Ep.* 5, 49. — Translatum sensum omittit *Forcell.* Vid. vocem præced.

COMPŪTEO, es, ere, n. Puteo. *Gloss. Cyril.* Προσόζω, computeo.

CŌNĀBUNDUS, a, um, adj. Enisus. *Bed. De Orthog.* p. 2341, ed. *Putsch.* Obnixus, id est conabundus.

CŌNĀTUS, a, um, part. *Virg. Æn.* 4, 688. Illa, graves oculos conata attollere, rursus Deficit. *Ovid. Met.* 14, 756. Conataque retro Ferre pedes, hæsit; conata avertere vultus, Hoc quoque non potuit.

CONCĂVĀTIO, onis, f. Convexa (cœli). *Interp. Iren.* 1, 14. Qui (circulus) ad ipsam concavationem aggravat.

CONCELLĀNEUS, i, m. Qui in eadem cella habitat. *Ennod. Præcept. de Cellulan.* p. 450. Quem substantiæ exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius.

CONCENTO, as, are, n. Concino. *Onomast. lat. gr.* Concento, συνεπᾴδω.

CONCENTOR, oris, m. Qui concinit (gall. *choriste*). *Isid. Or.* 7, 12. Concentor dicitur qui consonat. *Onomast. lat. gr.* Concentor, συνῳδός.

CONCEPTĒ, adv. *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 43. Concepte positum adverbium. — *Maius*, quum notet adverbium Lexicis addendum, non exponit. Equidem interpretor *solenniter* (gall. *Comme une pensée générale*).

CONCEPTIŌNĀLIS, e, adj. Ad conceptionem pertinens. *Firm. Math.* 7, 1. Si una malivola (stella) in conceptionali sole fuerit inventa.

CONCEPTĪVUM, i, n. Mens, imaginatio. *Ven. Fort.* 5, 6, *Pros.* Conceptivo meo.

CONCĬBUS, i, m. Convictor. *Gloss. Cyril.* Σύνσιτος (vel Σύσσιτος), concibus. *Ibid.* Σύντροφος, concibus.

CONCĬLĬTAS, atis, f. Vid. in v. RECONCILITAS.

CONCINGO, is, ere, a. Cingo. *Theod. Prisc.* 4, 1. Sine modo concingis te.

CONCĪSIOR, us, adj. compar. *Vulg. Jos.* 5, 5. Insonuerit vox tubæ longior atque concisior.

CONCĬTĒ, adv. Concitate, cito. *Ven. Fort.* 8, 15, 3. Concite, presbytero recitante Leone sereno, Irem. (Qui accentum magis quam quantitatem curavit.)—*Concito*, adv., legitur ap. *Cang.* ex *Abbone*.

CONCĪVIS, is, m. Qui ex eadem civitate est. (De hac voce agit *Cajetanus Cognolatus*, in Præfat. editionis Lexici Forcelliniani, p. XVIII. Quam, ut inauditam, protulit *Maffejus*, ex inscriptione Musei Veronensis; *Forcell.* nonnisi *Tertullianum* et *Inscr.* laudat. Ea quidem cadentis ævi, sed non perrara.) *Cassiod. De Anim.* 18. Tamen bonis angelis videntur esse concives. *Ven. Fort.* 5, 5, *Ad Syagr.* Quum me moveret lamentabilis concivis tam jactura quam patria, etc. *Id.* 7, 7, 61. Inter concives meruit te Gallia lumen. *Id.* 7, 14, 9. Inter concives merito qui clarior exstat. *Id.* 9, 13, 9. Droctoveo, dulci clero et concivibus, oro. *S. Greg. Epist.* 6, 3. Ruferius comes, cum aliis concivibus suis. *Gloss. Cyril.* Συμπολίτης, concivis. *Gloss. Philox.* Concives, συμπολῖται. Et *Thom.* p. 143.

CONCLASSO, as, are, a. *Gloss. Isid.* Conclassare, conjungere classes. *Gloss. Paris.* Conclassare, conjungere classem. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 517. Conclassare, adjungere classem.

CONCLĀVĀTIO, onis, f. Actus conclavandi. *Gloss. Cyril.* Συνήλωσις, conclavatio.

CONCLĒRĬCUS, i, m. Comes in clericatu. *Aug. Epist.* 122, *Ad Hipponenses.* Dilectissimis fratribus conclericis. *Id. Ep.* 88, *Januario.* Conclericos nostros plagis immanissimis quassaverunt. — *Cang.* unum recentius exemplum exhibet, veteribus omissis.

CONCLŪDENTER, adv. Argumentando. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 14, p. 744. Quum nihil colligentes non interrogationem faciunt, id quod est ultimum, sed concludenter dicunt veluti colligentes.

CONCLŪSĪVĒ, adv. Breviter. *Cassiod. Instit. div. Litter.*, *ad fin.* De quo conclusive dictum est : Ubi bene, nemo melius.

CONCŎMĬTO, as, are, a. Comito. *Ven. Fort.* 8, 7, 183. Millia prægressus concomitando tuos. *Id.* 8, 6, 157. Astris Cæsario concomitante suo. (Veteres voces habemus *concomitant, concomitance.*)

CONCORDĀTIO, onis, f. Reconciliatio. *Vulg. Eccli.* 22, 27, et 27, 23. || Translate. Concordia (rerum), concentus. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 153. Liquidoque patet in horum concordatione temporum nihil præjudicare bissextos.

CONCORDIUS, a, um, adj. Concors. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3352. Antonius.... cum omnibus concordius. (Nomen proprium *Concordius* est in *Inscr. chrétiennes de la Gaule*, t. I, p. 344.)

CONCRĒTĪVUS, a, um, adj. Qui concrescit. *Gloss. Philox.* Concretiva, συγκρίματα.

CONCRISPUS, a, um, adj. Crispus. *Isid. Or.* 19, 22. Citrosa (scil. vestis), quasi concrispa ad similitudinem citr.

CONCRŬCĬFIXUS, a, um, part. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Concrucifixus, confixus.

CONCŬBA, æ, f. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Pellex apud Græcos proprie dicitur, a Latinis concuba vel concubina. Cf. *Cang.*

CONCŬBO, as, are, n. Concumbo, *Gloss. Cyril.* Συνανακλίνομαι, concubo. Συναναπίπτω, concubo. *Gloss. Philox.* Συναναπίπτει, concubat. — *Forcell.*, participium *concubans* referens, inusitatum verbum temere ait.

CONCŬPISCENTIĀLĬTER, adv. Cum concupiscentia. *Aug. De Peccat. Merit.* 2, 9. Ex hoc quod in membris ejus concupiscentialiter movetur. *Ibid.* 28.

CONCŬPISCĪBĬLIS, e, adj. Appetendus. *Vulg.* 1. *Macch.* 1, 24. Et aurum et vasa concupiscibilia. *Pseudo-Cassiod. Amicit.*, *Prol.* Rerum concupiscibilium imaginem introduxit. — Lexicon *Forcell.* unum exemplum habet, additum a *Furlan*.

CONCŬPISCĪBĬLĬTER, adv. Appetenter. *Prosper*, *De Vit. contemplat.* 6. Ibi colores varios et illices formas concupiscibiliter videt.

CONCURSĬTO, as, are, n. Concurso. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 24. Quanto fervore excitata ad coquinam concursitabat!

CONDĔCLĪNO, as, are, a. Similiter declino (nomen). *Prisc.* p. 1068. Genitivus

declinatus a nominativo, congrue huic condeclinat tam sequentes casus quam numeros.

CONDĒLECTOR, aris, ari, p. Pariter delector. *Vulg. Paul. ad Rom.* 7, 22. Condelector enim legi Dei.

CONDENTĀLIS, e, adj. Conclavatus (*cloué ensemble*). *Gloss. Cyril.* Συγγεγομφωμένος, condentalis.

CONDESCENDO, is, ere, n. Obsecundo, obsequor (gall. *condescendre*). *Cassian. Collat. Patr.* 2, 13. Condescendere infirmitatibus laborantium. *Cassiod. Var.* 11, 16. Quibus dominorum nostrorum clementia voluit condescendere. *S. Greg. Ep.* 1, 24. Et eumdem se auditoribus condescendendo attemperare. *Pseudo-Cassiod. De Amicit., Prol.* Qui ejus condescendit incommodis. *Ibid.* 10. Pleno humilitatis spiritu, junioribus condescendit. Cf. *Cang.* — *Condescensio* est ap. *Forcell.*

CONDIĀCŎNUS, i, m. Comes in diaconatu. *Aug. Epist.* 149, ed. Bened. Occasione filii et condiaconi nostri Rufini, quæ prima occurrit. *Ib.* Condiaconus autem noster.

CONDĪTĒ, adv. Cum conditura. *Aug. De Morib. Manich.* c. 43. Multa (poma).... et corpore capiuntur salubrius, et sapiunt in ore conditius.

CONDORMĪTO, as, are, n. Dormito. *Cassian. Collat. Patr.* 2, 22. Carnis lassitudine nimia prægravata (mens) condormitare compellitur.

CONDULCO, as, are, a. Dulco, mitigo (translate). *Vulg. Eccli.* 27, 26. Condulcabit os suum. *Ib.* 40, 18.

CONDŬMA, æ, f. (cum, domus). *Gloss. Pap.* Conduma, domus cum curia et ceteris necessariis. *S. Greg. Ep.* 9, 14. Nam illi de jure ecclesiæ deputare condumam debuisses. *Ib.* 10, 12. Fundus cum conduma una. *Ib.* 11, 20. Percepta primitus donatione legitima, id est conduma una. (In not. ed. *Bened.* p. 1107, legitur : « Conduma est massa seu prædium ecclesiæ. Condumam ecclesiæ Remensis, cui nomen erat Tudiniacus, memorat Hincmarius in vita B. Remigii. ») Cf. *Cang.* (in v. CONDAMINA), qui ait inveniri aliquoties *condama*.

CŎNESTĂBŬLĀRIUS, m. Vid. supr. COMES stabuli.

CONFĀBŬLĀTOR, oris, m. Qui confabulatur. *Hier. In Ep.* 2 *ad Galat.* 4, 8. Moyses et ceteri confabulatores Dei. *Ambr. Ep.* 6, 42. Ille primus homo.... opus Dei recens, confabulator assiduus.

CONFĂMŬLUS, i, m. Confamulans. *Ennod. Epist.* 19. Petitionem meam, quam per confamulum meum fratrem Florum destinavi. *Epiphan. Hist. Eccles.* 1, 19. Confamulus vester. *S. Greg. Ep.* 8, 2. Triginta libras auri, quas confamulus meus Busa detulit Scribo.

CONFĔRENTIA, æ, f. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Conferentia, collatio.

CONFESSĒ, adv. Sine ulla controversia. *Boet. In Arist. Prædicam.* 2, p. 161. Quæ confesse a relativorum definitione segregata sunt. *Ib.* p. 162. Quæ confesse relativa est.

CONFICTĒ, adv. Ficte. *Pacuv.* ap. *Non.* p. 506. Ubi poetæ pro sua parte falsa conficte canunt. (Vulgo *conficta*, claudicante metro.)

CONFĪNIĀLIS, e, adj. Confinalis. *Isid. Or.* 10, *litt. C.* Confinialis eo quod sit genere vel loco affinis. (Sic vett. edd. Nunc, *confinalis*. Illud autem retinendum.) *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 518. Conterminalis, confinialis. Iterum *Gloss. Paris.* Confinialis ab eo quod sit genere vel loco adfinis. Et vid. *Capitul. Caroli Magni* ap. *Cang.*

CONFĪNIO, is, ire, n. Confinem vel confine esse (gall. *confiner*). *Gloss. Cyril.* Ὁμορῶ, confinio. Et cf. *Cang.* — Ne quis mutatam conjugationem miretur, monebimus primam verbi positionem *finire* apud nos transiisse in obsoletum *finer*, quod nunc est *finir*. Ceterum *confinare* et *confiniare* sunt etiam ap. *Cang.*, et ab illo gallica vox deducta est.

CONFIXIO, onis, f. Actus configendi cum telis. *Cassian. Cœnob. Instit.* 5, 15. Sciens immensam gloriæ palmam in eorum (præmiorum) confixione consistere. — Frustra id vocabulum *Furlan.* inducit, laudans ex *Cæl. Aur. Acut.* 2, 3, et *Tard.* 3, 2, *Dentium confixio*, quum legendum sit *conflictio*.

CONFLĀTIM, adv. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Conflatim, copulatim, contexte.

CONFLĀTOR, oris, m. Monetarius. *Vulg. Jerem.* 6, 29. In igne consumptum est plumbum; frustra conflavit conflator. *Cod. Theod.* 11, 21, 1. Conflatores figurati æris. — Vocem addidit *Bailey* ex *Glossar.*

CONFLĀTŌRIUM, ii, n. Vas in quo metalla conflantur. *Vulg. Prov.* 27, 21. Probatur in conflatorio argentum. *Salv. Gub. D.* 7, 14. Quomodo in eodem conflatorio res divinæ conflantur? *Pseudo-Cassiod. Amicit.* 7. Sicut aurum in conflatorio.

CONFLĀTUS, us, m. Flatus. *Ennod. Præcept. Cellulan.* 7. Nec bonorum facem meritorum maledicentis creditum est exstingui posse conflatu.

CONFŎRET, imperf. subj. Esset. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 175. Quæ conforet altrix.— *Confore*, quod ap. *Terent.*, est etiam ap. Nostrum, p. 202 et 208.

CONFORTĀTUS, a, um, part. *Vulg.* 2. *Paral.* 13, 21. Confortato imperio suo.

CONFŌTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 11, 1. Semen receptum confovet, confotum corporat. *Ib.* 17, 6. Dehinc confota (herba) surgit in arborem. — Unum exemplum vulgatur, ex *Inscript.* a *Furlan.* additum.

CONFRACTIO, onis, f. Fractio, fractura. *Vulg. Isai*, 24, 19. Confractione confringetur terra. *Ibid. Psalm.* 105, 23. *Ennod. Epist.* 8, 13. Nihil valetudini meæ de itineris confractione indico decessisse. Conf. *Cang.*

CONFRACTUS, us, m. Confractio. *Append.* ad *Prob.* in *Anal. grammat.* p. 437.

CONFRĔQUENTĀTIO, onis, f. Frequentatio. *Arn. In Psalm.* 118. Nos ergo constituamus diem dominicam in confrequentationibus.

CONFRĪGO, is, xi, xum, gere, a. Frigo. *Arn. In Psalm.* 101. Ossa mea, sicut fixorium, id est fasciculum sarmenti aridum, ita confrixa sunt, parata ad incendium gehennæ.

CONFRIXO, as, are, a. Confrigo. *Theod. Prisc.* 1, 6. Cum oleo confrixentur.

CONFRIXŌRIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 153. Confrixorium, caldarium, patella.

CONGAUDI, pro præterito Congavisus sum. *Alcim. Avit. Ep.* 41. Congaudi misso, invidi vos visuro.

CONGĔNER, eri, m. Qui cum alio gener est. *Gloss. Cyril.* Σύγγαμβρος, congener. — Exemplum unum incertum commode hoc loco fulcitur.

CONGĔNĒS vel CONGĔNEUS, adj. Congener (eris). *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 7, p. 528. Unde et in aliis conveniunt hæ rationes congeneis. *Ibid.* Sed congenea oportet esse primis. — Malim *congeneribus* et *congenera*. Aliter esset *Congenus, a, um*, ut *omnigenus*, etc. Si vera lectio, auctor declinasse videtur *congenes* ut græcum συγγενής, seu reponendum *congenius*, ut dicitur *primigenius*.

CONGESTO, as, are, a. Freq. a v. Congero. *Aug. De Peccat. Merit.* 1, 28. Sive acervatim multa congestans. *Commod.* 64, 15. Congestet alius; tu bene vivere quære. *Thom.* p. 153. Congestare, accumulare, congerere.

CONGLŌRIOR, aris, ari, d. Glorior. *Pseudo-Cassiod. Amicit.*, *Prol.* Conscientiæ meæ testimonio conglorians.

CONGLŪTĬNĀTIOR, us, adj. compar. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 379. Frigescit ex hoc magis homo, quia conglutinatior aqua est.

CONGRĔDĪRI, antique pro Congredi. *Plaut. Aul.* 2, 3, 70. Pauper metuit congrediri; per metum male rem gerit. — Ita feliciter metro succurrit *Acidalius*. Vulgo *congredi.*

CONGRĔGĀTĪVĒ, adv. Cum sensu congregationis. *Asper*, p. 1732. Et congregative (adverbia fiunt), ut una, pariter, simul.

CONGRĔGUS, a, um, adj. Congregatus. *Isid. Or.* 12, 7. Aliæ (aves) congregæ, id est gregatim volantes, ut sturni et coturnices. — Ubi *id est gregatim* glossam sapit.

CONGRUĬTAS, atis, f. Congruentia. *Prisc.* p. 1118. Illas vero transitiones.... παρασυμβάματα dicebant, hoc est minus quam congruitates. — *Forcell.* unum exemplum incertum profert. Exstat apud theologos gallica vox *congruité.*

CONGRUO, is, ere, a. *Ven. Fort.* 9, 9, 27. Ut plebem foveas, et Rheni congruis amnes : Quid referat terris, qui bona præbet aquis? (Satis obscurus verbi sensus.

Mihi videtur *congruere* esse coercere, scil. fluvium operibus compescere.)

CONGȲRO, as, are, n. Simul gyro. *Vulg. Judith*, 13, 16. Congyraverunt circa eum.

CŎNĪTUS, a, um, part. Coitus. *Isid. Or.* 18, 7. Contus, quasi conitus. — Cui loco lumen affert *Quintil.* 1, 6, 17. Inhærent quidam molestissima diligentiæ perversitate, ut *audaciter* potius dicant quam *audacter*.... et *conire*, non *coire*.

CŌNIUM, ii, n. (κώνειον). Cicuta. *Ambr. Hexaem.* 3, 9. Cum tritico conium. *Ib.* Sturni vescuntur conio. *Ib.* Nec illud præterit, quod conio plerumque furores libidinum marcuerunt. *Glossar.* ad *Alex. Iatrosoph.* ap. *Cang.* Item castoreum et conii semen æquali pondere solves cum aceto, et tepidum mittes in aurem.

CONJĔRO, as, are, a. et n. *Gloss. Paris.* Conjerat, conjurat. — Nota sunt *dejerat, pejerat.*

CONJECTŪRO, as, are, a. Conjecturam facio (gall. *conjecturer*). *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 14, p. 554. Tria oportet conjecturare. Cf. *Cang.*

CONJŬGĀLĬTAS, atis, f. Conjugium. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *ante med.* Ut ipsa conjugalitas ignoretur. *Ibid. infr.* Nec ipsi conjugalitati succumbunt.

CONLĒVĪTA, æ, m. Alicujus levitæ socius. *Bed. De Metr.* p. 2382, ap. *Putsch.* Hæc tibi, dulcissime fili et conlevita, Guthberte, diligenter ex antiquorum opusculis scriptorum excerpere curavi.

CONNASCOR, eris, atus sum, asci, d. Simul nascor. *Cassiod. Var.* 3, 6. Laus nobilitatis connascitur. — Cf. *Connatus* ap. *Forcell.*

CONNĀTO, as, are, n. Simul nato. *Onomast. lat. gr.* Connato, συννήχομαι.

CONNĀTŪRĀLIS, e, adj. Congenitus. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 17, p. 557. Habent enim (animalia) connaturalem potentiam judicativam.

CONNĀTŪRĀTIO, onis, f. Communis generatio. *Isid. Or.* 12, 3. Alia per connaturationem : ut in alia manu digiti plures connaturati et cohærentes reperiuntur.

CONNĀTŪRĀTUS, a, um, adj. Congenitus. Vid. v. præced.

CONNEXIO, onis, f. Colligatio. *Fest.* Botulus, genus farciminis : propter connexionem sic appellatur. — Proprius sensus ignorabatur.

CONNŌDO, as, are, a. Simul nodo (translate). *Prosp. De Promiss. et Præd.* 1, 6. Sed his ausibus, facinus suum Cain multis etiam vinculis connodavit.

CONNŬMĔRĀTIO, onis, f. Numeratio. *Prisc.* p. 1138. Potest enim per connumerationem aliquis sese illis, quibus imperat, adjungere.

CONNŬMĔRĀTUS, a, um, part. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 4, p. 736. Non connumerato eo quod erat in principio. *Ib.* p. 738 et 739.

CONNUNCŬPO, as, are, a. Similiter nuncupo. *Hilar. Trinit.* 6, p. 44. Non pepercisse Deum proprio filio suo docuit (apostolus) : neque utique pro adoptandis adoptivo, neque pro creatis creaturæ, sed pro alienis suo, pro connuncupandis proprio. *Ib.* p. 45. Creaturam connuncupandam.

CONNŪTRĪTUS, a, um, part. *Hilar. In Epist. ad Philemon.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 156. Erubesce senectutem et canitiem, in vinculis connutritam. — Verbum *Connutrio* tantum notum est ex *Not. Tiron.*

CONQUĂTERNĀTIO, onis, f. Actus conquaternandi. *Gloss. Cyril.* Conquaternatio, κατὰ τέσσαρα ζεῦξις.

CONQUĂTERNO, as, are, a. Quaternos vel quaterna jungo. *Gloss. Philox.* Conquaternat, ζευγνύει κατὰ τεσσάρων (l. τέσσαρα). *Gloss. Cyril.* Κατὰ τέσσαρα ζευγνύω.

CONSACRA, orum, n. pl. Sacra communia. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Confarreatio, consacrorum communicatio.

CONSÆPE, adv. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Consæpe, ut adsolet.

CONSARCIO, is, ire, a. Simul sarcio. *Interp. Iren.* 2, 19. Quasi centonem ex multis et pessimis panniculis consarcientes.... præparaverunt.

CONSCĂRĬFĬCO, as, are, a. Scarifico. *Gloss. Philox.* Conscarificat, καταξύει.

CONSECTĀTOR, oris, m. Sectator. *Vincent. Lirin. Common.* 6, p. 324. Auctores ejusdem opinionis, catholici, consectatores vero hæretici judicantur. *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 9. Synodus Arium et consectatores ejus

anathematizavit omnes. *Ibid.* 1, 3; 2, 15, et passim. — Vox fuit latina bonis etiám temporibus, ut testatur femininum *Consectatrix*, a *Cicerone* usurpatum.

CONSEMPĬTERNUS, a, um, adj. Qui una sempiternus est. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, *Prol.* Spiritum sanctum.... cum Patre et Filio consubstantialem natura, consempiternum essentia.

CONSĔNIOR, oris, m. Qui simul senior est. *Vulg.* 1. *Petr.* 5, 1. Consenior et testis Christi passionum.

CONSENSUĀLĬTAS, atis, f. Sensualitas communis. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 397. Consensualitas dominatur rationi, quia in cujusque corpore sit.

CONSENTIENTER, adv. Convenienter, congrue. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 437. Hæc Aristoteles consentienter his, quæ nos supra præmisimus, addidit.

CONSĔPĔLIO, is, ire, a. Simul sepelio. *Ambr. In Luc.* 6, 7. Ut consepeliamur cum eo. *Hilar. De Trinit.* 1, p. 3. Cujus (corporis) morti consepeliremur in baptismo. — « *Consepultus*, ait *Forcell.*, ab inus. *Consepelio.* » Talia asserere, nunquam tutum.

CONSERVĀTĪVĒ, adv. Conservando. *Boet. Arist. Top.* 1, 13, p. 669. Et salubriter, vel effective, vel conservative, vel significative dicetur.

CONSERVĀTĪVUS, a, um, adj. Qui conservat. *Boet. Aristot. Topic.* 2, 3, p. 678. Similiter effectiva et conservativa, conjugata illi cujus sunt effectiva et conservativa, ut sanativa sanitatis, habituativa habitudinis, eodem autem modo et in aliis. *Id.* p. 669 et 717.

CONSIGNĬFĬCĀTIO, onis, f. Similis significatio. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 221. Ergo non est similis in simplicibus nominibus compositisque partium consignificatio. *Id.* p. 224.

CONSIGNĬFĬCO, as, are, a. et n. Simul significo. *Prisc.* p. 1040. Hæ etenim (dictiones) semper consignificant, id est conjunctæ aliis significant, per se autem, non. *Id.* p. 1053. Quorum (pronominum) demonstratio sibi quoque accidentia consignificat. *Cassiod. De Dialect.* p. 568. Verbum est quod consignificat tempus. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 309. Neque enim nomen consignificat tempus.... Aliud est enim significare tempus et consignificare. *Id.* p. 221. Ergo id quod dicimus *ferus*, cum alia parte nominis, quæ est *equi*, unum consignificat, id est *equiferus*. *Id.* p. 581. Quod enim in uno consignificat, id extra non significat. In nomine enim *magister*, *magis* et *ter* consignificant. *Id.* p. 645, 728, 739, et passim.

CONSĬLIĀTIO, onis, f. Actus consiliandi. *Boet. In Arist. De Interpr. ed. pr.* p. 247. Si quis enim aliquid consilio faciat, quidquid consiliatione peregerit, ejus rei ipse principium est. *Id.* p. 379 (quinquies). — De legitima verbi latinitate, etiam post *Jul. Valer.*, dubitari poterat.

CONSĬMĬLĬTŪDO, inis, f. Similitudo. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 398. Trahuntque argumentum de consimilitudine morum.

CONSĬMŬLO, as, are, n. Simulo. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 32. Et ad eum transire consimulat.

CONSŎCIA, æ, f. Socia. *Ambr. Ep.* 9, 70. Quod secretum viri consors totius vitæ et consocia non comperisset.

CONSŌLĀBUNDUS, a, um, adj. Qui consolatur. *Onomast. lat. gr.* Consolabundus, παρηγορικός.

CONSŌLĀTĪVUS, a, um, adj. Aptus ad consolandum (gall. *consolatif*). *Isid. Or.* 2, 21. Sententiarum species multæ sunt.... Exhortativæ, consolativæ.

CONSŎLŪTUS, a, um, part. a Consolvo. Simul solutus. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 7. Admixto et consoluto adipe anserino vel gallinaceo. *Ib.* 4, 3.

CONSOLVO, is, ere, a. Vid. v. præced.

CONSŎNĀTIO, onis, f. Similitudo soni. *Cassiod. De Anim.* 12. Primo igitur proprie dici animam, etymologiæ ipsius consonatione, docuimus.

CONSPĬCIENTIA, æ, f. Facultas conspiciendi. *Cassiod. De Anim.* 3. Nam si ipsum (lumen) in se lucidum non esset, tantam rerum conspicientiam non haberet (anima).

CONSPONSĀTA, æ, f. Uxor. *Ambr. In Luc.* 3, 3. Et tu revertere pariter cum consponsata tua.

CONSPŪTĀTIO, onis, f. Sputamentum, sputum. *Isid. De Resurr. Dom.*, *ad fin.* Com-

prehensiones (Christi), palmas, flagella, consputationes, suspensionem, etc.

CONSPŪTUS, us, m. Sputus, sputum. *Cassiod. De Anim.* 12. Pertulisti in faciem odiosos consputus.

CONSTĀTĬLIS, e, adj. Carus, qui magno constat. *Cassiod. Var.* 3, 48. Echini, qui sunt mella carnalia, constatilis teneritudo, croceæ deliciæ divitis maris. — Vulgo legitur *costatilis*, et sic ed. Benedict. Quod *Furlan.* interpretatur : « Ad costam pertinens, costæ similis. » Vett. edd. pro var. lect. habent *constatilis*. Hoc defendit et ingeniose interpretatur doctissimus *Dübner*, ut echinus sit tener cum quadam firmitudine : *une mollesse ayant une certaine consistance*. Viderint docti.

CONSTĬTŪTĒ, adv. Certo. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 249. Ut dicat aut affirmationem constitute et definite veram esse aut negationem.

CONSTĬTŪTĪVUS, a, um, adj. Qui constituit (gall. *constitutif*). *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 32. Hæc differentia constitutivas specierum differentias monstrat. *Id.* p. 84. Ea quidem, quæ est animati et sensibilis differentia, constitutiva est animalis substantiæ. *Id.* sæpius, ut p. 37 et 42 et 814, et passim.

CONSTRICTĪVĒ, adv. Constricte. *Cæl. Aur. Acut.* 3, 4. Constrictive tractata sæpissime tumescere videntes.

CONSTRICTŪRA, æ, f. Constrictio. *Cæl. Aur. Acut.* 1, 9. Si constricturam ea curatione mitigari videamus.

CONSTRUCTĪVĒ, adv. Construendo. *Boet. In Arist. Anal. pr.* 1, 42, p. 500. Constructive præpositiones per primam ostenduntur figuram.

CONSTRUCTĪVUS, a, um, adj. Qui construit. *Boet. Arist. Top.* 2, 1, p. 672. Sunt autem ad utraque genera problematum communia universalia, et constructiva, et destructiva. *Id.* p. 520 et 720. (Opponuntur *constructivus* et *destructivus*, quemadmodum dixit Noster, p. 722, *construere* et *destruere* terminum.)

CONSTŬDEO, es, ere, n. Simul studeo. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 518. Constuduit, simul cum illo studuit.

CONSŬBĬGO, is, ere, a. Simul subigo, commisceo. *Gargil. De Cura Boum, circa med.* Cineris cyathos octo et olei cyathos sex consubige.

CONSUBSTANTIĀLĬTAS, atis, f. Communis et eadem essentia. *Cypr. De Cœn. Dom., med.* Usque ad consubstantialitatem Christi. *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 9; 4, 5; 9, 5, et passim. — Gall. *consubstantialité*.

CONSUBSTANTIĀLĬTER, adv. Consubstantiali modo. *S. Greg. Ep.* 1, 24. Per Jesum Christum, filium Dei, qui cum eo vivit et regnat consubstantialiter.

CONSUĒFACTUS, a, um, part. *Gloss. Cyril.* Ἠθισμένος, adsuetus, consuetus, consuefactus.

CONSUĒTŪDĬNĀRIĒ, adv. Secundum consuetudinem. *Cassiod. Var.* 12, 2. Officioque vestro consuetudinarie præcipimus imminere.

CONSUMMĀTRIX, icis, f. Quæ consummat. *Interp. Iren.* 4, 30. Circumcisionem non quasi consummatricem justitiæ dedit Deus.

CONSUMPTĬBĬLIS, e, adj. Qui consumi potest. *Cassiod. De Anim.* 3. Cuncta cœlestia flammeo referunt vigore constare, non isto fumeo, consumptibili et temporali.

CONSUMPTRIX, icis, f. Quæ consumit. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 6, 395. Terra consumptrix omnium corporum. *Mythog. prim.* t. III, p. 22. Cerberus terra est, quæ omnium corporum consumptrix. *Gloss. vet. S. Genov.* Usura vorax, consumptrix. (Quæ glossa interpretari videtur locum Lucani, 1, 181 : Hinc usura vorax.) — Perlevis auctoritas est *Strab. Galli*, qui unicus citatur a *Forcell.*

CONSUPPLĬCĀTRIX, icis, f. Quæ simul supplicat. *Inscr.* ap. *Orel.* t. I, p. 297. Consupplicatrices.

CONSŪTOR, oris, m. Qui consuit. *Gloss. vet. S. Genov.* Sartor, consutor vestium. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 547. Sutor, consutor.

CONTEMPĔRO, as, are, a. Tempero. *Dracont. Hexaem.* 1, 183. Pro regione plagæ contemperat unda vaporem.

CONTĔNEBRĀTIO, onis, f. Obscuratio. *Prosp. In Psalm.* 103. In fine enim mundi erit quædam contenebratio persecutionis externæ.

CONTĔNEBRESCIT, n. Tenebræ oboriun-

tur. *Vulg. Jerem.* 13, 16. Antequam contenebrescat. (*Thom.* p. 569, habet *contenebrascit.*)

CONTERMĬNĀTUS, a, um, part. *Interp. Iren.* 2, 16. In cognitionem conterminatæ (motionis).

CONTERRĀNEUS, a, um, adj. Qui est ejusdem terræ seu regionis. *Onomast. lat. gr.* Conterraneus, ὁμοχώριος. *Plin. H. N.* 1, *Præf.* 2. Ut obiter moliar Catullum, conterraneum meum (agnoscis et hoc castrense verbum), etc. — Sic vulgo; et habet egregius interpres *Littré.* Sed impugnat *Harduin.*, nec defendit *Forcell.*, ita ut verbum in Lexico auctore careat. Quis autem non videat huic parenthesim auctoritatem afferre?

CONTERRĪTO, as, are, a. Conterreo. *Corip. Johan.* 2, 54. Conterritat hostes Fraude loci. *Ibid.* 88.

CONTĔRUI, vetus præteritum pro Contrivi. *Ven. Fort.* 6, 4, 33. Calcavit tumidos hostes, erexit amicos; Fovit subjectos, conteruitque feros. — Quod pro iis faciat qui verbum *Tibullo* asserunt : 1, 6, 63. Vive diu mihi dulcis anus : proprios ego tecum, Sit modo fas, annos conteruisse velim. (Alii *contribuisse*, quod minus congruit cum pronomine *tĕcum.*) Nec semel Noster sic declinavit. Nempe : 1, 4, 48. Aut opere insuetas atteruisse manus. *Vel. Long.* p. 2234, agnoscit perfectum *terui.* Cf. *Forcell.* in v. CONTERO.

CONTĬCĪTOR, oris, m., et CONTĬCITRIX, icis, f. (Quæ nomina recenset *Prisc.* p. 1232, inter derivata verbi *Conticesco.* Fatetur tamen hæc apud auctores non occurrere.)

CONTĬGUĬTAS, atis, f. Adhæsio, vicinitas (gall. *contiguïté*). *Boet. Arist. Top.* 4, 2, p. 687. Si genus in specie posuit, ut contiguitatem id ipsum quod continuitatem. *Ibid.* p. 688, non semel. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 153. Contiguitas, vicinitas.

CONTĬNENTIUS, adv. compar. *Aug. Ep.* 54 (ed. Bened.). Purius homo continentiusque vivit. *Gloss. Cyril.* Συνεχέστερον, sæpius, continentius.

CONTĬNENTĪVUS, a, um, adj. Qui continet. *Boet. Arist. Top.* 4, 5, p. 691. Similiter et si memoriam habitum continentivum opinionis dixerit, etc.

CONTINGENS, tis, part. Qui contingit (gall. *contingent*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 249. Concludit totam de futuris contingentibus quæstionem. *Ib.* sæpius. || Subst. n. pl. Contingentia (*les choses contingentes*). *Boet.* p. 544. Si quis sic arbitrabitur, non contingentia aliter se habere. *Id.* p. 338 et 358.

CONTINGENTER, adv. Fortuito (*d'une manière contingente*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 358. Sin vero res contingenter sunt venientes atque abeuntes. *Id.* p. 366. Id quod contingenter evenit. *Id.* p. 429.

CONTINGENTIA, æ, f. Natura rei adventitiæ (gall. *contingence*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 429. Supra docuimus possibilitatem et contingentiam ejusdem significationis esse. *Id.* p. 449. Necessitatem in contingentiam verti.

CONTĬNUĀTĪVUS, a, um. Qui continuationem (sermonis) significat. *Prisc.* p. 1027. Conjunctiones continuativæ.

CONTORPEO, es, ere, n. Torpeo. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Contorpet, stupet. *Thom.* p. 586. Torpeo, contorpeo. — His apposite confirmatur quod in *Not. Tir.* legimus.

CONTORSUM, pro Contortum. *Prisc.* p. 871. Supina, secundum paulo ante expositam regulam, in *sum* proferuntur : Torsum, Distorsum, Contorsum, Extorsum. Inveniuntur tamen in *tum*, et frequentius.

CONTRAĂGO, is, ere, n. Obsisto. *Interp. Iren.* 1, 23. Reliquos omnes principes contrastetisse ei et contraegisse.

CONTRĂBIUM, ii, n. (cum, trabs). Contignatio, contabulatio. *Cassiod. Var.* 12, 18. Quam gratum est, sine offensione aliqua iter agere destinatum.... in pontibus contrabium non tremere!

CONTRĀDICTŌRIĒ, adv. Cum contradictione (*contradictoirement*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 272. Ergo impossibile et non impossibile.... sequuntur quidem contradictorie, sed conversim. *Id.* p. 236 et 237 et 273.

CONTRĀDICTŌRIUS, a, um, adj. In quo est contradictio (gall. *contradictoire*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 274. « Necesse est non esse » non est contradictoria (pro-

positio) ejus quæ est : « Non necesse est esse. » *Id. De Syllog. categ.* 1, p. 587. Contradictoriæ propositiones. *Id.* p. 245 et 565 et 815, et sæpius. *Cod. Theod.* 2, 14. Contradictorii libelli. *Pseudo-Cypr. De Singular. Cleric.*, *post med.* Adversus nos veluti librum contradictorium proferunt.

CONTRĀDO, is, ere, a. Trado. *Cass. Var.* 5, 6. Prædicta substantia Johanni, viro clarissimo, contradatur. *Ib.* 8, 23. Designatas massas actoribus ejus contradite. *Ib.* 11, 36. Septingentos solidos contrade. *Epiphan. Hist. Eccl.* 7, 7. Cui (Valenti) Asiæ sceptra contradens. *S. Greg. Ep.* 7, 34, *Indict.* 2. Christiana mancipia mandatoribus contradantur. *Ib.* 9, 14. Quos (campos) sibi petit contradi. *Bed. Eccl. Hist. gent. Angl.* 5, 20. Monachorum famulatui se contradens.—Incertissimum *Lucretii* locum (1, 402) unicum affert *Forcell.*

CONTRĀNĪTOR, eris, i, d. Contra obnitor. *Isid. Or.* 10, *litt. O.* Obnixus, contranisus et conabundus.

CONTRĀPŎSĬTIO, onis, f. Contrapositum (*opposition*, *antithèse*). *Boet. De Syllog. categ.* 1, p. 587. Si vero quis per contrapositionem convertat. *Ib.* p. 589 et 590.

CONTRĀPŎSĬTUS, a, um, part. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 346. Una quæ fit in universalibus angulariter particularibus contrapositis. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Contrapositus, obnisus.

CONTRASTO, as, steti, stare, n. (gall. *contraster*). Vid. in v. CONTRAAGO. Et conf. *Cang.*

CONTRĀVĔNIO, is, ire, n. Incido (in aliquem). *Onomast. lat. gr.* Contravenio, ἀπαντῶ.

CONTRĀVERTO, is, ere, a. Converto. *Boet. De Syllog. categ.* 2, p. 593. Prima propositio contravertatur. — Notum erat participium *contraversus.*

CONTRĪBŬLO, as, are, a. Valde percutio. *Vulg. Psalm.* 73, 13. Contribulasti capita draconum. *Ib. Eccli.* 35, 22.

CONTRĬBŪTUS, i, m. Adjectitius miles. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1357. Contributus ex legione III Gallicæ (*sic*).

CONTŬBERNĀLĬTAS, atis, f. Cohabitatio. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *ante med.* Ubi libertatis sumit mulier in contubernalitate constantiam. *Ib.*, *ad fin.* Reatus prohibitæ contubernalitatis.

CONTŬBERNĀRIUS, adj. m. Contubernalis. *Gloss. Phil.* Contubernarius, σύνοικος, σύσκηνος.

CONTUEO, es, ere, a. Antique pro Contueor. *Fest.* in v. TUEOR.

CONTŬMĒLIOR, aris, ari, d. *Gloss. Cyril.* Ἀτιμάζω, contumelior, dehonesto. *Gloss. Phil.* Contumeliatur, ἀτιμάζει, ὑβρίζει.

CONTŪTOR, aris, ari, d. Tutor. *Vulg.* 2. *Macch.* 1, 19. Et in eo (puteo) contutati sunt eum (ignem). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 575. Tutor.... Et componitur Contutor, aris, similiter pro defendere.

CONVĂLĬDO, as, are, a. Valido. *Gloss. Cyril.* Στερεοποιῶ, consolido, convalido. Cf. *Cang.*

CONVĔNIENTIUS, adv. compar. *Alcim. Avit. Ep.* 1. Quod convenientius exprimit uno verbo Græcus.

CONVERGO, is, ere, n. Simul vergo. *Isid. Or.* 3, 12. Cujus (circuli) in medio punctus est quo cuncta convergunt, quod centrum geometræ Græci, Latini punctum circuli nuncupant. *Id.* 19, 19, eadem fere repetit. — Priorem locum correxi ex altero : illic enim legitur *geometræ* vel *geometrici*, omisso *Græci.* (Gallicum *converger* aliam sequitur declinationem.)

CONVERSĀTUS, a, um, part. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 20. Quæ conversatus dedit ad miracula terris.

CONVERSĬBĬLIS, e, adj. Convertibilis (*qu'on peut renverser*, *mettre l'un à la place de l'autre*). *Aug. Music.* 5, 27. Duobus membris totidem semipedibus, sed non conversibilibus. — Vocem *Forcell.* refert ex *Apuleio*, sed pro var. lect.

CONVERTENTIA, æ, f. Conversio. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 161. Aiunt non esse solius relationis ad convertentiam dici. *Ibid.* Ad convertentiam dicuntur. (Scil. conversim, *réciproquement.*)

CONVĪCĀNEUS, i, m. Qui est ejusdem vici. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, 11. Antonius paternos donavit agros convicaneis suis. Cf. *Cang.*

CONVĪCĪNIUM, ii, n. Vicinitas. *Onomast. lat. gr.* Convicinium, παροικία.

CONVĪCIŌSUS. Vid. CONVITIOSUS.

CONVINCĬBĬLIS, e, adj. Aptus ad convincendum. *Cassiod. Rhet.* p. 566. Convincibile est quod evidenti ratione convincit. (Alii *convincitur.*) *Isid. Or.* 2, 9. Enthymematis membra sunt quinque : primum convincibile, etc.

CONVĪTIŌSUS vel CONVĬCIŌSUS, a, um, adj. Qui convitiatur. *Gloss. Paris.* Convitiosus, protervus, impudens.

CONVĬVĀTIO, onis, f. Conviviorum frequentia. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric., post med.* Ad ea non bene describitur quod nostris convivationibus coæquetur, non risus, non jocus dicitur adfuisse. *Ibid.* Ad convivationes improbas.

CONVĪVĬFĬCO, as, are, a. Simul vivifico. *Vulg. Paul. Ad Ephes.* 2, 5. Deus convivificabit nos in Christo. *Id. Ad Coloss.* 2, 13. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 1. Ubi autem venit dies resurrectionis, convivificati Domino Jesu resurreximus.

CONVŎCĀTUS, us, m. Convocatio. *Gloss. Hildeb.* Convocatus, concio, conventus.

COŎPĔRĀRIUS, a, um, adj. Qui cooperatur. *Ambr. In Luc.* 8, 18. Melior autem mens erit, si cooperatoria sancto Spiritui, religionis non intermittat officium.

COŎPĔRĀRIUS, ii, m. Cooperator. *Hilar. In Epist. ad Philemon.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 153). Cooperarium vocat ea ratione qua, etc. *Ibid.* p. 259. Aristarchus, Lucas, cooperarii mei. Cf. *Cang.*

COŎPĔRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui simul operatur. *Boet. Arist. Top.* 3, 3, p. 683. Cavere autem oportet extendere ad ea in quibus altero quidem appositorum utitur commune, vel alio quolibet modo cooperativum est, etc.

COŎPĔRĀTRIX, icis, f. Quæ cooperatur (gall. *coopératrice*). *Bed. Hexaem.* t. IV, p. 16. Si trium in una Deitate personarum cooperatrix virtus non esset.

COŎPĔROR, aris, ari, d. Simul operor (gall. *coopérer*). *Vulg. Marc.* 16, 20. Prædicaverunt ubique, Domino cooperante. *Ib. Jac.* 2, 22. Fides cooperabitur operibus illius. *Ib. Roman.* 8, 28. *Cassiod. De Anim.* 12. Hæc simul judicat justitia sua, simul parcit pietate sua, simul cooperatur virtute sua. — Omissam vocem suppleverat *Bailey*, citato *Aug. Civ. Dei.*

COORDĬNĀTIO, onis, f. Ordo alicujus rei cum altera (gall. *coordination*). *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 11, p. 532. Manifestum est ex coordinationibus, quæcumque non commutantur adinvicem. *Id.* p. 534. Si ex alia coordinatione accipiatur medium.

COORNO, as, are, a. Simul orno. *Boet. Arist. Top.* 8, 2, p. 725. Unumquodque talium coornat quidem orationem.

COPADIA, orum, n. pl. Frusta carnium. (Minime ea vox eumdem sensum habet atque *Cupedia*, ut docet *Forcell.* post *Apicii* interpretes.) *Apic.* 7, 6. In copadiis jus album. *Id.* 8, 6. Mittes in cacabum copadia, cepam. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 152. Copadia (imo Copadium), carnis particula. *Gloss. Cyril.* Τέμαχος, copadium, frustum. Cf. *Cang.*

CŌPLO, as, are, a. Sync. pro Copulo. *Ven. Fort.* 2, 4, 8. Carne creata viri, dehinc coplatur eidem. *Lucr.* 6, 1087. Possint coplata teneri. (Sic *Lamb.* Quem sequuntur *Eichstædt*, *Lemaire*, cett. Qui frustra scribunt *cop'lata.*) — Vid. nomen *Copla* in Lexic. *Forcell.*

CŌPŬLĀTIM, adv. Copulate. *Diom.* p. 402. Catervatim, copulatim.

CŌPŬLĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui copulat. *Ambr. Hexaem.* 5, 14. His ergo avibus nihil est copulatorium, præter jugale consortium.

CŎQUĬMELLA, æ, f. Genus arboris fructiferæ. *Isid. Or.* 17, 7. Coquimella, quam Latini, ob colorem, Prunum vocant, alii, a multitudine enixi fructus, Nixam appellant. Videndus *Cang.*

CŎQUŬLUS vel CŎCŬLUS, i, m. Parvus coquus. *Onomast. lat. gr.* Coculus, μαγειρίσκος. Cf. *Cang.*

CŎRĂCĬNO, as, are, n. Canere (de corvo dictum). *Isid. Or.* 12, 17. Corvus sive Corax nomen a sono gutturis habet, quod voce coracinet.

CORALLIUS, ii, m. Corallium. *Isid. Or.* 16, 8.

CORĀNUS, i, m. Nomen lapidis cujusdam pretiosi. *Isid. Or.* 16, 4, 31. Et *Gloss. Pap.*

CORBIO, onis, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 148. Corbio, qui corbes fert ad vendendum. (Et vide inf. in v. CORBULO.) *Johan.*

de Jan. Corbio, ille qui facit, vel vendit, vel portat corbes.

CORBŎNA, æ, f. (κορβανᾶς). Thesaurus sacer ex donis collatis. *Vulg. Matth.* 27, 6. Non licet eos (argenteos) mittere in corbonam. *Eucher. De Exposit. divers. Rer.* 3. Corbona interpretatur oblatio. *Hier.* 86, *Ad Eustoch., Epitaph. Paulæ.* Jactent alii pecunias et in corbonam Dei æra congesta.

CORBS, pro Corbis. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 135. Quamvis quidam his adnumerent *nubs*, *corbs*, *orbs*, id est absurde, meo judiciolo. — *Nubs* et *Orbs* nota erant.

CORBŬLO, onis, f. Qui corbulam fert. *Gloss. Pap.* Corbulo, gestator. *Juv.* 3, 251. Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res Impositas capiti. (Ubi *Schol.* ait : « Alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuisse, alii genus navis. » *Corbulonem*, pro Corbita, nusquam vidi. Sed *bajulum* possis hic intelligere. Sic fere *Thomas* in *Thes. nov. Latin.* p. 136. Corbes, is.... Unde hæc Corbita, i. e. navis oneraria. Et hic Corbio, i. e. ille qui facit corbes : unde Juvenalis : Corbio vix ferret tot vasa ingentia.) Cf. *Cang.*

CŎRĔDŬLUS, i, m. *Isid. Or.* 12, 7. Coredulus, genus volatilis, quasi cor edens. *Thom.* p. 141.

CORNĬFĬCUS, i, m. Qui corneas res conficit. *Gloss. Cyril.* Κερατοποιός, cornificus.

CORNĬPĔTA. Vid. CORNUPETA.

CORNUĀLIS, e, adj. Qui cornibus efficitur. *Cassiod. Var.* 1, 37. Videmus tauros feminas suas cornuali concertatione defendere. || Translate. Flexuosus. *Balbus* in *Gromat. vet.* p. 103. Linea cornualis.

CORNŪPĔTA, æ, n. Qui cornu petit. *Vulg. Exod.* 21, 29. Quod si bos cornupeta fuerit, etc. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 152. Cornipeta (*sic*), bos cornu petens. (Sed per *u* scripsit in alio loco, p. 532 : Vermis quidam in cornibus arietum, qui facit eos *cornupetare*.)

CŎRŌNĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Παστός, ἐπὶ νύμφης, obtentus, coronatio, thalamus.

CORPŎRĀLE, is, n. Linteum sacratum quod in altari sub calice sternitur (gall. *corporal*). *S. Greg. Ep.* 2, 38, *Indict.* 11. Chrismatis ac olei, altaris, calicis, corporalis, a quocumque voluerint pontifice, benedictionem expetant.

CORPŎRESCO, is, ere, n. Corporasco. *Isid. Or.* 13, 7. Qui exhalationibus humidis corporescit.

CORPŬLENTO, as, are, a. Corpulentum facio. *Boet. De Unit.* p. 1275. Quo materia magis descendit, constringitur, et spissatur, et corpulentatur.

CORRĔLĀTIO, onis, f. Cum similibus relatio (gall. *corrélation*). *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 394. Et hauriunt (animæ) aliquid in singulis sphæris, ut in prima Saturni correlationem, id est similium collectionem. Cf. *Cang.*

CORREPTĪCIUS, a, um, adj. Instinctus. *Gloss. Cyr.* Θεόληπτος, correpticius, numine captus.

CORREPTĪVUS, a, um, adj. Qui contrahitur. *Gloss. Phil.* Correptivum, συνεσταλμένον.

CORREPTO, as, are, n. Correpo. *Juvenc.* 2, 192. An rursus senior matris correptet in alvum?

CORRIXOR, aris, ari, d. Rixor, digladior. *Varron. Sentent. nov.* p. 8. Corrixandi materiam sæpius dant definitiones.

CORRŌBŎRĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ἰσχυροποίησις, confirmatio, corroboratio. — Gall.. *corroboration*.

CORRŎCO, onis, m. Nomen piscis. *Aus. Epist.* 4, 60. Referuntur ab unda Corroco, letalis trygon, mollesque platessæ.

CORRŎGĀTIO, onis, f. Electio. *Vulg. Eccli.* 32, 3. Ut dignationem consequaris corrogationis.

CORRUPTĬBĬLĬTER, adv. Apte ad corrumpendum. *Prosp. De Vit. contempl.* 3, 6. Ibi ei odor malesuavis corruptibiliter fragrat. *Ibid.* 3, 29.

CORRUPTĬCŎLA, æ, m. Qui corruptionem colit (scil. qui contendit corruptibile corpus Christi esse, contra *assertores incorruptibilitatis*). *Liberat. Breviar.* p. 137. Et alios quidem fecerunt corrupticolas appellari, alios, nimirum incorruptibilitatis assertores, phantasiastas.

CORRUPTĪVĒ, adv. Corruptibiliter. *Boet. Arist. Top.* 7, 2, p. 721. Si corruptio dissolutio (est) substantiæ.... et corruptive (est) dissolutive, etc.

CORRUPTOR, oris, m. Adulterator. *Hier.*

Prol. Septem Epist. canon. Me falsarium corruptoremque pronuntiant scripturarum. — Hactenus de moribus dictum noverant.

CORTĪLE, is, n. Hortus rusticus (prisca vox gallica *courtil*). *Ansemundi Chart.* (an. 520) ap. *Mabil.* p. 463. Damus ad hoc opus integrum cortile (male cortilo) hereditatis nostræ. Cf. *Cang.*

CORTĪNA, æ, f. Aulæum, peripetasma, stragulum (unde gall. *courtine*). *Vulg. Exod.* 26, 1. Decem cortinas de bysso retorta. *Ib.* 26, 6. Quibus cortinarum vela jungenda sunt. *Ib. Num.* 3, 26. Ante fores tecti fœderis et cortinas atrii. *Ib.* sæpius. *Isid. Or.* 19, 26. Cortinæ sunt aulæa, id est vela de pellibus, qualia in Exodo leguntur, quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur. *Gloss. vet. S. Genov.* Aulæa, cortina regia. *Thom.* p. 49. Cortina, aulæum. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 31. Ecclesiæ cortinis albentibus adornantur. *Hier. Prol. in lib. Reg.* Per pelles vero pilosque caprarum minores tabernaculi pulchritudo, id est cortina de cocco et bysso retorta. *Ambr. Epist.* 5, 33. Scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ. — Ad hunc locum respicit *Forcell.*, quum ait : « Atque hoc sensu usurpari dicitur ab *Ambros.* περιπέτασμα, cortina. » De quo sensu vix paucula habet. Cf. *Cang.*

CORUS, i, m. (hebr. *cor*). Vid. SEMICORUS. (Et cf. *Cang.*)

CŎRYMBĀTUS, a, um, adj. Qui habet corymbum (ornamenti genus in puppe). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 518, et t. VII, p. 557. Corymbata navis. (Quæ sequebantur, excidisse reor; nam *corymbata* pro *nave* dici posse non videtur.) — De *corymbo* navium conf. *Val. Flacc.* 1, 273; 4, 691.

COSMOCRĂTOR, oris, m. (κοσμοκράτωρ). Mundi gubernator. *Interpr. Iren.* 1, 29. Deus qui mundum fecit, quem et cosmocratorem dicit.

COSMOGRĂPHIA, æ, f. (κοσμογραφία). Descriptio orbis terrarum. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 25. Cosmographiæ notitiam vobis percurrendam esse non immerito suademus. *Isid. Or.* 6, 2. Primus Moyses divinæ historiæ cosmographiam in quinque voluminibus edidit. *Thom.* p. 154. Cosmographia, descriptio mundi. Et vid. sup. in v. CHRONOGRAPHIA.

COSMOGRĂPHUS, i, m. (κοσμογράφος). Descriptor orbis terrarum. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 135. In libris cosmographorum authenticis ac nobilissimis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 257. Cosmographus, mundi descriptor. — Verbum exscribi debuit, quum tantummodo auctoritatem supposititii *Messalæ Corvini* afferat *Forcell.*, quæ nulla est.

COSTĀTĬLIS, e, adj. Ad costas pertinens. Vid. v. CONSTATILIS.

CŌTIĀRIUS, ii, m. Qui cote exacuit. *Gloss. Philox.* Ἀκονητής, samiarius, cotiarius.

COŪNĀTUS, a, um, part. Adunatus. *Marc. Emp.* 29. Tum ipsa fila in se counata torquebis.

COŪTOR, eris, i, d. Simul utor. *Vulg. Johan.* 4, 9. Non enim coutuntur Judæi Samaritanis. Cf. *Johan. de Jan.*

COXUS, a, um, adj. Coxo, claudus. *Gloss. Isid.* Catax, claudus, coxus.

CRĀPŬLĀTIO, onis, f. Crapula. *Cassiod. De Anim.* 11. Corpus dum nulla crapulatione distenditur. Cf. *Cang.*

CRASSANTUS, i, m. Bufo. *Eucheria, Carm.* 17, in *Anthol.* t. II, p. 409. Auratam crassantus amet, saxatilis anguem. (Hoc retinet *Wernsd.*, quum *Burm.* suasisset *cercyros.* In optimo codice, sæc. x, *Biblioth. Imper.* n. 8440, legitur *craxantus*, quod, respectu ad græcum verbum κράζω, κράζομαι, significare videtur *Rana.*)

CRASTĬNĀTIO, onis, f. Procrastinatio. *Gloss. Cyril.* Ὑπέρθεσις, dilatio, procrastinatio, crastinatio, etc.

CRASTĬNO, as, are, a. Procrastino. *Onomast. lat. gr.* Crastino, as, ἀναβάλλομαι.

CRĒBRO, onis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Crebro, onis, porca, terra inter duos sulcos eminens. *Thom.* p. 437. Porca dicitur pro illa terra quæ eminet inter duos sulcos, quam etiam alio loco crebonem (l. crebronem) vocamus, eo quod aqua crebro per ipsam decurrat.

CRĒDĬTĀRIUS, ii, m. Consiliarius, camerarius. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 8. Sequenti die, curam domus committens creditariis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 144. Creditarius, camerarius. Cf. *Cang.*

CRĔPOR, oris, m. Sonitus. *Gloss. Isid.* Creporem ferri, sonum catenæ. *Gloss. vet. S. Genov.* Crepor (male Crepos), sonus, id est crepitus. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 519, et t. VII, p. 557. Crepor, sonus.

CRĔPŌRĬGER, era, erum, adj. Crepans. *Ven. Fort.* 3, 4. Plausu creporigero. (Plerique codd. et edd. *creperegico*. Alii *creperico* vel *crepero*. Equidem vocabulum a *crepore* deductum arbitror.)

CRESCĬTUR, pass. Incrementum aliquod est. *Cassiod. De Anim.* 12. Nam quemadmodum ibi erit minor ubi non crescitur. *Prosp. In Psalm.* 126. Cui humilitate crescendum fuerat.

CRĪMĬNĀTRIX, icis, f. Accusatrix. *Vulg. Paul. Ep. ad Tit.* 2, 3. Anus criminatrices.

CRĪNĬCŬLUS, i, m. Dimin. a v. Crinis. *Ambr. In Luc.* 6, 7. Quibus suæ criniculis pulchritudinis et decoris sapientiæ pedes tergant.

CRISPĀTIO, onis, f. Crispitudo (gall. *crispation*). *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 380. Alii (respondent) quia levis crispatio quædam aeris, quam auram vocamus in terris, altanum vero in mari, offendatur in montibus.

CRŎCĬNO, as, are, a. Croco induco. *Gargil. De Cura boum, circa med.* Si crocinabuntur jumenta.

CRŎCĬTĀTUS, us, m. Vid. CLOCITATUS. (Et habet *Glossar.* ap. *Cang.*)

CRŎCĬTO, as, are, n. Canere (de corvo). *Boet. In Porphyr.* 5, p. 103. Quomodo se habet (corvus)? Aut sedet, aut volat, aut crocitat. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 78. Corvorum (proprietas est) crocitare. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 569. Corvi crocitant. Cf. *Gloss. Hildeb.* p. 82, ubi *crocito* non semel in notis. — Vox, ut reor, apud Romanos pervulgata, etsi unicum exemplum Lexica citant ex *Carm. Philom.*, quod sublestæ sane fidei est.

1. CRŎCO, as, are, n. Canere (de corvo). *Gloss. Hildeb.* Craca, cracerrat. (Editor legit, cum *Gloss. Labb.* Crocat, crocitat. Et inde pluribus contendit, *crocare*, unde *crocitare*, unice latinum esse, idque *Apuleio* attribuit, explosa declinatione *crocire*, quam *Plauto* abjudicat. Mihi vero aliter videtur : de verbo enim *crocare* dubitare etiamnum fas est; de verbo autem *crocire*, minime. Fallitur vir doctus quum verbum *crocare* a frequentativo *crocitare* demonstrari putat, quasi verba quartæ conjugationis non in similia frequentativa exeant, exempli gratia *muttio*, *muttito*. Adde quod nomen *crocitus*, *us*, temere in dubium vocare velint, quum sit ap. *Non.* p. 45. Etiam *Gloss. Paris.* decimi sæculi, exhibet : Crocitus, clamor corvi.)

2. CRŎCO, as, are, a. Croco induco. *Isid. Or.* 16, 11. Luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte, id est crocatur. — Unde fit ut *crocatus* participium sit, non adjectivum.

CRŎTĂLISSO, as, are, n. (κροταλίζω). Crotalis sono. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 172.

CRŬCIĀRIUM, ii, n. Crucifixio. *Commod.* 32, 8. Cruciarium Domini si non adorasti, peristi.

CRŬCIĀRIUS, a, um, adj. Ad crucem pertinens, in cruce factus. *Alcim. Avit. Fragm.* p. 176. De cruciaria Domini passione. (Cujus sensus unicum ex *Tertull.* exemplum pro dubio datur.) || Cruciatorius. *Sid. Ep.* 8, 7. Per aquales et cruciarias pœnas necare.

CRŬCIĀTIO, onis, f. Cruciatus, tormenta. *Vulg. Sap.* 6, 9. Fortioribus fortior instat cruciatio. *Cod. Theod.* 9, 3, 1. Prolixiores catenas (viro mitte), ut et cruciatio desit, et permaneat fida custodia. Cf. *Cang.*

CRŬCIĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui cruciat. *Prosp. De Vit. contempl.* 3, 11. Cruciatoria recordatione.

CRŬCĬFĪCIO, as. Vid. v. seq.

CRŬCĬFĪCO, as, are, a. Crucifigo (gall. *crucifier*). *Gloss. Philox.* Crucificat, σταυροῖ. Crucificatus, ἐσταυρωμένος. *Gloss. Cyril.* Crucificio (*sic*), σταυροῖ. Cf. *Cang.*

CRŬCĬFIXIO, onis, f. Crucis supplicium. *Alcim. Avit. Ep.* 3. Comitata est dominicam mortem circumpendentium latronum conjuncta crucifixio. (Miror dictionem nec ap. *Forcell.* nec ap. *Cang.* comparere.) || Translate. *Prosp. In Psalm.* 149. In tympani autem et chordarum extensione crucifixio carnis accipitur.

CRŪDĀRIUM, ii, n. (suppl. linum). Crudum linum (*lin écru*). *Gloss. Cyril.* Ὠμόλι-

νον, crudarium. (Quod *crudum linum* vocat *Plin. H. N.* 19, 2, 3.)

CRUESCO, is, ere, n. Cruore perfluo. *Damas. Eleg. in Jerus.* v. 31. Mox quia membra Dei multo tortore cruescunt.

CRŬMĪNO, as, are, a. Repleo. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 351. Visibus exclusus, cellam pædore cruminans. (Romanæ editioni adstipulor, ubi Nota : « *Cruminare*, replere, sicuti in crumenam aut sacculum nummi congeruntur. »)

CRŪRĀRIUM, ii, n. Cruralis corrigia. *Gloss. Cyril.* Σκελόδεσμος, crurarium.

CRUSTĀTIO, onis, f. Incrustatio. *Gloss. Cyril.* Πλάκωσις, crustacio.

CRUSTELLA, æ, f. Crustula. *Gloss. Paris.* Frusta (imo Frustum), crustella panis, particula cujuslibet rei.

CTĒTĬCUS, a, um, adj. (κτητικός). Possessivus. *Pomp. gramm.* p. 114. Nomen cteticum, id est possessivum. *Gloss. Paris.* Ctetica (male Cetheca), possessiva.

CŬBĀTUS, us, m. Cubitus, cubile. *Onomastic. lat. gr.* Cubatus, κοίτη. *Plin. H. N.* 10, 78 (de gallinis). Medicina in fame et cubatus in fumo. (Sic pars librorum et ed. Rom. 1470. Sed *Harduin.*, cum aliis codicibus, exhibet *cubitus;* quem sequuntur recentes editores. Etiam *cubitus* legitur in ed. Venet. 1469.)

CUCUBO, as, are, n. Clamare (de porcello dictum). *Onomast. lat. gr.* Cucubo, ὀίζω. — Dictio incerta in *Carm. Philom.* 41, ubi noctuæ attribuitur.

CŬCURBĬTO, as, are, n. Cucurbitam impono. *Gloss. Cyril.* Σικυάζω, cucurbito. *Gloss. Philox.* Cucurbitat, σικυάζει. — Notum erat nomen *Cucurbitatio.*

CŬCURBĬTŬLĀRIS, is, f. Chamæpitys (gall. *ive muscade*). *Isid. Or.* 17, 10.

CULCĬTŌSUS vel CULCITRŌSUS, a, um, adj. *Diom.* p. 313. Culcitra, culcitrosus.

CŬLĬCELLUS, i, m. Parvus culex. *Diom.* p. 513. Culicellus amasio Tullæ. (Translate, ut nos dicimus *un papillon.*)

CŪLĬPĬLĀRIUS, ii, m. *Gloss. Cyril.* Δρωπακιστής, dropacista, culipilarius, depilator.

CULMEUS, a, um, adj. Stramineus. *Paul. Nol. Carm.* 21, 384. Et postquam attigerant assueti culmea tecti Culmina.

CULPĀTOR, oris, m. Qui culpat. *Bapt. Bæbian.* v. 17. Supplex adorat, ipse culpator sui.

CULTELLĀRIUS, ii, m. Cultrarius (gall. *coutelier*). *Gloss. Cyril.* Μαχαιροποιός, cultellarius. Cf. *Cang.*

CULTĬFĔRA, orum, n. pl. Agri culti. *Diplom. Chlodov.* (an. 497) ap. *Pardess. Dipl.* t. I, p. 36. Cum mansis, domibus, ædificiis, cultiferis.

CULTŬLUS, a, um, dimin. a v. Cultus. Elegans. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544. Scitulus, cultulus.

CUMBA, æ, f. (gr. κύμβη, hisp. *comba*, anglo-sax. *comb*, gall. *combe*). Inter duos montes declivis recessus. *Gloss. Isid.* Cumba (scriptum Gumba), cuneus, crypta (male cripa). *Gloss. Pith.* Gumba, cuneus, cripa, catacumba. *Gloss. Hildeb.* Gumba, cuneus, cripta. (Ubi editor : « Quid *cripa* vel *cripta* sibi velit, non assequor. *Cuneus* enim hic est idem quod *sudes.* » *Crypta* est locus reductus; *cuneus* est angulus, ut gallice *coin.* Jam sup. *Gloss. Hild.* Cuneus.... crypta, cumba.) Cf. *Cang.* — Vocem alio sensu *Forcell.* exhibet, sed idem est etymon.

CUMIPHA, æ, f. Placentæ genus. *Aug. De Morib. Manich.* c. 51. Esse autem in iis possit qui vehementer cumiphas et alia placenta carne carentia desiderasse se ipse prodiderit. — Vocem ignotam miror, damnare non audeo.

CŬMŬLĀTIO, onis, f. Impletio. *Cassiod. Var.* 11, 38. Quod (scrinium publicum) annua cumulatione semper augescit.

CUNCHIM, CUNGRUM, scil. Conchim, Congrum, antique. *Prisc.* 554.

CUNCTĀBUNDĒ, adv. *Gloss. Paris.* Cunctabunde, hæsitanter, dubie, diffidenter.

CUNCTĀTRIX, icis, f. Quæ cunctatur. *Ambr. Epist.* 1, 3. Lenta autem virtus omnis et diuturna cunctatrix ante dijudicat, et adorienda incipit.

CUNGRUS, i, m. Vid. CUNCHIM.

CUPHIA. Vid. COFEA.

CŬPISCO, is, ere, a. Concupisco. *Prisc.* p. 824 et 825. *Aug. Music.* 4, 4. Bonus vir et sapit bonum, Deum videre qui cupiscit.

1. CŪPLA, æ, f. (copula). Tignum. *Isid. Or.* 19, 19. Cuplæ vocatæ quod copulent inter se luctantes. (Alii leg. *coplæ.*) Cf. *Cang.* — Inde gall. *couple.*

2. CUPLA, æ, f. (cupa). Sync. pro Cupula. Sepulcrum. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, p. 3172. Cuplam sibi fecit. Vid. v. seq.

CŪPŬLA, æ, f. Parva cupa, sepulchrum. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3373. Maritus cupulam fecit. *Ibid.* n. 3584 et 3619 et 4094. — Quem sensum exhibent in v. *Cupa*, non vero in v. *Cupula*. Nota inde ortum esse, sed alio intellectu, vocabulum nostrum *coupole*.

CŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui curari vel sanari potest. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 7. Ut sæpe, tarditate perseverans, difficile curabilis (passio) fiat. — Vox incerta erat atque hic sensus ignotus.

CŪRAGŬLUS, adj. m. *Gloss. Isid.* Curagulus, curiosus. *Prisc.* p. 1242, recenset *Curagulus* inter derivata ex nomine Cura. Cf. *Cang.*

CURCILLA, f. Vid. in v. OPPILAGO.

CURCŬBA, æ, f. *Isid. Or.* 19, 4. Spiræ, funes quibus in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more curcubas vocant.

CŪRIĀLĬTAS, atis, f. Munus curialium. *Novel. Valent.*, *tit.* 3. Qui curialitatis oneribus obnoxii sunt. Cf. *Cang.* — Vetus nomen habemus *curialité*.

CURRAX, acis, adj. Agilis, citus. *Gloss. Cyril.* Δρόμαξ, currax. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 139. Currax, velox, ad currendum habilis. *Johan. de Jan.* Currax, velox et cursu potens. — Expuncto *Caji* loco, qui tamen retinendus videtur, vocabulum auctoritate caret ap. *Forcell.*

CURRĬLIS, adj. m. Ad currum habilis. *Gloss. Cyril.* Τροχηλάτης ἵππος, curilis (*sic*) equus. *Gloss. Philox.* Currilis equus, σὺν ἅρματι ἀγωνιζόμενος ἵππος. *Vulg.* 3. *Reg.* 4, 26. Quadraginta millia præsepia equorum currilium.

CURRĬLĬTAS vel CURSĬLĬTAS, atis, f. Varii discursus. *Mythogr. prim.* p. 81. Quum esset venator.... et solitudinum vagabunda currilitas displiceret. (Alius *Mythog. ib.* p. 133, habet *cursilitas*. Utra lectio vera sit, doctis dispiciendum.)

CURRUCA, æ, f. Avis quædam (dicta gall. *pouillot*). *Onomast. lat. gr.* Curruca, ὑπολαΐς. — Quæ sit interpretatio loco *Juven.* 6, 275. Apud *Forcell.* legimus : « Illud certum esse videtur, neque *currucam*, neque *urucam* esse vocem latinam. » Quod nolim scriptum.

CURSĬLIS, e, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 139. Cursilis, cursatilis, ad currendum facilis. *Gloss. Paris.* Liquida, cursilis. (Hoc de aqua fluvii dictum videtur.)

CURSRIX, icis, f. Quæ currit. *Charis.* p. 30. Cursor, cursrix. — Sed vocem damnat *Prisc.* p. 784. Et *Isid. Or.* 10, *init.* Quædam sunt quæ in femininum flecti non possunt, ut *cursor*.

CURTĪLE, n. Vid. CORTILE.

CURTIS, is, f. Atrium rusticum in villa (*cour*, *courtil*, *potager*). *Diplom. Chlodov.* (an. 497) ap. *Pardess. Dipl.* p. 32. Vicos vel villas et curtes. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 580. Stabulis, curtibus ovium. Vid. *Cang.*

CURVESCO, is, ere, n. Curvor. *Ammian.* 22, 8, 5. Unde semiorbe curvescens (mare) altrinsecus. *Ambr. In Luc.* 9, 9. Tales fructus olearum, non curvescentium ubertate baccarum, sed spiritus plenitudine gentium fecundarum. *Onomast. lat. gr.* Curvesco, κυρτοῦμαι. — Notum erat compositum *Incurvescere*.

CURVĪPES, edis, adj. Qui curvat pedes. *Onomast. lat. gr.* Curvipes, ἀγκυλόπους.

CŪSIO, is, ire, a. Suere (gall. *coudre*). *Gloss. Paris.* Cusire, consuere. *Ibid.* Suere, consuere vel cusire. *Gloss. Hildeb.* Cusire, consuere. *Gloss. Cyril.* Περιράπτω, suo, cusio. Cf. *Cang.* — Non nos conjugationem mutavimus, sed exstitit etiam v. *cusere*, ut ap. *Cangium* videre est. Et *Gloss. arab. lat.* Coso (cuso), insuo. *Ibid.* Insuo, sagitto vel coso (*sic*).

CUSTŌDĪTIO, onis, f. Custodia. *Vulg. Sap.* 6, 19. Custoditio autem legum, consummatio. — Auctorem *Festum* habemus, sed grammaticis aliquid addere juvat.

CYCLUS, i, m. (κύκλος). Circulus. *Isid. Or.* 2, 36. Axium cycli. *Ib.* 6, 17. Paschalem cyclum. *Bed. De Temp. Rat.* t. I, p. 118. Quindecim anni cyclum Indictionis complent, et novendecim anni cyclum lunæ implere videntur.... Cyclus vero solaris XXVIII annis cursum suum finire perhibetur. || Etiam vox est medicorum (*période*). *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Est autem resumptivi cycli ordinatio formanda hoc modo.... Perfecto resumptivo cyclo erit metasyncri-

tus adhibendus.... Tunc isto cyclo perfecto, erit alius adhibendus solo ex vomitu, etc. *Veg. Veter.* 3, 5. Quem si curare volueris, cyclo curabis. *Ib.* 3, 6, non semel. (De utroque sensu agit *Cang.*)

CYCNĒIS, idis, f. (κυκνηΐς). Ad cycnum pertinens, cycno nata. *Epit. Iliad. Homer.* v. 337. Incubuit membris cycneidos (scil. Helenæ).

CȲDŌNĪTUM, i, n. Liquor seu liquamen ex malo cydonio. *Isid. Or.* 17, 7. Ex cujus pomo cydonitum conficitur.

CYMBIUS, ii, m. Fornix ad cymbiæ formam. *Corip. Laud. Just.* 3, 196. Quas (columnas) super ex liquido præfulgens cymbius auro, etc.

CȲMŬLA, æ, f. Parva cyma. *Plin. Valer.* 1, 44. Cymulis coriandri.

CYPRESSĬNUS, a, um, adj. Cupressinus. *Vulg. Cant.* 1, 16. Laquearia nostra cypressina. Vid. v. seq.

CYPRESSUS, f. Cupressus (gall. *cyprès*). *Vulg. Eccli.* 24, 17. Et quasi cypressus in monte Sion. *Charis.* p. 9. Hæc cypressus, hujus cypressi. *Isid. Or.* 17, 7, 34. Antiqui cypressi ramos prope rogum constituere solebant. *Ibid.* Cypressus κυπάρισσος græce dicitur, quod caput ejus a rotunditate in cacumen erigitur. (Alterutrum in hoc exemplo excidisse manifestum est, quum *Areval.* exhibeat *cyparissus*, et *Lindem. cypressus.* Sed *cypressus* non græce dicitur.) — Non prætermittenda fuit recentior scriptio, quam lingua nostra amplexa est. Apud *Cangium* saltem vocabulum legere velim.

CYPRIARCHES, æ, m. (κυπριάρχης). Præfectus Cypri. *Vulg.* 2. *Macch.* 12, 2. Nicanor cypriarches.

D

DABUM, i, n. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 340. Dabum, undecim unciæ. (Vox incerta est, quæ non alibi occurrit.)

DACRȲDIUM, n. Vid. DIAGRIDIUM.

DACTȲLĪNA, æ, f. Aristolochiæ genus. *Isid. Or.* 17, 9. Aristolochia longa.... quam etiam dactylinam vocant.

DACTȲLŌSA, æ, f. Pæonia herba. *Isid. Or.* 17, 9.

DÆMŎNIŌSUS, a, um, adj. A dæmonio vexatus. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 392. Efficiuntur dæmoniosi. *Isid. Vit. Cuthbert.* c. 15. Quum eam dæmoniosam inveniret. Cf. *Cang.*

DÆMŎNĬTIO et DÆMŎNIZĀTIO, onis, f. Superstitio. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 519, et VII, p. 558. Dæmonitiones, superstitiones. *Gloss. vet. S. Genov.* Dæmonucionem (*sic*), superstitionem. *Gloss. Paris.* Demonizationes (*sic*), superstitiones.

DÆMŎNIUS, a, um, adj. (δαιμόνιος). Divinus. *Manil.* 2, 897. Dæmonien memorant Græci. *Ib.* 937.

DÆMŎNIZĀTIO. Vid. DÆMONITIO.

DALMĂTĬCA, æ, f. Dalmatica vestis, qua ornabantur episcopi nec non diaconi (gall. *dalmatique*). *S. Greg. Epist.* 4, 44. Ut, quum eorum corpora humana deferuntur, hæc dalmaticis contegant, easdem dalmaticas sibimet partiendas populus sciudat. *Inscr.* ap. *Mai. Script. vet. Nov. Collect.* t. V, p. 219. Optimum atque integrum paratum, dalmatica I, tunica I. (Sed *Inscr.* haud ita vetus, quum in hac *Beda* laudetur.) Cf. *Cang.*

DAMNĀBĬLĬTAS, atis, f. Damnatio. *Gloss.*

Philox. Damnabilitas, κατάκρισις, ἐξορία. (Quod bis legitur, p. 59 et 60.)

DAMNĀTISSĬMUS, a, um, part. superl. *Gloss. Philox.* Damnatissimus, ζημιόψυχος. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Ut te liberaret a morte, damnatissimæ se morti obtulit.

DAMNĬFĬCO, as, are, a. Damno. *Onomast. lat. gr.* Damnifico, ζημιόω. *S. Gregor. Ep.* 11, 56. Queruntur tanquam.... aut aliter læsi aut damnificati.

DĂPĬFER, eri, m. Cellerarius. *Onomast. lat. gr.* Dapifer, σιτοφόρος. Cf. *Cang.*

DĂTICIUS, a, um, adj. Deditícius. *Gloss. vet. S. Genov.* Daticii (male Datici), hostes qui victi tradunt se in servitutem. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 172. Daticius, facilis ad dandum. *Gloss. Isid.* Datitius latinum non est, sed Dedititius. Si barbarus dedat se Romanis, dedititius is est. (Sic fere et *Gloss. Hildeb.* p. 91.) *S. Greg. Epist.* 1, 73. Ut non parva loca, propriis nudata cultoribus, largitis datitiorum habitatoribus restauraverit.

DĒBACCHO, as, are, n. Debacchor. *Venant. Fort.* 1, *Præf.* Salute bibentes insana, Baccho judice, debaccharent. Cf. *Cang.*

DĒBELLĀTIO, onis, f. Belli finis parta victoria. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric., ad fin.* Pax secura virtutum et debellatio inquieta bellorum.

DĒBĬLĬTĀTĒ, adv. *Non.* p. 98. Debiliter, debilitate.

DĒBRIO, as, are, a. Inebrio. *Bed. Vit. Cuthbert.* c. 28. Dum sese alterutrum cœlestis sapientiæ poculis debriarent. Cf. *Cang.*, qui multa exempla refert participii *Debriatus.*

DĔCĂDA, æ, f. Decas. *Interp. Iren.* 2, 42. Et illi quidem omne pleroma in tres dividunt, id est octonationem, decadam et duodecadam. *Hieron. In Ezech.* 41, auctore *Cang.* — Usitatissima apud seriores declinatio.

DĔCĂGŌNUS, a, um, adj. (δεκάγωνος). Qui decem angulos habet. *Boet. Geom.* 2, p. 1533. Restat ut de decagoni embadali dicamus podismo. (Ibi substantivum est *Decagonus, i*, ut iterum Noster proxime habet.)

DĒCALCO, as, are, a. *Gloss. Paris.* Decalcare, dealbare. *Gloss. Cyril.* Κονιῶ, decalco, albo. *Gloss. Plac.* p. 453. Decalcatis, de calce ablutis. — Habemus et nos verbum *décalquer.*

DĒCĂLESCO, is, ere, n. Refrigesco. *Gloss. Cyril.* Ἐκθερμαίνομαι, decalesco. Cf. *Cang.*

DĒCALVĀTIO, onis, f. Capillorum desectio. Vid. in v. ACCINCTIO. (Et cf. *Cang.*)

1. DĔCĀNIA, æ, f. Decas, novem monachi quibus alius præest. *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 10. Quibus vicaria (vestimenta) quisque suæ decaniæ subministrat.

2. DĔCĀNIA, orum, n. pl. *Manil.* 4, 298. Quas partes decimas dixere decania gentes: A numero nomen positum est, quod partibus astra Condita tricenis propria sub sorte feruntur.

DĔCĀNĬCUS, a, um, adj. Pertinens ad decanum. *Cod. Theod.* 16, 5, 30. Sive quæ diaconica (loca) appellantur, vel etiam decanica. — Cf. *Cang.*, quo auctore *Decanicum* est carcer ecclesiasticus.

DĒCANTĀTIO, onis, f. Cantatio. *Cassian. Coll. Patr.* 10, 10. Ita ut hæc ad orationem procumbenti tibi sit acclivis decantatio. *Cassiod. Rhetor., fin.* Vocis diligentiam in psalmodiæ decantatione custodiat. — Proprius hic sensus, quem omittit *Forcell.*

DĒCĂPĬTĀTIO, onis, f. Decollatio (gall. *décapitation*). *Gloss. Cyril.* Κεφαλῆς ἀποτομή, decapitatio, decollatio. Vid. v. seq.

DĒCĂPĬTO, as, are, a. Decollo (gall. *décapiter*). *Gloss. Paris.* Decollat, decapitat, plectit. *Gloss. Hildeb.* Decollat, decapitat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 126. Caput.... Et per compositionem Decapito, as; unde Decapitatus, a, um, et Decapitatio, onis. Cf. *Cang.*

DĔCARGȲRUS, a, um, adj. Qui ex decem argenteis denariis constat. *Cod. Theod.* 9, 23, 2. Nullus decargyrum nummum alio audeat mutare. (De hac monetæ majoris specie cf. *Cang.*)

DĔCASCHĒMĂTISTUS, a, um, adj. Decaschemus. *Plot.* p. 2630. Eadem ratione fiunt decaschematisti spondei. *Ibid.* Decaschematisti dactylici.

DĔCĂSĒMUS, a, um, adj. (δεκάσημος). Qui decem species habet. *Mar. Vict.* p. 2492. A pentasemo ad decasemum.

DĔCĂSYLLĂBUS, a, um, adj. (δεκασύλλαβος). Qui decem syllabas habet. *Mar. Vict.* p. 2560. Appellatur alcaicum decasyllabum.

DĔCEMNŎVĒNNĀLIS vel DĔCENNŎVĒNNĀLIS, e, adj. Ad decem et novem annos pertinens. *Isid. Orig.* 6, 17. Cyclus decemnovennalis. *Ibid.* Continentur autem (epactæ) circulo decemnovennali. *Cassiod. Comp. Pasch.* ap. *Furlan.* Duodecimus annus est cycli decennovennalis. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 190. Decimo octavo anno cycli decennovennalis. *Ib.* p. 196. Circuli decennovennalis annos. (Vulgo scribitur *decem novenalis* vel *decemnovenalis.* Sed *novennalis* ut *decennalis.*)

DĒCEPTIŌSUS et DĒCEPTUŌSUS, a, um, adj. Fallax. *Ennod. Epist.* 1, 7. Auditurum se, deceptiosis et blandis promisit illecebris. *S. Greg. Epist.* 4, 38. Qui vobis deceptiosa familiaritate deserviunt. *Gloss. Isid.* Falsosum, circumventosum, deceptuosum. *Thom.* p. 179. Deceptuosus, deceptione plenus. (Non duobus his locis mendum inesse puto. Nempe nomen *Deceptus, us*, gignit adj. *deceptuosus*, ut *Portus, portuosus.*)

DĒCEPTĪVUS, a, um, adj. Qui decipit. *Boet. Arist. Anal. post.* p. 533. Erit syllogismus deceptivus in indivisionibus. *Prisc.* p. 1062. Deceptiva verba (scil. quæ falláciam exprimunt). — Habuimus quondam vocem jurisconsultorum *déceptif.*

DĒCEPTO, as, are, a. Decipio. *Gloss. Philox.* Deceptat, ἐνεδρεύει, ἐξαπατᾷ.

DĒCEPTUŌSUS. Vid. DECEPTIOSUS.

DĒCERTĀTOR, oris, m. Pugnator. *Epiph. Hist. Eccl.* 6, 34. Invidens decertatoribus veritatis.

DĔCĬBĬLIS, e, adj. Qui decet. *Liberat. Breviar.* p. 37. Et alias (voces) Deo decibiles esse dicant. *Isid. Or.* 10, *litt. D.* Hinc (a vocabulo Decens) et Decorus et Decibilis. Cf. *Cang.*

DĔCĬMĀRIUS, adj. m. Qui decimas pendit. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 8. Sin autem vocetur a Domino, ipse mihi dicitur, hoc est non alii tributarius, non decimarius, non de possessione munificus. Cf. *Cang.*

DĔCĬMO, adv. Decimo loco (in enumerando). *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 39; *Cassiod. De Anim.* 12.

DĒCĪSIO, onis, f. Abscisio, desectio. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 2. Post equuleos, post flammas et ungulas, Christo Domino capitis decisione dicatur. — Qui primus sensus in Lexicis desideratur.

DĒCĪSŪRA, æ, f. Scissura, divisio. *Nips.* in *Grom. vet.* p. 286, ed. *Gœs.* Ut ab umbilico soli emissum perpendiculum supra punctum decisuræ cadat. — Aliter autem *Lachman.* p. 287, *decusis cadat.*

DĒCLĀMĀTŌRIĒ, adv. More declamantium. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 24. Exstat beati Sidonii epistola, in qua eum declamatorie collaudavit. — Vocabulum addidit *Bailey*, verum ex *Hieronymi* loco quem non indicat.

DĒCLĪNĀTĪVĒ, adv. Declinando. *Asper*, p. 1732. Aut declinative (adverbia fiunt), ut Funditus.

DĒCLĪVIOR, us, adj. compar. *Vulg. Judic.* 19, 9. Considera quod dies ad occasum declivior sit.

DĒCOCTIO, onis, f. Digestio. *Cassiod. De Anim.* 6. Assumpta retinens, donec ex his utilis decoctio procuretur. *Isid. Or.* 11, 1. Liquor ex cibi decoctione factus. || Consumptio, tabes. *Cassiod. Var.* 4, 30. Cito vetustatis decoctione resolvitur. *Ib.* 10, 29. Ne membra illa durissima languoris decoctione mollescant. — Quos sensus ignorat *Forcell.*

DĒCOLLĀTIO, onis, f. Capitis amputatio (gall. *décollation*). *Paul. Sentent. recept.* 5, 17, 3. Crux, crematio, decollatio. *Gloss. Cyril.* Τραχηλοκοπία, decollatio.

DĒCOMPŎSĬTUS, a, um, adj. *Prisc.* p. 831. Alia (verba) decomposita, id est a compositis derivata, ut Concupisco, Conticesco.

DĒCOMPTOR, oris, m. (de, como). Detractor. *Prosp. Respons. ad Capitul. Gall.*, *Præf.* Doctrinam quam Augustinus contra pelagianos, inimicos gratiæ Christi, et liberi arbitrii decomptores, per multos annos asseruit. — Sic edd. omnes, etiam Parisina, *Desprez*, 1711. Vox tamen incerta. In aliis libris legitur *deceptores, defensores.* Contrario sensu *Cang.* exponit : « Nimium ornantes et extollentes. » Nempe defensores, ut in var. lect.

DĒCONTRA, adv. Econtra. *Gloss. Plac.* p. 453. *Decontra* video : dicitur usu, non ratione. Sed melius est *econtra* quam *decontra. Bed. Vit. Cuthbert.* c. 40. Frater qui in specula Lindisparnensis insulæ longe

decontra eventus ejusdem pervigil exspectaret horam. Conf. *Cang.* — *Decontra*, ut *Econtra*, uno verbo scribi malo.

DĔCŎRĀTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 12. Sed dicunt quidem decoratissimas orationes.

DĔCŎRĀTOR, oris, m. Ornator (gall. *décorateur*). *Gloss. Isid.* Fullo, decorator.

DĔCŎRŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* Decorosus, decoratus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 173. Decorosus, decorus. — Incerta vox ap. *Forcell.* Quam in quodam loco *Senecæ* defendebat *Gronov.* ex sola analogia. Ea certe cadentis latinitatis.

DĔCUPLUM, i, n. Quantitas decupla. *Vulg. Dan.* 1, 20. Invenit in eis decuplum. — Dubius *Livii* locus ap. *Forcell.*

DĔCURTĀTIO, onis, f. Actus decurtandi. *Mar. Victor.* p. 2511. Ob decurtationem caudæ.

DĒDĔCENS, tis, part. Qui dedecet. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 1. Crinium cincinnis et compositis vultibus atque redimiculis et omni affectato decore plus dedecens.

DĒDĬCĀTĒ, adv. Devote. *Inscr.* (*Annuaire de la Société archéologique de Constantine*, *an.* 1856-1857, p. 175). Cellenses dedicatissime devoti numini ejus.

DĒDŎMO, as, are, a. Perdomo. *Commodian.* 34, 4. Minuiturque ferox esse, primum dedomata (equa).

DĒDUCTĪVA pronomina, n. pl. Derivata. *Pomp. gr.* p. 239. Quia non primogenia sunt, sed deductiva. *Isid. Or.* 1, 7.

DEEO, is, ire, n. Descendo. *Sall.* (*Hist. fragm.* ex cod. quem exscribit *A. Mai.* t. I, p. 418). Ullis ad signa deeuntibus. (Hanc vocem probat editor, p. 421. Quæ, satis incerta ap. *Forcell.*, novo exemplo fulciri debuit.)

DĒFÆCĀTIOR, us, part. compar. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 8. Unde et cœlum et purius et defæcatius ab omni labe peccati est.

DĒFĀMO, as, are, a. Diffamo. *Onomast. lat. gr.* Defamo, βλασφημέω. *Thom.* p. 211. Fama.... Componitur Defamo. Et *Johan. de Jan.* — Notum erat part. *Defamatus.*

DĒFENSĀBĬLIS, e, adj. Qui defendi potest. *Ambr. Epist.* 10, 78. Qui eo defensabilior sibi videtur quod eum refugit Flavianus. Cf. *Cang.* — *Defensabilis* a v. Defensare, et *Defendibilis* a v. Defendo.

DĒFENSĀTRIX, icis, f. Quæ defensat vel defendit. *Prob.* p. 1452. Nam Defensatrix rationabiliter debet dici, nisi quoniam male sonat. *Ambr. Hexaem.* 6, 9. Manus est totius corporis propugnaculum, capitis defensatrix. — Non invenio *Defensator* : qua voce nihil opus; præsto enim est *Defensor*. Sed durius sonat femininum *Defenstrix*. Et hoc innuit, ut credo, *Prob.* in loco, non ita sincero, quem sup. laudavi; nam *defensatrix* non male sonat. Ultro legam : *Defensatrix* (nam *Defenstrix* r. deberet dici).

DĒFENSĬBĬLIS, e, adj. Qui defendere potest. *Cassiod. De Anim.* 7. Civitates defensibili muro cinxit (anima). — *Furlan.* exponit : Qui defendi potest.

DĒFESSIO, onis, f. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Defessio, deliquium.

DĒFĒTUS, a, um, adj. Effetus. *Onomast. lat. gr.* Defœtus, ἄγονος. — *Defeta* magis conveniat; ut dicitur *Effeta*, solummodo de femina.

DĒFĬGŪRĀTUS, a, um, adj. Derivatus. *Prisc.* p. 638. A masculinis verbalibus sive denominativis in *tor* defigurata (nomina).

DĒFĬGŪRO, as, are, a. Figuro. *Interp. Iren.* 1, 15. Invisibilem defigurabant secundum eos decadem. — Verbum *défigurer* habemus contrario sensu.

DĒFĪNĪTISSĬMĒ, adv. superl. *S. Cæsar. Homil.* 2, p. 13. Et hoc definitissime in corde suo deliberet. *Ibid.* p. 15. Dominus tamen in Evangelio definitissime dixit. *Ib.* 4, p. 25.

DĒFĪNĪTIUNCŬLA, æ, f. Parva definitio. *Cassian. Incarn.* 7, 2. Neque ei, qui extra conceptum humanæ originis natus est, humanis definitiunculis præjudicare tentares.

DĒFLO, as, are, a. Illudo, contemno. *Suet. Calig.* 38. Prolata divorum Julii et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, deflabat. (Hoc tamen ex recentibus editionibus exsulat, anteposito verbo *deflebat*, parum feliciter.) *Gloss. Paris.* Deflat, inludit. *Gloss. vet. S. Genov.* Deflat, irridet. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 577. Reicit, deflat. *Ambr. Ep.* 7, 45. Aptius videtur propriam manum nostro affligere stilo, ut non tam deflare aliquid videar quam abscondere.

Ib. 6, 37. Malo hallucinari tecum verbis senilibus, ne videar artem desisse, quam concitatioribus verbis deflare aliquid jam nec studiis nostris aptum nec viribus. || Neut. Detumeo, decresco. *Arnob. Adv. Gent.* 1, p. 26. Unus fuit e nobis, cujus manus intercutes et veternosæ fugiebant undæ, penetrabilis ille vitabat liquor, et turgentia viscera salutari ariditate deflabant. — Vocem exhibet *Forcell.*, non autem satis confirmat neque exponit.

DĒFLŌRĀTIO, onis, f. Floris jactura. *Ambr. Ep.* 8, 64. Quid enim est quod magis publicum sit quam offensa pudoris et defloratio virginitatis? — Quem sensum ignorat *Forcell.* Inde autem gallicum nomen *défloration.*

DĒFLŌRĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Var.* 1, *Præf.* Duodecim libris Gothorum historiam defloratis prosperitatibus condidisti. *Ib.* 4, 40. Laborat enim hoc uno malo terris deflorata provincia. *Id. Inst. divin. Litt.* 28. — Duo exempla, quæ citat, pravis lectionibus annumerat *Forcell.*

DĒFŎLIO, as, are, a. Foliis nudo (gall. *défeuiller*). *Eutych.* p. 2146. Folium, Defolio, defolias. *Gloss. Cyril.* Defolio, ἀποφυλλίζω.

DĒFŎRENT, imperf. subj. a v. Desum. *Ambr. Hexaem.* 3, 13. Ut possit fructus proprios reservare, jamjamque, si deforent remedia, lapsuros. — *Defore* tantummodo in Lexicis comparet.

DĒFŎRIS, adv. A loco exteriore. *Vulg. Matth.* 23, 25. Quia mundatis quod deforis est calicis. *Ib. Gen.* 7, 16, et alibi. *Cassian. Cœnob. Instit.* 9, 8. Nec ulla poterunt scandala nobis deforis inferri. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric., med.* Nam si, deforis expugnans, vix muris expellitur, quantum valebit, si intra muros habebit habitaculum! *Isid. Or.* 19, 22. Exotica vestis est peregrina, deforis veniens. *Theod. Prisc.* 4, 1; *Thom.* p. 217. — Quod a grammaticis reprehenditur. *Cledon.* p. 1875. « *Deintus* et *Deforis* non dicimus, quia præpositio adverbiis vocalibus minime sociatur. » Vetus tamen Gramm. ined. Bibl. Imper. n. 1180, p. 141. « Debes dicere *deintus*, *deforis*, ut jungas præpositiones. »

DĒFRĬCĀTIO, onis, f. Fricatio. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 11. Addenda similiter etiam corporis unctio ac defricatio. *Ibid.* 2, 18, et 3, 16.

DĒFUNCTIO, onis, f. Mors. *Vulg. Eccli.* 1, 13. In die defunctionis suæ. *Gloss. Cyril.* Τελευτή, decessus, obitus, defunctio. Conf. *Cang.*

DĒGĔNĔRĀTIO, onis, f. Mutatio in pejus (gall. *dégénération*). *Boet. De Verit.* p. 1275. Secundum descensum unitatis a superiore ad inferius fit degeneratio.

DĒGĔNIĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Var.* 12, 10. Degeniatus in provincia velociter reddes, quæ te male distulisse cognoscis.

DĒGĔNIO, as, are, a. Dehonesto. *Cassiod. Var.* 5, 5. Commonemus ut præpositorum commoda non præsumas, nec quidquid eos potestatis habere reverenda sanxit antiquitas, aliqua usurpatione degenies. (Alii, *degeneres*, *deneges.*)

DĒGLUTTĪTUS, a, um, part. *Gloss. Paris.*, *Append.* Absorpta (male Absorta), degluttita.

DĒGRĂDĀTIO, onis, f. De gradu dejectio (gall. *dégradation*). *S. Greg. Ep.* 1, 32. Si talis in eo culpa reperitur quæ usque ad degradationem sacerdotii perducatur. *Thom.* p. 250. Degrado.... Et inde Degradatus et Degradatio. Cf. *Cang.*

DĒGRĂDĀTUS, a, um, part. *Idac. Chron.* ad *Olymp.* CCCXII, citante *Furlan.* Nuntiantes Asparem degradatum ad privatam vitam. *Thom.* p. 250.

DĒGRĂDO, as, are, a. Gradu dejicio (gall. *dégrader*). *S. Optat. De Schism. Donat.* 6, 6. Restabat tibi post promotionem non leviter degradari. *S. Greg. Ep.* 2, 33. Omnibus modis degradetur (episcopus). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 250. Componitur Degrado, as, i. e. deorsum de gradu pono. Cf. *Cang.* (Vocem immerito explodit *Forcell.*) || Neut. Gradu dejicior (*déchoir*). *Venant. Fort. Vit. S. Radeg.* 3. Ideo, juncta principi, timens ne Deo degradasset, quum mundi gradu proficeret.

DĒGRĂPHIS, idis, f. (γραφίς). *Eucher. Exposit. divers. Rer.* p. 287. Degraphidem, cælaturam. Et apud *Cangium* : « Degraphides, cælatura. Papias et Gloss. Sangerman. n. 501. »

DĒGRUNNIO, is, ire, n. Grunnio. *Phæd.*

5, 5, 27. Uterque prodit : scurra degrunnit prior. — *Forcell.* probat *Degrunnio*, sed exhibet *Digrunnio.*

DĒGUSTĀTOR, oris, m. Qui degustat (figurate). *Cassian. Collat. Patr.* 10, 13. Palpator tantum spiritualium sensuum ac degustator. — Nomen habemus *dégustateur*, sed proprio sensu.

DĒGUSTĀTUS, a, um, part. *Ambr. Epist.* 9, 70. Degustato melle, favum prædictis edendum dedit. — Proprius sensus deerat.

DĔHISCOR, eris, i, d. Dehisco. *Isid. De Natur. Rer.* 45. Dum sustinere eum (ventum) terra non potuerit, aut tremit aut dehiscitur. — Sic apud antiquissimos *Fatiscitur.*

DĔHŎNESTĀTUS, a, um, part. *Arn. Adv. Gent.* 6, p. 206. Oris contumeliam lævigati et dehonestati vultus.

DĔHŎNŌRĀTIO, onis, f. Dehonestatio. *S. Greg. Epist.* 12, 32. Cavendum est ne manum detractionis, aut vituperationis, sive indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in unctum Domini. — Habemus nos vocabulum *déshonneur*, Itali *disonoramento, disonoranza, disonore.*

DĔHŎNŌRO, as, are, a. Honore privo (gall. *déshonorer*). *Salvian. Contr. Avar.* 3, 8. Filios religiosos bono a vobis dehonorari animo adseveratis. *Cod. Theod.* 11, 39, 8. Nam et persona (episcopi) dehonoratur. *Gloss. Hild.* Dehonoratus, infamis. Cf. *Cang.*

DEHORTĀTOR, oris, m. Qui dehortatur. *Aug. Contr. Academ.* 2, 3. Ex dehortatore in adjutorem mira benevolentiæ moderatione conversus es.

DEĬCĪDA, æ, m. *Gloss. Placid.* p. 455. Deicida est qui Deum occidit, ut Homicida. (Gall. *déicide.*)

DEĬFĬCO, as, are, a. Deum facio (gall. *déifier*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 7, 2. Quapropter non erubescunt multos homines deificantes. *Pseudo-Cassiod. Amic., fin.* O sabbatum deificatum!

DEINTUS, adv. Intra (gall. *de dedans*). *Vulg. Luc.* 11, 7. Ille deintus respondens dicat. *Cassiod. Var.* 2, 39. Perennitas aquarum influens deintus. *Theod. Prisc.* 4, 1. Asperitates deintus veteres palpebrarum sanat. *Auct. De Cas.* in *Grom. vet.* p. 329. Super arcam memoriam (*sic*) deintus sextanea parte alia fontana, etc. (Quod *Baroni* attributum in ed. *Gœs.* p. 237.) — Vid. notata in v. DEFORIS.

DĒJECTĬBĬLIS, e, adj. Qui dejicit, qui pervertit. *Interp. Iren.* 1, 34. Cain, quem et dejectibilis serpens cum filiis statim suscipiens vertit.

DĒLANGUEO vel DĒLANGUESCO, n. Elanguesco. *Gloss. Paris.* Delanguit, deflagravit vel exstinctum est. (Haud dubie de incendio dictum.)

DĒLASSĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyr.* Κατακόπωσις, delassatio. *Ib.* Καταπόνησις, delassatio, defatigatio, lassitudo.

DĒLĂVĀTIO, onis, f. Lavatio. *Gloss. Cyril.* Ἀπόπλυμα, delavatio.

DĒLECTĀBĬLIUS, adv. compar. *Aug. De Dono Persev.* 53. Quid autem meorum opusculorum frequentius et delectabilius innotescere potuit?

1. DĒLECTĀTOR et DĪLECTĀTOR, oris, m. Delector, qui delectum curat. *Inscr.* ap. *Rénier, Mélang. d'Épigraphie*, p. 86. Proc. Alpium maritumar. delectator. (Etiam *Dilectator* in pluribus *Inscr.*, *ibid.* p. 73, seq.)—Hæc scriptio frequentior, etsi mendosa. Cf. *ibid.* p. 75, *dilectus.* Et *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1817. Misso ad dilectum juniorum (legato).

2. DĒLECTĀTOR, oris, m. Qui delectat. *Gloss. Cyr.* Τερπνός, jucundus, amandus, delectator, delectabilis.

DĒLĒNĪTŌRIUS vel DĒLĪNĪTŌRIUS, a, um, adj. Qui delenit. *Cassiod. Var.* 10, 29. Utere illis aquis, primum potu delinitoriis.

DĒLĬCIĀTUS, a, um, part. Deliciis affluens. *Alcim. Avit. Ep.* 77. Nam quum tu in tanta convivii beatitudine deliciatus maxime, tardissime satiatus, vix te possis probare felicem.

DĒLĬCIOR, aris, ari, d. Deliciosum esse. *Ven. Fort.* 11, 25, 2. Et satiat vario deliciante joco. Cf. *Cang.*

DĒLĬGĀTIO, onis, f. Ligatio, vinctio. *Gloss. Cyr.* Ἐπιδεσμός, hæc deligatio.

DĒLĪMĬTO, as, are, a. Limito (gall. *délimiter*). *Aggen.* in *Frontin. De Limit.* p. 50, ed. *Gœs.* Agrimensor omnis doctus centurias delimitare potest.

DĒLĪMO, as, are, a. (lima). Lima abrado,

et translate. *Onomast. lat. gr.* Delimo, ἀποῤῥινῶ. *Gloss. Paris.* Delimat, præcerpit. — *Delimatus* est ap. *Plin.*

DĒLINQUĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Κατάληψις, desertio, delinquatio.

DĒLĪRIŌSUS, a, um, adj. Delirus. *Interp. Iren.* 1, 9. Loquitur deliriosa. *Id.* 1, 5.

DĒLONGĒ, adv. Procul (*de loin*). *Arn. In Psalm.* 137. Sic ergo alta delonge cognovit. *Vulg. Isai.* 49, 1. Audite, insulæ, et attendite, populi, delonge. *Ib. Exod.* 20, 21; *Deut.* 29, 22, et passim. *Isid. Or.* 15, 1. Et delonge venientia contempletur. — Sic *Deforis*, *Deintus*, etc.

DELPHĪNĪNUS, a, um, adj. Ad delphinum pertinens. *Bed. Vit. Cuthbert.* c. 11. Ubi advenientes invenerunt tria frusta delphininæ carnis.

DELPHĪNŬLUS, i, m. Parvus delphinus. *Alcim. Avit. Ep.* 78 Velut concurrentibus in se delphinulis (scil. in monili).

DĒLŪSOR, oris, m. Qui deludit. *Cassiod. Complex. in Ep. Jud.* 4. Ultimis venire diebus delusores. (*Terentius* et *Delusor* personæ sunt dialogi heroicis versibus scripti, quem publici juris fecit eruditus vir Carol. *Magnin*, quemque ad septimum sæculum refert. Cf. *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. I, p. 517.)

DĒLŪSŌRIUS, a, um, adj. Qui deludit. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 23. Quam fallax et delusoria sit illa perniciosa felicitas.

DĒMĀTŪRO, as, are, a. Maturo, depropero. *Novel. Majorian.*, *tit.* 3. Ut adhibito consilio sibi eligant defensorem, factumque dematurent.

DĒMEMBRO et DĪMEMBRO, as, are, a. Membra dissolvo (gallice *démembrer*). *Onomast. gr. lat.* Dimembro, λυσιμελέω. *Johan. de Jan.* Membrum.... Membrare, componitur, ut *dimembro* et *demembro*, as, id est membra dividere, separare. Cf. *Cang.* — Non displicet, etsi in gallico vocabulo non servata, præpositio *di*, quam etiam in verbis *dilacero*, *dilanio*, etc., videmus. Etiam *dismembrare* legitur in *Capitular. Caroli Calvi* (an. 873), auctore *Cang.*

DĒMENTĀTUS, a, um, part. *Pseudo-Cassiod. Amic.* 21. Cæcæ cupidinis multiplici præstigio dementati,

DĒMENTOR, aris, ari, d. (demens). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 331. Dementari, furere. Et *Johan. de Jan.*

DĒMERSO, as, are, a. Demergo. *Capel.* 8, p. 285. Quæ (signa) cito orta tardius demersantur.

DĒMĒTĪTUS, a, um, part. Mensuratus. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 252. Asculanus ager in modum arcellæ est demetitus. (Exempla habet *Forcell.* de quibus jure dubitat.)

DĒMĪRĀBĬLIS, e, adj. Mirabilis. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 105. Quod gloriosa sit et demirabilis (divina natura). *Ib.* p. 79. Demirabilis admodum sermo.

DĒMĪRĀTIO, onis, f. Admiratio. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 87. Demiratione dignos eos ostendere. *Ibid.* p. 94 et 97. — Vocem solummodo *Mart. Capellæ* tribuit *Bailey*, non indicato loco.

DĒMIURGUS, i, m. (δημιουργός). Deus, mundi opifex. *Tertul. Adv. Valentin.* 24. Molitus enim mundum Demiurgus. *Ib.* 27. *Interp. Iren.* 1, 12. Universorum conditorem, et demiurgum, et factorem. *Id.* 1, 19. Ad eos qui sunt circa Demiurgum. *Ibid.* sæpius. *Gloss. vet. S. Genov.* Demiurgum, factorem (male fatorem).

DĒMONSTRĀTŌRIUS digitus, m. Index. *Isid. Or.* 11, 1.

DĒMŎRĀTIO, onis, f. Moratio. *Vulg. Prov.* 12, 11. Qui suavis est in vini demorationibus. — Quam vocem scribit *Forcell.*, sed *Ciceroni* non audet asserere.

DĒMOSTHĔNĬCĒ, adv. More Demosthenis. *Prisc.* p. 1022.

DĒNĔGĀTOR, oris, m. Negator. *Gloss. Cyril.* Ἀπαρνητής, abnegator, denegator.

DĒNIGRĀTUS, a, um, part. *Vulg. Job*, 30, 30. Cutis mea denigrata est super me. || Translate. Pollutus, contaminatus. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Te filius Dei reperit multiplici peccatorum turpitudine denigratam.

DĒNŌMĬNĀTIO, onis, f. Derivatio; nuncupatio, nomen (unde gall. *dénomination*). *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 162. Si vero ex *ala* fiat denominatio, ut dicatur *ala*, *alati*, sic conversio manet. *Id. Arithm.* 1, 9, p. 1301. Semper enim, si denominatio fuerit par, quantitas partis erit impar. *Id.* p. 1310 et 1321, et passim. — Quæ dictio

metonymiam tantum significat in Lexico *Forcell.*

DENSĬFĬCO, as, are, a. Denso. *Onomast. lat. gr.* Densifico, denso, πυχνόω.

DENTĀRIA, æ, f. Dentarpaga. *Gloss. Cyril.* Ὀδοντάγρα, forfex, dentaria. *Thom.* p. 172. Dentaria est ferrum quo medici tollunt dentes.

DĒNŪDĀTIO, onis, f. Nudatio. *Vulg. Eccli.* 11, 29. In fine hominis denudatio operum illius. *Gloss. Cyril.* Γύμνωσις, denudatio, nudatio.

DĒNUNTIĀTĪVUS, a, um, adj. Qui denuntiat. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 4. Sine ullo motu denuntiativo. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Aut denuntiativi (numeri), ut *solus, alter*, vel *alius.*

DEODĂTUS, i, m. A deo datus. *Gloss. Phil.* Deodatus, θεόδοτος. (Invenitur probabilius nomen *Adeodatus*, ut ap. *S. Greg. Ep.* 3, 13, et in *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2547. Etiam *Adeodata* est ap. *S. Greg. Ep.* 8, 64.)

DEŎPĔRIO, is, ire, a. Detego. *Gloss. Cyril.* Περισκέπω, detego, deoperio. (Non convenit verbum græcum, quod *Operire* significaret. Sed *detegere* probandum videtur; hoc enim sensu *Cang.* exhibet *Deoperio* et *Deopertus.*) — Quod verbum exscribit quidem *Forcell.*, sed frustra, quum id *Celso* recte abjudicet.

DEŎPERTUS, a, um, part. Apertus. *Isid. Or.* 16, 7. Tunc enim tellure deoperta intermicant smaragdi. Cf. *Cang.*

DEŌRO, as, are, n. Peroro. *Onomast. lat. gr.* Deoro, ἐπιλέγω. — *Deoratus* est ap. *Festum.*

DĒPACTIO, onis, f. Pactio, contractus. *Cassian. Collat. Patr.* 6, 1. In quibusdam vero contractus quidam, seu dati acceptive depactio caritatis fœdera copulavit. *Gloss. arab. lat.* Depactio, pacis confœderatio.

DĒPĂLĀTUS, a, um, part. (palam). Manifestatus. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.*, *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 258. Depalata, manifesta. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 520. Depalatus fur, inventus.

DĒPARCO. Vid. DEPERCO.

DĒPARTIO, is, ire, a. Divido. *Gloss. Cyril.* Καταμερίζω, departio.

DĒPARTIOR vel DĒPERTIOR, iris, iri, d. Divido. *Arist. Anal. post.* 2, 14, p. 558. Congruum est.... departiri genus in atoma specie prima.

DĒPĔCŪLĀTIO, onis, f. Depeculatus. *Gloss. Cyril.* Νοσφισμὸς δημοσίων χρημάτων, depeculatio. Hoc idem habet *Gloss. Philox.* in v. DEPECULATIO.

DĒPENSIO, onis, f. Sumptus. *Cod. Theod.* 6, 4, 29. Ut theatralis per prætores facienda depensio in aquæductus fabricam verteretur. *Gloss. Cyril.* Ὑπερέκτισις, depensio.

DĒPERCO, is, ere, n. Parco. *Prisc.* p. 832. Spargo, respergo; parco, deperco. Cf. *Gloss. Pap.* — *Deparcitur*, in loco *Solini*, de quo *Forcell.* ambigit, vera est lectio.

DĒPĔRIET, pro Deperibit. *Vulg. Eccli.* 31, 7. Omnis imprudens deperiet in illo. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 5. Nullusque te vivente in regione ista ab hac strage deperiet. — Cf. PERIET.

DĒPICTIO, onis, f. Pictura; descriptio (*représentation, figure*). *Boet. In Porphyr.* 2, p. 60. Descriptio et ex proprietatibus informatio quædam rei, et tanquam coloribus quibusdam depictio. *Id. Geom.* 1, p. 1518. Quidam in hujus formæ depictione ceu litteras alphabeti assumebant sibi. *Ib.* 2, p. 1521. Sit autem prædictorum infra facta depictio.

DĒPLĀCO, as, are, a. Placo. *Mythogr. prim.* p. 80. Atque hostiis eam sibimet deplacare intendebant.

DĒPLĀNA, orum, n. pl. Lævigatio, politio. *Arn. Adv. Gent.* 6, p. 200. Terebrarum excavata vertigine, runcinarum lævigata deplanis. — Sic vett. edd. Recentiores autem, *de planis :* in quo sensum requiro et cola sibi respondentia.

DĒPLĀNĀTUS, a, um, part. Planus factus. *Cassiod. De Anim.* 6. Ut, difficultatis cacumine deplanato, inoffense ad reliqua gradiamur.

DĒPLŪMĀTUS, a, um, part. Plumis exutus. *Isid. Or.* 12, 7. Quæ (turtur) etiam, hieme deplumata, in truncis arborum habitare perhibetur.

DĒPLŪTUS, a, um, part. Complutus. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 13, p. 552. Depluta terra. *Ibid.* Necesse est terram deplutam esse.

DĒPŎPŪLĀTRIX, icis, f. Quæ depopula-

tur. *Cassiod. Var.* 11, 3. Depopulatricem humani generis luxuriam.

DĒPORTĀTOR, oris, m. Vid. APPORTATOR.

DĒPŎSĬTĪVUS, a, um, adj. Depositus. *Cassiod. Var.* 6, 8. Depositivæ pecuniæ.

DĒPŎSĬTŌRIUM, ii, n. *Gloss. Cyril.* Παράθεμα, depositorium, repositorium.

DĒPŎSĬTŌRIUS, a, um, adj. In quo aliquid deponitur. *Onomast. lat. gr.* Depositorius, καταθέτης (*sic*).

DĒPRÆDO, as, are, a. Deprædor. *Ambros. De Fide,* 2, 3. Quia ecce ego injicio manum meam super eos qui deprædaverunt vos, et erunt in præda qui prædaverunt eos.

DĒPRĀVĀTOR, oris, m. Qui depravat. *S. Greg. Ep.* 2, 38, *Indict.* 11. Catholicæ fidei depravator, vel sanctæ Dei ecclesiæ destructor. *Thom.* p. 468. Pravus.... Et per compositionem Depravo : unde Depravator, Depravatus, Depravatio.

DĒPRĔCĀBĬLIS, e, adj. Exorabilis. *Vulg. Psalm.* 89, 13. Deprecabilis esto super servos tuos.

DĒPRĔCĀTIUNCŬLA, æ, f. Parva deprecatio. *Salv. Contr. Avar.* 3, 2. Est umbra excusatiunculæ non excusans, dans reo deprecatiunculæ speciem, non reatus necessitatem.

DĒPRĔCĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui deprecatur. *Vulg.* 1. *Macch.* 10, 24. Verba deprecatoria. Cf. *Cang.*

DĒPRĪVO, as, are, a. *Gloss. Cyril.* Στερίσκω, deprivo, privo, fraudo. Cf. *Cang.*

DĒPRŎPĔRUS, a, um, adj. Properus. *Cod. Theod.* 7, 1, 13. Ut nullus abluendo equorum sudore deproperus publicos oculos nudatus incestet. Cf. *Cang.*

DĒPŬDŌRO, as, are, a. Depudico, vitio. *Gloss. Cyril.* Ἀπαισχυντῶ, depudoro. (Sic enim lego, pro barbaro nimis *depudo.* Notum est *Expudoratus.*)

DĒPULLO, as, are, a. Pulla veste exuo. *Vincent. Lirin. Common.* 4, p. 320. Tunc temeratæ conjuges, depullatæ viduæ, profanatæ virgines, monasteria demolita.

DĒPŪRĀTUS, a, um, part. Defæcatus (gall. *dépuré*). *Musa, Compos.* 2. Amygdalarum amararum depuratarum drachmæ VII. — Verbum *Depuro* auctoritate caret apud *Forcell.* Si autem locum *Frontini* perpendas, *Aquæd.* 93 : « Seu quia Anio, lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, » non properabis accipere variam lectionem *velut defæcatur.* Hæc enim glossam sapit potius quam verbum insolens *depuratur.*

DĒPURGĀTIO, onis, f. Purgatio. *Cæl. Aur. Acut.* 3, 4. Ventris depurgatio. *Id.* 3, 21. Post depurgationem corruptorum.

DĒPŪRO, as, are, a. Vid. DEPURATUS.

DĒPŬTĀTIO, onis, f. Assignatio, destinatio. *Cassiod. Var.* 2, 16. In tertiarum deputatione.

DĒRĪVĀTĪVUS, a, um, adj. Derivatus, perductus. *Ambr. Hexaem.* 3, 2. Quis ignorat quod.... plerumque etiam canalibus manu artificis derivativa (aqua), quantum descenderit, tantum rursus ascendat? — Unicum Lexicorum exemplum ad grammaticam respicit. Ceterum gallica vox *dérivatif* alio sensu usurpatur.

DĒRĪVĀTŌRIUS, a, um, adj. Derivativus, derivatus. *Ambr. De Fide,* 2, 4. Sat est enim generationem scire divinam, non divisam, non deminutam, non derivatoriam, non creatam.

DĒRŬBESCO, is, ere, n. Pudorem exuo. *Gloss. Cyril.* Ἀπερυθριῶ, depudesco, derubesco.

DĒSANNĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Μυκτηριασμός, desannatio, subsannatio. (Ibidem est verbum *Desanno,* quod in Lexicis ex *Porphyrione* uno citatum.)

DESCRIPTĪVUS, a, um, adj. *Gloss. vet. S. Genov.* Descriptivus, descriptioni (male descriptione) opportunus. *Boet. De Definit.* p. 657. Descriptiva ista dicitur definitio. — Gall. *descriptif.*

DESCRIPTOR, oris, m. Qui describit (*répartiteur*). *Greg. Tur. Hist. Franc.* 9, 30. Childebertus rex descriptores in Pictavos jussit abire. — Translatum sensum *Forcell.* tantummodo exhibet.

DĒSERTO, as, are, a. (desertus). Vasto, desolo. *Onomast. lat. gr.* Deserto, as, ἐρημόω. Cf. *Cang.* — Alio sensu gall. *déserter.*

DĒSĬDUUS, a, um, adj. Deses. *Gloss. Paris.* Desiduus, ignavus, piger. (Et *Gloss. Isid.*, ubi male *impiger.*) *Gloss. Philox.* Desiduus, ὀλίγωρος. — *Cang.* exhibet *Desidius,* quod placet, ob adj. *Desidiosus.*

DĒSIGNĀTĪVUS, a, um, adj. Quo utimur

ad designandum. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 14. Ratio demonstrativa et designativa quodammodo generis. *Id.* p. 300. Ea.... intellectuum designativa sunt. *Id.* p. 360, 558, 560, 581 et passim. — *Designative* est ap. *Cang.*

DĒSŌLĀNUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Isid.* Desolanus, subsolanus.

DĒSŌLĀTIO, onis, f. Vastatio, vastitas, solitudo (unde gall. *désolation*). *Vulg. Jerem.* 9, 11. Civitates Juda dabo in desolationem. *Ibid.* sæpius. *Isid. Or.* 7, 8. Septuagesimo anno desolationis templi completo. *Ib.* 15, 1. Nunc autem a Gothis subversa (Carthago nova) atque in desolationem redacta. *Cassiod. Var.* 8, 3. Filios in desolationibus educare. — Pauca exhibet Lexic. *Forcell.*, quæ addidit *Bailey.*

DESPĒRĀBĬLIS, e, adj. Desperatus. *Vulg. Jerem.* 15, 18. Quare plaga mea desperabilis renuit curari? — *Desperabiliter* est ap. *Cang.*

DESPĒRĀTIUS, adv. compar. *Cassian. Collat. Patr.* 4, 20. Desperatius ægrotare.

DESPĬCOR, aris, ari, passive usurpatum apud antiquos, testatur *Prisc.* p. 791.

DESPŎLIA, n. pl. Vid. in v. EXSPOLIA.

DESPONSĀTA, æ, part. f. *Plaut. Trin.* 5, 2, 32. Filiam meam tibi desponsatam esse audio. *Ambr. In Luc.* 10, 21. In prima ætate desponsatam viro justo. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 15. Ante hoc tempus desponsatam eam habuerat. — Unum, quod refertur, exemplum vocem *desponsata* pro var. lect. exhibet, quum pluribus locis ibi citatis idem *Cicero* usurpet *desponsa.*

DESTILLĀTICIUS, a, um, adj. Qui destillat. *Gloss. Paris.* Liquidum, distillaticium (*sic*), defæcatum.

DESTĬNĀTOR, oris, m. Qui destinat, qui mittit (epistolam). *Ennod. Epist.* 2, 6. Volo esse paginarum prævius destinator.

DESTĬNUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Μονότονος, pervicax, pertinax, destinus. — Nomen *Destina* inde deductum videtur.

DESTĬTŪTIOR, us, part. compar. *Aug. De Peccat. Merit.* 3, 13. Quanto magis pro istis laborare debemus qui destitutiores et miseriores pupillis remanebunt!

DESTŎMĂCHOR, aris, ari, d. Valde stomachor. *Donat.* ad *Ter. And.* 5, 3, 15.

DESTRUCTĪVĒ, adv. Destruendo (scil. per negationem). *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 42, p. 500. Non esse musicum quidquid est homo, destructive monstratur.

DESTRUCTĪVUS, a, um, adj. Qui destruit (translate). *Boet. Arist. Top.* 1, 1, p. 672. Sunt ad utraque genera problematum communia universalia, et constructiva et destructiva. Cf. CONSTRUCTIVUS. — Unum exemplum habet *Forcell.*, et proprio sensu. Inde profecta gallica vox *destructif.*

DĒSURSUM, adv. Ex alto. *Vulg. Joan.* 3, 31. Qui desursum venit, super omnes est. *Ibid.* sæpius. *Tert. Præscript.* 46. Quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset. *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* Consuant tunicas qui inconsutam desursum tunicam perdiderunt. *Ven. Fort. Vit. S. Marcel.* 5. Quod desursum venerat. *Interp. Iren.* 1, 22. Hominem angelorum esse facturam, desursum a summa potestate lucida imagine apparente, etc. *Pompej. gram.* p. 356. Desursum, Desubito. *Grammat. ined. Bibl. Imper.* n. 1180 (*S. Germ.*). Desubito, Desursum, Exinde, Deinceps. — Vocem addidit *Bailey*, duobus exemplis indicatis, non plene citatis.

DĒSUSCEPTUM, i, n. Syngrapha, debitoris chirographum. *S. Greg. Ep.* 2, 49, *Indict.* 11. De quibus etiam secundum rerum inventarum paginam desusceptum te facere volumus. *Id. ib.* 3, 16. Omnium rerum non solum desuscepta eos, qui eas tradunt, percipere volumus. *Ibid.* 8, 10 et 44. Cf. *Cang.*

DĒTĔRIŌRO, as, are, a. Deteriorem facio (gall. *détériorer*). *Arn. In Psalm.* 37. Deteriorant ipsa vulnera (iniquitates nostræ). *Cassiod. Var.* 1, 38. Quod res patrias ejus non meliorandi causa, sed deteriorandi voto detineas. *Claud. Mamert. Stat. Anim.* 1, 3. Quidquid deteriorari potest, et corrumpi profecto potest.—Pauca habet *Forcell.* in v. DETERIORATUS.

DĒTERMĬNĀTĒ, adv. Definite. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 249. Non tamen ut hoc verum sit determinate, aut illud, sed utrumlibet.

DĒTŎNO, as, are, n. Tono (translate). *Hier. Ep.* 47, *Ad Furiam.* Adversus epistolam meam turba patricia detonabit. *Id. Vita*

Paul. erem. Et quum persecutionis procella detonaret. — Alterum vocabuli sensum confirmare libuit.

DĒTONSIO, onis, f. Tonsio. *Theod. Prisc.* 2, 2. Juvat et detonsio capitis. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 3. Convenit quoque capitis detonsio.

DĒTRULLO, as, are, a. De trulla refundo. *Onomast. lat. gr.* Detrullare, διαχνεῖν (l. διαχύνειν). *Apic.* 4, 2. Ubi coctum fuerit.... in patellam detrullare convenit. (Ita citat *Cang.* Sed in bona *Listeri* editione legitur *de trulla refundes.*)

DĒTRUNCĀTIO, onis, f. Obtruncatio. *S. Greg. Epist.* 5, 60. Quanta autem nos a Longobardorum gladiis in quotidiana nostrorum civium deprædatione vel detruncatione atque interitu patimur! *Ibid.* 8, 41. — Qui sensus sane legitimus.

DEUTĔRŎGĂMIA, æ, f. (δευτερογαμία). *Gloss. Paris.* et *Thom.* p. 173. Deuterogamiæ (*sic*), secundæ nuptiæ.

DĒVASTĀTOR, oris, m. Vastator (gall. *dévastateur*). *Epiph. Hist. Eccl.* 6, 45. Ferus sacræ vineæ devastator (Julianus).

DĒVERSŌRIĀRIUS, ii, m. *Gloss. Cyril.* Πανδοχεύς, deversoriarius, stabularius, caupo. *Ibid.* Ἀπαντητής, deversoriarius.

DĒVESTĪVUS, a, um, adj. Nudus. *Tertul. Adv. Valent.* 14. Devestiva scilicet et abortiva genitura.

DĒVIĀTIO, onis, f. Error (translate). *Cassian. Incarn.* 1, 4. Ut, ubi deviatio ejus prius cognita erit, illis et emendatio nosceretur. Conf. *Cang.* — Inde gall. *déviation.*

DĒVIRGĬNĀTOR, oris, f. Qui devirginat. *Gloss. Cyril.* Διαπαρθενευτής, devirginator.

DĒVŎCĀTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 2, 29. Quasi quodam signo in notitiam devocato.

DĒVŎRĀBĬLIS, e, adj. Qui devorari potest. *Alcim. Avit. Ep.* 77. Quod appetitum interioribus inhiantem devorabili tegmine pavus isicio conclusus exclusit. (Ingeniose *Dübner* conj. *indevorabili.*) Frequenter enim omittitur *in*, quum præcedit *m*.

DĒVŌTĀTIO, onis, f. Devotamentum, anathema. *Vulg.* 3. *Reg.* 8, 38. Cuncta devotatio et imprecatio. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 558. Devotatio, per furorem maledictio.

DEXTRĀLIŎLUM, i, n. Parvum dextrale. *Vulg. Judith*, 10, 3. Assumpsitque dextraliolum.

DEXTRĀLIS, is, f. Genus securis. *Isid. Or.* 19, 19. Et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 559. Dextralis, securis dextræ habilis. Cf. *Cang.*

DEXTRĀTUS, a, um, adj. Qui ad dextram partem mensuratus est. *Nips.* in *Grom. vet.* p. 290 et 291, et sæpius.

DIĂCANTHĒS, ind. (δι' ἀκάνθης). Medicamenti genus. *Plin. Valer.* 1, 3. Trochiscus diacanthes ad hæmoptoicos.

DIĂCĔRĂSŌN, ind. (διὰ κεράσων). Malagma quoddam. *Plin. Valer.* 4, 50. Fit ex his (cerasis) diacerason, quod omnibus notum est. (Ubi male *diaceraseon.*)

DIĂCHRISMA, atis, n. (διάχρισμα). Inunctio. *Plin. Valer.* 1, 50. Quod si cervix dolet, de diachrismate calido oportet inungere.

DIĂCHȲLŌN, ind. (διὰ χυλῶν). Quoddam malagmatis genus. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 18. Apponendum malagma quod diachylon vocant. (Et nos etiamnunc dicimus *diachylon.*) — Nec semel habet *Tóchon, Cachets des oculistes.*

DIĂCON, onis, m. Diaconus. *Vulg. Philip.* 1, 1. Qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus. *S. Greg. Epist.* 3, 20. Cæsis presbyteris, diaconibus ceteroque clero. *Id. ibid.* 3, 34. A servo Dei, sedis nostræ diacone. — Vocem habet *Cang.*, nullo subjecto exemplo.

DIĂCŎNA, æ, f. Diaconissa. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 12. Consecravit diaconam. Cf. *Cang.*

DIĂCŎNĀLIS, e, adj. Ad diaconum pertinens. *Concil. Aurelian.* (ann. 533), *can.* 18. Placuit etiam ut nulli postmodo feminæ diaconalis benedictio, pro conditionis hujus fragilitate, credatur.

DIĂCŎNIA, æ, f. Diaconatus. *Cassian. Collat. Patr.* 21, 10. In diaconiæ dispensatione eis successit. *Ibid.* 18, 7. *S. Greg. Epist.* 4, 24. Dicitur eumdem tutorem velle aliquid in diaconia. *Ib.* 9, 24. Et exhibendæ diaconiæ elegimus præponendum. Cf. *Cang.*

DIĂCŎNĬCUS, a, um, adj. (διακονικός). Ad diaconem pertinens. Vid. in v. DECANICUS.

DIĂCŎPE, es, f. (διακοπή). *Jul. Rufin.* p. 39. Diacope vel Diastole est quum inter

duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium, ut : *Duc age, duc ad nos.*

DIĂDĒMĀLIS, e, adj. Diademate ornatus. *Dracont. Hexaem.* 2, 31. Tum diademalem turparunt cornua frontem. — Adverbium *Diademaliter* est ap. *Cang.*

DIĂGINGĬBĔREOS, ind. (διὰ ζιγγιβέρεος). Medicamentum cum gingiberi. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 7. Item Cassii ex gingibere confectum, quod diagingibereos appellatur.

DIAGRĬDIUM et DIAGREDIUM, ii, n. Scammoniæ succus (vet. gall. *diagrède*). *Veg. Veter.* 5, 32, 3. Dabis.... diagridii unciam. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 17. Poto medicamine quod appellat diascammonias, hoc est quod ex diagredio (*sic*) conficitur. *Ib.* 2, 12. Diagridii obolum. *Id.* passim. — Viderunt docti vocem corruptam ex græco δακρύδιον, quod valet scammonia. Probe igitur *Dacrydium* dictum scriptumque esset.

DIĂLEMMA, atis, n. (διάλειμμα et διάλημμα). Intermissio, intervallum. *Theod. Prisc.* 2, 21. Tunc, velut per dialemma, dropacibus, sinapismis et ceteris causticis imminendum est.

DIĂLȲSIS, is vel eos, f. (διάλυσις). *Rutil. Lup.* p. 5. Hoc schema contrarium est superiori (scil. polysyndeto). Nam, demptis omnibus articulis, sententiæ divisæ (forte divise) pronuntiantur.

DIĂLȲTON, n. (διάλυτον). Nomen schematis. *Isid. Or.* 1, 25. Dialyton vel Asyndeton figura est, etc.

DIĂMANNÆ, ind. (διὰ μάννης). Malagma cum manna compositum. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 18, 112.

DIĂMĔLĬTON, ind. (διὰ μέλιτος). Malagma cum melle. *Theod. Prisc.* 4, 1. — De verbo dubito. Aliud est apud Græcos διαμελίλωτον.

DIĂMĔTER, adj. m. (διάμετρος). *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 23, p. 487. Quoniam diameter est asymmeter. *Id.* p. 669. Diameter incommensurabilis. *Id.* p. 494, 515, 523, 544, 748, et passim.

DIĂMETRĀLIS, e, adj. Qui pertinet ad diametrum (gall. *diamétral*). *Lib. Colon.* in *Grom. vet.* p. 225. Ab oriente ad occidentem qui in groma sunt designati, qualis diametralis appellatur.

DIĂMYGDĂLŎN, ind. (δι' ἀμυγδαλῶν). Malagma ex amygdalis. *Plin. Valer.* 4, 51. Fit medicamentum ex amaris amygdalis, quod Dioscorides diamygdalon appellat. — Talia latine scribi, ostendit v. *Diamannæ.*

DIĂPĒGĂNON, ind. (διὰ πηγάνου). E ruta confectus. *Plin. Val.* 4, 3. Unum (antidotum) adhuc diapeganon dictum.

DIĂPHŌNIA, æ, f. (διαφωνία). *Isid. Or.* 3, 19. Cujus (symphoniæ) contraria est diaphonia, id est voces discrepantes et dissonæ. (Gall. *discordance, cacophonie.*)

DIĂPHŎRA, æ, f. (διαφορά). *Rutil. Lup.* p. 4. Diaphora. Hoc schema fit quum verbum iteratum aliam sententiam significat ac significavit primo dictum.

DIĂPŎRĒSIS, is vel eos, f. (διαπόρησις). Addubitatio. *Aquil.* in *Antiq. Rhet.* p. 18.

DIĂPŎRĒTĬCUM genus, n. (διαπορητικόν). In quo dubitatio est. *Cur. Fortun. Art. Rhet. scholic.* 1, p. 59.

DIAPSALMA, atis, n. (διάψαλμα). In cantu silentium, sive alterna psallentium quies. *Hier. Ep. ad Marcellam* (t. II, p. 706, De voce *Diapsalma*). Quidam *diapsalma* commutationem metri dixerunt esse; alii pausationem spiritus; nonnulli alterius sensus exordium. Sunt qui rhythmi distinctionem, et, quia psalmi tunc temporis juncta voce ad organum canebantur, cujusdam musicæ varietatis existiment silentium. Nobis vero nihil horum videtur, quum Aquila, qui verborum hebræorum diligentissimus explicator est, *sela*, hoc est *diapsalma.... semper* transtulerit. (Noster in incerta re varias opiniones tantum se referre fatetur.) *Id. In Abacuc,* 3. Sed et hoc, quod Septuaginta transtulerunt διάψαλμα, et nos posuimus *semper*, Symmachus interpretatur εἰς τὸν αἰῶνα. *Eucher. De var. Vocab.* p. 286. Diapsalma, *semper*, eo quod illa, quibus adnectitur, sempiterna esse confirmet a Deo; non commutationem metri significat, ut quidam existimant, vel spiritus prophetici refectionem. *Isid. Or.* 6, 19. Diapsalma hebræum verbum quidam esse volunt. Quo significatur *semper*, id est quod illa, quibus hoc interponitur, sempiterna esse confirment. (Quæ vana esse, quis non intelligit?) *Aug. In Psalm.* 4. Psalma est quod psallitur; diapsalma, interpositum in cantu silentium. *Ambr. In Psalm.* 38. Et post diapsalma resumpto spiritu ait. *S.*

Optat. De Schism. Donat. 4, 3. Legimus in XLIX psalmo, sub secundo diapsalmate. *Isid. Or.* l. cit. Quidam vero græcum verbum existimant, quo significatur intervallum psallendi : ut psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium ; ut quemadmodum sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disjunctio earum, ubi quædam requies distinctæ copulationis ostenditur. Unde illud probabile est, non conjungendas sententias in psallendo, ubi diapsalma interposita fuerit; quia ideo interponitur ut conversio sensuum vel personarum esse noscatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 175. Diapsalma, divisio psalmi. *Id.* p. 179. Diapsalma, medietas psalmi. *Johan. de Jan.* Hæc diapsalma, æ, divisio psalmi. (Ubi plura.) Cf. *Forcell.* in v. PSALMA, et *Thes. Græc. Ling.* Ibi citatur *Suidas*, qui satis obscure vertit : Διάψαλμα, μέλους ἐναλλαγή. Equidem Thomæ interpretationi suffragor. Etiam *Cassiod. Præf. in Psalter.*, probat *Hieronymum* hoc vocabulum interpretantem *divisio. Glossar. lat. gall.* ex Cod. Reg. n. 7692, ap. *Cang.* Diapsalma, *pause de pseaume.*

DIARRHŒA, æ, f. *Isid. Or.* 4, 7. Diarrhœa, jugis ventris cursus.... quam Græci διάῤῥοιαν vocant. *Cæl. Aurel. Acut.* 3, 19.

DIASCHISMA, atis, n. (διάσχισμα). *Boet. Music.* 3, 8, p. 1423. Schisma est dimidium commatis; diaschisma vero dimidium dieseos. *Ibid.* sæpius.

DIASPERMĂTŌN, indecl. (διὰ σπερμάτων). Malagma e seminibus. *Isid. Or.* 4, 9. Sicut diaspermaton, quia ex seminibus componitur. *Theod. Prisc.* 4, 1.

DIASTĒMĂTĬCĒ, es, adj. Diastematica (vox). *Boet. Music.* 1, 12, p. 1379. Diastematice autem est ea quam canendo suspendimus.

DIASTŎLE, es, f. (διαστολή). Distinctio quædam, contraria notæ hyphen. *Prisc.* p. 1287. Diastole quidem dextera pars circuli ad imas litteras deposita.... Et hac male cohærentia discernuntur. *Isid. Or.* 1, 18.

DIĂSȲCĂMĬNŌN, ind. (διὰ συκαμίνων). Malagma e ficis. *Cæl. Aur. Acut.* 2, 7. Diamoron vel diasycaminon.

DIATRĬTOS, adj. et subst. m. (διάτριτος). Tertiana febris. *Cæl. Aur. Acut.* 3, 16. In diatrito vero erunt primo perungendi.

DIAZŌGRĂPHUS, i, m. (διαζωγράφος vel διαζώγραφος). Liber qui varias figuras geometricas et mensurales exhibet. *Aggen.* in *Gromat. vet.* p. 7 et 26.

DĬCĀTĒ, adv. Devote. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3455. Dicatissime devoti numini ejus fecerunt.

DĪCEM, antique pro Dicam. *Quint.* 1, 7, 23. Quid? non Cato censorius *dicam* et *faciam dicem* et *faciem* scripsit? *Gloss. Placid.* p. 452. Dicem (male Dice), dicam. — Cf. ATTINGEM.

DICTIUNCŬLA, æ, f. Parva dictio. *Apul. gram. Diphthong.* p. 144, ed. *Osann.* Sunt qui dicant hanc dictiunculam a græco esse ortam.

DĬDASCĂLUS, i, m. (διδάσκαλος). *Gloss. Paris.* Didascalus, doctor vel magister. *Gloss. vet. S. Genov.* Didascalus, doctor. (Vocem latine usurpatam fuisse indicat nomen proprium *Didascalus*, quod in *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3604.) Cf. *Cang.*

DIDRACHMA, æ, f. Didrachmum. *Vulg.* 2. *Macch.* 4, 19. Portantes argenti didrachmas trecentas. *Tert. Præscr.* 11. Perdiderat unam ex decem didrachmis anus illa. (*Forcell.*, qui posterius exemplum citat, non femininum agnoscit.) *Gloss. Vat.* t. VII, p. 559. Didrachma habet siliquas triginta sex.

DIDRAGMA, æ, f. Didrachma. *Eucher. De Ponder.* p. 292. Didragma, dragmæ duæ sunt. — Verbum *Didragmare* est ap. *Cang.*

DIĔCHIDNŌN, m. indecl. (διὰ ἐχιδνῶν). Theriaca. *Cæl. Aur. Tard.* 3, 2. Dandum medicamentum theriacum bibendum quod diechidnon appellamus.

DIĒLECTRUM, i, n. Medicamentum ex succino. *Cæl. Aur. Tard.* 2, 13, 166. Item eo (medicamine) quod appellatur dielectrum.

DIENNIUM, ii, n. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Diennium, biennium.

DIFFĔRENTIOR, us, adj. compar. *Gloss. Isid.* Differentior, eminentior. *Vulg. Hebr.* 1, 4. Quanto differentius præ illis nomen hereditavit.

DIFFŪSIO, onis, f. Effusio. *Prosp. In*

Psalm. 103. Quæ diffusio aquas sonat, de quibus dicitur : Et in plateis tuis discurrent aquæ. || Translate. *Arn. Adv. Gent.* 7, p. 213. Voluptatum diffusione mollescere. || Dilatatio, spatium. *Boet. In Cic. Topic.* 2, p. 787. Solum quod tecti diffusione tegeretur. (Cf. *Isid. Or.* 13, 19. Per diffusiora spatia.) || Redundans oratio (gall. *diffusion*). *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* 4, p. 379. Ut quasi inter textus brevitatem commentationisque diffusionem medius ingrediatur stilus. — Vocem tantum non omisit *Forcell.*, citato uno *Senecæ* exemplo.

DĪGESTĬLIS, e, adj. Ad digestionem seu egestionem pertinens. *Epiphan. Hist. Eccl.* 6, 32. Fimum per meatus digestiles emittebat.

DIGNĀBĬLIS, e, adj. Qui dignatur, benevolus. *Alc. Avit. Ep.* 10. Dignabili beatitudinis vestræ rescripto. *Ib.* 72. Dignabili alloquio.

DIGNĀBĬLĬTER, adv. Dignanter, non fastidiose. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 38. Quod sancta in vicum ejus dignabiliter accessisset. Cf. *Cang.*

DIGNANS, tis, adj. Dignus. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 119. Dignantissime imperator. — Notum est adv. *Dignanter.*

DIGNISSĬMĒ, adv. superl. *Cassiod. Var.* 8, 22. Ut nos augmentatores dignissime reperiret.

DĪGRESSĪVUS, a, um, adj. Qui digressionem continet. *Cassiod. Inst. divin. Litt.* 4. Nullam causam digressiva ratione miscuimus.

DĪJŪDĬCIUM, ii, n. Dijudicandi facultas. *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 329. Itaque tum vestrum difficilius dijudicium, mea facilis defensio fore videbatur. — Vocabulum insolens jure tueri mihi videtur *Maius.*

DĪLĂNIĀTIO, onis, f. Laniatio, trucidatio. *S. Greg. Epist.* 5, 26. Audio enim quæ in grege Domini dilaniationes fiunt.

DĪLĂPĬDĀTOR, oris, m. *Gloss. vet. S. Genov.* Dilapidator, prodigus. — Gall. *dilapidateur.*

DĪLĂPĬDĀTUS, a, um, part. *Cod. Theod.* 14, 3, 14. Si postea is eamdem (uxorem) dilapidatis facultatibus consortio putaverit eximendam.

DĪLARGUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Hildeb.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 521. Dilargus, multum donans. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 559. Dilargus, multa donans. || Lautus. *Gloss. arab. lat.* Dilargus, cultu dignus, superfluus, copiosus.

DĪLĀTĀTOR, oris, m. Qui dilatat. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 21. Beatus Hieronymus, latinæ linguæ dilatator eximius.

DĪLĀTĒ, adv. Late. *Gloss. Cyril.* Διὰ πλατέων, dilate.

DĪLECTĀTOR, m. Vid. DELECTATOR.

DĪLŪCĬDĀTIO, onis, f. Illustratio. *Cassiod. De Anim.* 19. Ut ad animæ dilucidationem hæc supputatio adhiberetur. *Id. Complex. ad Corinth.* 1, 6. Ubi actus omnium manifesta dilucidatione cognoscitur.

DĪLŪCĬDĬTAS, atis, f. Dilucidatio. *Boet. Arist. Top.* 8, 2, p. 725. Ad diluciditatem autem exempla et similitudines afferendum. *Ib.* 1, 14, p. 671.

DĪLŪCĬDUM, i, n. Diluculum. *Boet. Arist. Top.* 7, 4, p. 714. Nam primo dilucido facto, et reliqua quodammodo dilucida fiunt. — De verbo equidem dubito.

DĪLŪCŬLESCIT et DĪLŪCŬLASCIT, n. *Gloss. vet. S. Genov.* Diluculescit, dilucescit. *Johan. de Jan.* Diluculascit, dilucescere incipit.

DĪMEMBRO, as. Vid. DEMEMBRO.

DĪMENSTRUUS vel DISMENSTRUUS, a, um, adj. Bimenstruus. *Cod. Theod.* 11, 5, 3. Per dismenstruum tempus.

DĪMĬDIĔTAS, atis, f. Dimidium. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 26, p. 489. Erunt autem et conclusiones dimidietas propositionum. *Id. Music.* 3, 1, p. 1417. Sed (arbitrabatur Aristoxenus), sicut semitonia dicuntur, ita esse dimidietates tonorum. Et *Pomp. gr.* p. 63. Sescupla est quoties altera pars alteram non duplo vincit, sed dimidietate dupli. || Translate. Societas. *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *post. med.* Sine feminarum dimidietate. — Dictio est ap. *Cang.*

DĪMUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Dimus, bimus.

DINDȲMĀRIUS, ii, m. Qui Dindymi deam seu Cybelen colit. *Commod.* 17, 6. Vidistis sæpe dindymarios, quali fragore Luxurias ineunt. — Cf. *Dindimum* ap. *Cang.*

DINGUA, æ, f. Lingua. *Mar. Vict.* p. 2470. Communionem habuerunt litteræ hæ (*l* et *d*)

apud antiquos, ut *dinguam* et *linguam*, et *dacrimis* et *lacrimis*.

DĪNŬMĔRĀTUS, a, um, part. *Hilar. In Matth.* 15. In tot partium millia plebs dinumerata satiatur. *Boet. In Porphyr.* 2, p. 59. Illam prius a se dinumeratam significationem dicere videtur.

DIOCTO, indecl. Diapason. *Cassiod. Music.* p. 587. Unde et nomen accepit, sive diocto, sive diapason.

DIŒCĒSĀNUS, a, um, adj. Ad diœcesim pertinens (gall. *diocésain*). *Cod. Theod.* 16, 2, 23. Convocatis ab episcopo diœcesanis presbyteris. Cf. *Cang.*

DIŌNȲMA, orum, n. pl. (διώνυμα). Quæ duplex nomen habent. *Prisc.* p. 580.

DIŎNȲSIUS lapis, m. *Isid. Or.* 16, 4. Dionysius lapis fuscus et rubentibus notis sparsus. (Qui et vocatur absolute *Dionysia*, f., ab eodem, *Or.* 16, 11.)

DIŎPŌRON, n. (δι' ὀπωρῶν). Quoddam medicamentum. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 3, 18. (Quod idem esse putant atque *Oporice* ap. *Plin.*)

DĪPHĬLIUM metrum, n. (Diphilus). *Mar. Vict.* p. 2558.

DIPLŌMĂTĀRIUS, ii, m. Qui diplomata scribit. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Diplomatarius, duplicator. (*Gloss. Paris.* perperam exhibet *Diplomaxarius.*) Cf. *Cang.*

DĬPŎDIA, æ, f. (διποδία). Duo pedes (versuum). *Mar. Vict.* p. 2574. Aut si per dipodiam percutiatur (iambicus).

DIPTȲCHUS, a, um, adj. (δίπτυχος). Qui duas valvas habet. *Ambr. Hexaem.* 5, 8. Explorat (cancer) si quando ostreum remotis in locis ab omni vento contra solis radios diptychum illud suum aperiat. —Noti vocabuli novus sensus.

DĪRĀDO, is, ere, a. Multum rado. *Cassiod. Var.* 11, 40. Ut supradicta retia tergum (lupi piscis) frustra diraserint. — Serior scriptura est verbi *Derado.*

DĪRĒ, adv. Sæve. *Sen. tr. Thyest.* 315. Agique dire credis et nimium impie. *Cassian. Cœnob. Inst.* 5, 2. Ignem vitiorum dirissime nostras exercentium mentes. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 278. A clamosis et dire morsitantibus infestatur casibus.

DĬREMPSI, antiq. perfect. *Charis.* p. 220. Dirimo, is, diremi et dirempsi, sed magis diremi.

DISCALCEO vel DISCALCIO. Vid. DISCULCIO.

DISCĀRĬCO, as, are, a. Onus de plaustro aut equo depono (gall. *décharger*). *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 7. Et, data oratione, discaricantes quæ tulerant, laxati pergunt itinera. Cf. *Cang.*

DISCERPTIM, adv. Disjunctim. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 260. Homo plura significat, sed ita si ea, quæ significantur, discerptim dicantur. *Thom.* p. 172. Discerptim, carptim, minutim.

DISCĬBĬLIS, e, adj. Qui discitur. *Boet. De Syllog. categ.* 1, p. 580. Hinc per introductionem est facilior discibiliorque doctrina. *Id.* p. 201.

DISCIPLĪNĀLIS vel DISCIPLĪNĀRIS, e, adj. Ad disciplinam pertinens. *Boet. Arist. Top.* 1, 1, p. 662. Non oportet in disciplinaribus principiis inquirere propter quod, sed secundum unumquodque principiorum ipsam per se esse fidem. (Placet *disciplinalibus*, ut *Camena, camenalis; verna, vernalis*, etc. Alterum autem et in usu fuisse, testantur adj. nostrum *disciplinaire*, et v. *Disciplinarie, Disciplinarius*, quæ ap. *Cang.*)

DISCIPLĪNĀLĬTER vel DISCIPLĪNĀRĬTER, adv. Juxta disciplinam. *Boet. De Trinit.* 2, p. 1122. In naturalibus rationabiliter, in mathematicis disciplinaliter, in divinis intellectualiter versari oportet. (Alii leg. *disciplinariter.*) Vid. v. præced.

DISCIPLĪNĀTĒ, adv. Ordinate, non temere. *Cassian. Collat. Patr.* 10, 13. Quum in hunc modum nihil disciplinate nec opportune recipitur vel dimittitur. (Loquitur de animo in nullis cogitationibus defixo.)

DISCĬPŬLĀTUS, a, um, part. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Discipulati, edocti.

DISCĬPŬLOR, aris, ari, d. Discipulus sum. *Dracont. Satisf. Nabuch.* 154. Cinctus apostolica discipulante manu. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 181. Discipulari, discere.

DISCĬTO, as, are, a. Frequent. a Disco. *Prisc.* p. 1224. Et *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 192. Dum causas discitat omnes.

DISCONTĬNUUS, a, um, adj. Non continuus. *Boet. Arithm.* 2, 43, p. 1354, *in lemmate.* Disjuncta discontinua. (Sed quum *disjuncta* in eo loco frequenter occurrat,

non vero *discontinua*, hoc pro glossa ultro ducam.) — Habemus tamen adj. *discontinu*, et nomen *discontinuatio* est ap. *Cang.*

DISCŎPHŎRUS, i, m. (δισκοφόρος). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 175. Discophorus, puer discum ferens. Item *Gloss. Vatic.* t. VI, 521, et t. VII, p. 559; *Gloss. vet. S. Genov.*

DISCORDĀTĒ, adv. Cum discordia. *Gloss. Phil.* Discordate (male Discordale), διχονοητικῶς.

DISCRĒDO, is, ere, a. et n. Non credo. *Commod.* 25, 17. Ergo si quis ea discredit esse futura. *Id.* 29, 15. Omnia discredis. *Id. Præf.* 3. — Unicum ex *Jul. Valerio* exemplum *Bailey* addiderat Lexico *Forcelliniano.*

DISCRĔPĀVI, præterit. a v. Discrepo. *Hier. Præf. In Psalm.* (t. I, p. 835). Sicubi editio mea a veteribus discreparit. *Ambr. In Psalm.* 36. Qui in nullo discrepavit a sapientiæ disciplinis. *Salv. Epist.* 2, p. 200, ed. *Baluz.* Si in quibusdam officiorum tuorum mos discrepavit. *Boet. Geom.* 2, p. 1544. Neque ulla in re ratio utriusque latitudinis discrepavit. *Cic. De Orat.* 3, 30. Si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio. (Sic *Forcell.*, cum plerisque. Ita etiam exhibet ed. Mediolan. an. 1498, quam vidi. *Orell.* autem *discrepuit*, cum *Nonio*, p. 480. Gravis sane utrinque auctoritas. Item *Increpo*, *increpui*, antique *increpavi.*) — Formam *discrepavi* indicare debuit V. Cl. *Freund* in Lexico.

DISCRĒTĒ, adv. Circumspecte. *Cassiod. Amic.* 9. Vir prudens discrete in affectum transeat.

DISCRĒTOR, oris, m. Qui discernit vel judicat. *Vulg. Paul. Ad Hebr.* 4, 12. Est enim sermo Dei discretor cogitationum et intentionum cordis.

DISCŬBĬTIO, onis, f. Discubitus; et inde Quies. *Chart. Donation.* (ann. 458) ap. *Pardess. Dipl.* t. I, p. 14. Et in discumbitione (*sic*) æterna. (Scil. morte.) — Prima et ignota vocabuli significatio.

DISCULCIO, as, are, a. Discalceo. *Diom.* p. 374. Positionem verborum compositio mutat, ut *calco;* facit enim *inculco*, *conculco*, non *incalco*, *concalco;* et *calcio*, *disculcio; scalpo*, *insculpo.* — Frequens tamen *Discalceatus.*

DISCURSĬTO, as, are, n. Discurro. *Fab. Æsop.* 15, 10, ed. *Lemaire.* Emissæ dum discursitant passim feræ.

DISGRĔGĀTIO, onis, f. Separatio. *Boet. De Divis.* p. 643. Oportet.... in proprias species semper fieri generis disgregationem. *Id.* p. 670.

DISGRĔGĀTĪVUS, a, um, adj. Qui disgregat. *Boet. Arist. Top.* 7, 2, p. 721. Nam illud quidem disgregativum, hoc autem congregativum visum est. *Id.* p. 76 et 682.

DISGRĔGĀTUS, a, um, part. Separatus. *Boet. Music.* 5, 5, p. 1473. Quum non unisonarum vocum aliæ sint continuæ, aliæ disgregatæ. *Id.* p. 144 et 1276, et passim.

DISGREX, egis, adj. Disgregus. *Gloss. Isid.* Disgrex, segregus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 182. Disgreges, divisi.

DISJUNCTĬBĬLIS, e, adj. Qui disjungi potest. *Simplic.* in *Grom. vet.* p. 84, ed. *Gœs.* Disjunctibilis est effectus quum, etc.

DISMENSTRUUS. Vid. DIMENSTRUUS.

DISPĂRĀBĬLIS, e, adj. Discrepans, oppositus. *Alcim. Avit. Ep.* 16. Optandum est ut per voluntatem disparabilem non, quam libet perire, tam liceat.

DISPĀREO, es, ui, ere, n. Evanesco, evado (gall. *disparaître*). *Bed. Eccl. Hist. gent. Angl.* 5, 13. Subito ductor meus disparuit, ac me solum reliquit. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 423. Pareo componitur Dispareo, Appareo.

DISPĂTESCO, is, ere, n. Percrebresco. *Onomastic. lat. gr.* Dispatescere, διαθρυλλεῖσθαι.

DISPECTUS, a, um, part. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 409. Nunc simul optemus dispectis piscibus. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 362. Ubi dispectas lapides posuimus.

DISPENSĀTĪVĒ, adv. Per dispensationem. *Hier. Ep.* 112, n. 14, citante *Furlan.* Qui sub lege est, non dispensative, ut nostri voluere majores, sed vere. (Quod ex *Vallarsii* editione.)

DISPENSĀTĪVUS, a, um, adj. Qui dispensat. *Isid. Or.* 2, 24. Dispensativa (disciplina) dicitur quum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur.

DISPERSOR, oris, m. Qui dispergit (congregatos). *S. Greg. Ep.* 9, 9. Collectum gregem non dispergere, sed potius poteras

congregare, ut pastoris meritum nomen in te excelleret, non culpa dispersoris incumberet.

DISPERTĪVUS, a, um, adj. Qui dispertit (gall. *distributif, partitif*). *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Aut dispertivi (numeri sunt), ut singuli, bini, terni. — Alia vox est, etsi cognata, *Dispertitivus* ap. *Prisc.* p. 1353.

DISPŎLIA. Vid. in v. EXSPOLIA.

DISPŎSĬTA, orum, n. pl. Edicta. *Cassiod. Var.* 3, 10. In augendis fabricis regalibus obtemperare dispositis. (Sic gallice : *dispositions d'une loi.*)

DISPOSTUS, a, um, syncop. poet. *Lucret.* 1, 47. Ne mea dona, tibi studio disposta fideli. *Id.* 2, 643. *Prud. Peristeph.* 12, 170. Circumque dispostas opes Mirere, quas noster Deus, etc. — Vox eodem jure admittenda quo *Repostus, Compostus.*

DISPUNCTOR, oris, m. Tabularius. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Dispunctores, qui dona militibus erogant. Et *Thom.* p. 174. (Unde *Dispungere* interpretantur verbo Donare *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.*, *Thom.* l. cit. et *Johan. de Jan.*) *Gloss. Paris.* Dispungit, donat ; ideo et dispunctores (male punctores) dicunt qui dona militibus erogant. *Gloss. Cyril.* Ἐκλογιστής, dispunctor. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3581. Coloniæ patronus, dispunctor. *Ibid.* n. 3578 et 3844. — Vocabuli unum exemplum *Forcell.* affert, et translate usurpati.

DISPŬTĀTĪVĒ, adv. Disputatorie. *Epiphan. Hist. Eccl.* 5, 42. Tunc disputative atque veraciter Silvanus ait.

DISPŬTĀTĪVUS, a, um, adj. Concertatorius. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 19. Ut disputativas fugeret intentiones.

DISPŬTĀTŌRIUS, a, um, adj. Controversus. *Ambr. Hexaem.* 1, 6. Non disputatoriis me libramentis committo atque mensuris. Cf. *Cang.*

DISSĒMĬNĀTOR, oris, m. *Gloss. Hildeb.* Disseminator, divulgator.

DISSĒPĂRO, as, are, a. *Non.* p. 282. Acu quæ capillos a media fronte disseparat.

DISSEPTO, as, are, a. Circumsepio. *Onomast. lat. gr.* Dissepto, περιφράττω.

DISSĬDIŌSUS, a, um, adj. Qui dissociat. *Ambr. Epist.* 4, 16. Ut et novus homo et vetus, sublato pariete maceriæ qui utrumque dissidioso objice dividebat, inter se convenirent.

DISSĬPĀTRIX, icis, f. Quæ dissipat. *Aug. Serm.* 30. Hæc est enim salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum. — Exstat, sed alio sensu, gallica vox *dissipatrice.*

DISSŎLŪTĪVĒ, adv. Cum dissolutione. *Boet. Arist. Top.* 7, 2, p. 721. Si corruptio (est) dissolutio substantiæ, et corrumpere dissolvere substantiam, et corruptive dissolutive.

DISSŎLŪTĪVUS, a, um, adj. Qui dissolvit (gall. *dissolutif*). *Boet. Arist. Top.* 4, 4, p. 689. Nam si corruptivum (est) dissolutivum. *Id.* p. 721.

DISSŎLŪTOR, oris, m. Qui dissolvit aut interpretatur. *Alcim. Avit. Fragm.* p. 196. Dissolutor ænigmatum, expositor figurarum. — Exempla tantum proprii sensus citantur ex *Cod. Theod.*

DISSŎNANTIA, æ, f. *Boet. Music.* 1, 28, p. 1392. Quum (duo nervi) simul pulsi.... non permiscent ad aurem suavem atque unum ex duobus compositum sonum, tunc est quæ dicitur dissonantia. *Id.* p. 1470. (Gall. *dissonnance.*) — Hunc sensum, qui proprius est, omittunt.

DISSŎNO, as, are, n. Non consonare (gall. *dissonner*). *Boet. Music.* 4, 18, p. 1470. Quid consonet vel quid dissonet utraque (chorda), cognosco. — Et hoc loco proprius sensus prætermittitur.

DISSŎNŌRUS, a, um, adj. Dissonus. *Ter. Maur. Litt.* 106. Compressio porro est in utraque dissonora.

DISSULTOR, oris, m. Qui dissultat. *Gloss. Cyril.* Μεταβάτης, dissultor. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Dissultores, singulares. (*Dissultor* idem est ac *Desultor.* Nam *Gloss. Philox.* Desultor, μεταβάτης.) De *Singularibus* autem equitibus vid. in v. SINGULATOR.

DISTANTER, adv. Cum distantia. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 512. Sto componitur Disto, as : unde hæc Distantia, et Distanter, adv. *Eucher. Formul. spirital.* p. 225. Sed longius atque distantius studiosos se Deo exhibent quam sæculo fuisse meminerunt. Cf. *Cang.*

DISTANTIOR, us, adj. compar. *Aug. De*

Peccat. Merit. 1, 31. Si enim divina substantia, longe distantior atque incomparabili diversitate sublimior, potuit, etc.

DISTANTĪVUS, a, um, adj. Qui ad distantiam pertinet. *Tert. De Anim.* 9. Illud trifariam distantivum, longitudinem dico, et latitudinem, et sublimitatem.

DISTĀVI. Vid. DISTITI.

DISTEMPĔRO, as, are, a. Tempero. *Plin. Valer.* 1, 5. Nuces distemperas cum aceto. Cf. *Cang.* — Inde gall. *détremper*.

DISTERMĬNĀTIO, onis, f. Separatio. *Simplic.* in *Gromat. vet.* p. 83, ed. *Gœs.* In omni genere disterminationis.

DISTEXO, is, ui, ere, a. Retexo. *Sid. Paneg.* 15, 161. Penelopen tardas texit distexere telas. (Scil. texit Penelopen distexentem telas.)

DISTILLĀTICIUS. Vid. DESTILLATICIUS.

DISTINCTIM, adv. Distincte. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 201. Signantes nomina sena Distinctim tribuum.

DISTĬTI, præter. a Disto. *Boet. In Porphyr.* 4, p. 89. Quomodocumque enim Socrates a Platone distiterit? *Id. Music.* 5, 6, p. 1473. Quid a ceteris musicis in consonantium positione distiterit (male ed. *disteterit*), dicendum videtur. (Quod præteritum ignorat etiam V. Cl. *Freund*, qui publicæ supellectili nihil addit.) || Etiam *Distavi*, sed barbare, dictum est. *Interp. Iren.* 1, 24. Jesum autem distasse a reliquis (dicunt).

DISTRACTOR, oris, m. Qui distrahit, qui in diversum rapit. *Poet.* in *Anthol.* t. I, p. 78. Improbe distractor (de Achille). — Quem primum vocabuli sensum ignorat *Forcell.*

DISTRĬBŪTIM, adv. Distribute. *Boet. In Porphyr.* 4, p. 87. Si autem ad species reducatur (animal), habere potest (differentias), sed distributim. *Id.* p. 794.

DISTRĬBŪTĪVUS, a, um, adj. Qui distribuit; qui distributionem innuit (gall. *distributif*). *Boet. Arist. Top.* 6, p. 713. Justitia potestas æqui distributiva est. *Prisc.* p. 1112. Excipiuntur infinita nomina, vel interrogativa, vel relativa, vel redditiva, vel distributiva. *Id.* p. 1097.

DISTRICTISSĬMĒ, adv. superl. *Cassiod. Var.* 9, 18. Ceterum in adulteris totum districtissime volumus custodiri quidquid divali potuit commonitione decerni. *S. Greg. Ep.* 2, 1, *Indict.* 11. Si res districtissime fuerit perscrutata. *Id. ib.* 2, 37.

DĬSULCUS, a, um, adj. Bisulcus. *Onomast. lat. gr.* Disulcus, δίχηλος. || Aliter, sed obscurius, de *sulco* aratri, in *Gloss. Philox.* Disulcis, χυροσδιαιτης (*sic*), διαῦλαξ. (In initio latere videtur : Disulcus, ἰσχυρός.

DĬTHĂLASSUS, a, um, adj. Bimaris. *Vulg. Act. Ap.* 27, 41. Et quum incidissemus in locum dithalassum.

DĪTLÆ, arum, f. pl. Divitiæ. *Plaut. Rud.* 2, 5, 58. Ibi me corruere posse aiebas ditias. *Id. Capt.* 2, 3, 52; *Ter. Heaut.* 1, 2, 20, et sæpius apud veteres poetas.—Dixere *Divitias* et *Ditias*, ut *Divitem* et *Ditem*.

DĪTĬFĬCO, as, are, a. Locupleto. *Cassiod. Var.* 8, 26. Quum vos munera nostra, Deo adjuvante, ditificent.

DĪTĬFĬCUS, a, um, adj. Qui ditificat. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicileg. Solesm.* t. I, p. 246. Ditificæ condonans munera pacis.

DĬTŎNUS, i, m. (δίτονος). Duo toni (gall. *diton*). *Boet. Music.* 1, 21, p. 1389. Quum cantatur in omnibus tetrachordis per diesin et ditonum.

DIURNĒ, adv. Diu, die, quotidie. *Dracont. Hexaem.* 1, 68. Redditque diurne Depositum natura suum sub nocte sepultum. *Ib.* 3, 602. Lacrimas quas fundo diurne.

DIŬTURNISSĬMĒ, adv. superl. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 175. Habitus esse qualitates difficile mobiles et diuturnissime permanentes.

DĪVENTĬLĀTUS, a, um, part. a v. Diventilo (scil. ventilo, spargo, dissemino). *Tert. Testim. Anim.* 5. Diventilatis in vulgus opinionibus.

DĪVERSICLĪNIUS, a, um, adj. Heteroclitus. *Prisc.* p. 1065; *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Diversiclinia, heteroclita. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 632. Naturales verborum analogias, et quæque diversiclinia. *Ib.* p. 181. Diversiclinium, heteroclitum.

DĪVERSĬFĬCĀTUS, a, um, part. Variatus, varius. *Boet. De Unit.* p. 1275. Partes vero aeris et aquæ invenimus magis diversificatas et separatas.— Ap. *Cang.* est *Diversifico* (gall. *diversifier*).

DĪVERSĬPELLIS, adj. m. Versipellis, fraudulentus. *Gloss. Isid.* Vepra, callidus testifi-

cator diversipellis. (Item *Gloss. Pith.*, nisi quod exhibet *Vepia.*)

DĪVERSĬVŎCUS, a, um, adj. Qui rem diversam designat. *Boet. In Arist. Prædicam.* 1, p. 115. Et quæ propriæ substantiæ natura discreta sunt : hæc autem vocantur diversivoca. (Quod citat *Sarisber. Metalog.* 3, 3, p. 847.) *Id. ib.* p. 118.

DĪVERSO, adv. Diverse, aliter. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 10. Diverso eum felicissimum puta qui sic amat omnes ut amari videatur ab omnibus.

DĪVESCO, is, ere, n. Dives fio. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 11. Divescat pauper, dives indigeat.

DĪVĬDENDUS, i, m. Numerus dividendus (*le dividende*). *Boet. Geom.* 1, p. 1519. Sumpto uno dividendorum. *Ibid.* non semel. *Bed. De Numer.* t. I, p. 161. Et primi quidem articuli sunt in summa dividendis proxima ac minora; augmentati vero in articulos alios, dividendorum obtinent sedes. *Ib.* p. 163. Si volueris nosse quot divisores sint in quolibet dividendo.

DĪVĬDIŌSĒ, adv. *Gloss. Placid.* p. 452. Dividiose, moleste.

DĪVĪNANTIA, æ, f. Divinatio. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 535. Necromantia, mortuorum divinantia.

DĪVĪSĪVUS, a, um, adj. Divisibilis. *Boet. In Porphyr.* 3, p. 96. Omnia individua disgregativa sunt et divisiva. *Id.* p. 860. Aut constitutiva erit differentia aut divisiva. *Id.* p. 76 et 84, et passim. *Thom.* p. 176. Divisivus, divisus, separatus, etc.

DĪVĪSOR, oris, m. Numerus qui dividit (*le diviseur*). *Boet. Geom.* 1, p. 1519. Singularem divisorem. *Ibid.* non semel. *Bed. De Numer.* t. I, p. 161. Considera quotam partem divisoris teneat singularis. Cf. sup. in v. DIVIDENDUS.

DŎCĬBĬLĬTAS, atis, f. Doctrina, scientia. *Isid. Sentent.* 3, 14. Collatio docibilitatem facit. (Ubi *collatio* significat *la discussion.*) *Gloss. Phil.* Docibilitas, διδασκαλία. Cf. *Cang.*

DOCTĬLŎQUAX, acis, adj. Doctiloquus. (Unum exemplum invenit *Bailey.* Adde *Ven. Fort.* 7, 26, 1. Quamvis doctiloquax te seria cura fatiget.)

DOCTĬTO, as, are, a. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Doctitat, frequenter docet.

DOCTRĪNUM, i, n. Schola. *Gloss. Cyril.* Διδασκαλεῖον, doctrinum.—Videndus *Cang.*, qui ostendit vocem *doctrinæ* apud nos significasse *école.*

DOCTRIX, icis, f. Quæ docet. *Vulg. Sap.* 8, 4. Doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 12, 159. Nomina in *tor* exeuntia, feminina ex se faciunt, quæ in *trix* terminantur, si tamen a verbo veniant : ut ab eo quod est Lego, et Lector et Lectrix facit; Doceo, Doctor et Doctrix. *Prisc.* p. 622. Doctrix, doctrina; Tonstrix, tonstrina. *Id.* p. 785 et 1272 et 1318. — Paucula habet *Forcell.*

DŌDĔCĂSYLLĂBUS, a, um, adj. Vid. DUODECASYLLABUS.

DOGMĂTISTES, æ, m. (δογματιστής). Alicujus dogmatis auctor (gall. *dogmatiste*). *Rufin. Invect.* 2 *in Hier.* In his non dogmatisten eum, sed interpretem laudans. — *Dogmatista* est ap. *Cang.*

DOGMENTUM, i, n. Dogma, opinio. *Arat.* 2, 528. Argumenta trahis dogmentaque maxima gigni.

DŎLABRO, as, are, a. *Onomast. lat. gr.* Dolabro, dolo, ἀποξέω. — Notum est particip. *Dolabratus.*

DŎLENTŬLUS, a, um, adj. Dimin. a v. Dolens. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3844. Dolentulus maritus.

DŎLIUM cordis, n. Cordolium. *Commodian.* 73, 1. Filiorum casus licet et dolium cordis relinquat.

DŎLŌSĬTAS, atis, f. Fraudulentia. *Vulg. Eccli.* 37, 3. Cooperire aridam malitia et dolositate ejus. Cf. *Cang.* — Et vid. SUBDOLOSITAS.

DŎMESTĬCĀTUS, us, m. Dignitas domestici seu principis domesticorum. *Cassiod. Var.* 10, 11. Ideo primiceriatus, qui et domesticatus nominatur, tibi conferimus dignitatem. *Ibid.* 12. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 8. A domesticatu exorsus militiam. Cf. *Cang.*

DŎMĬCŪRIUS, ii, m. Qui domum curat. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, t. I, p. 48, n. 260. Æmilius Florus, domicurius ejus.

DŎMĬNANTER, adv. Cum dominatione. *Dracont. Hexaem.* 1, 331. Ut dominanter eat moderantior omnibus unus.

DŎMĬNĬCĀTUS, us, m. Jus domini, im-

perium. *Cassiod. Var.* 8, 25. Siliquatici titulum, quem fide dominicatus jure dederamus.... ordinatio tibi nostra committit. — Multa exempla habet *Cang.* in v. DOMINICUM.

DŎMĬNO, as, are, n. Dominor. *Ven. Fort.* 3, 17, 16. Cui rabies mundi nil dominare potest. — *Dominari*, passive, apud *Forcell.*

DŎMĬNUS, a, um, adj. Ad dominum pertinens. *Stat. Theb.* 5, 578. Implorantem animam dominis adsibilat aris. *Ov. Her.* 3, 100. Sæpius in dominum serva vocata torum. *Id. Am.* 2, 5, 30. Injiciam dominas in mea jura manus. *Prop.* 3, 7, 23. Dominas in honore secures. *Juv.* 3, 33. Et præbere caput domina venale sub hasta. *Mart.* 1, 5, 2. Terrarum dominum pone supercilium. *Claud.* 6, 17. Jam dominas aures, jam regia tecta meremur. *Calpurn.* 8, 83. Et felix dominam perducat ad urbem. — Quod pauculis innuit *Forcell.*

DŎMĬTĀLIS, e, adj. Domabilis. *Onomast. lat. gr.* Domitalis, τιθασσευτός.

DOMNŬLUS, i, m. Dominulus. (Hanc syncopen usitatam fuisse, testantur femininum *Domnula*, et nomen proprium *Domnulus*, quod ap. *Sid. Epist.* 9, 15, 41. Afer vaferque Domnulus politius.)

DŌNĀTITIUS, a, um, adj. Qui dono datur. *Gloss. Philox.* Donatitius, δωρητός. — Nomen *Donaticium* est ap. *Cang.*

DORMISCO, is, ere, n. Domire incipio. *Prisc.* p. 824. Dormio, dormisco; sentio, sentisco.

DORMĪTĀTIO, onis, f. Somnus. *Vulg. Psalm.* 131, 4. Si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem. *Ib. Prov.* 23, 21. *Arn. In Psalm.* 131. Non dedit somnum oculis, non dormitationem palpebris suis.

✠ DORSĀLE, is, n. Genus pallii sacerdotalis. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 220. Unus calix argenteus, et duo turibula, et dorsale unum. Cf. *Cang.*

DRĂCŌNEUS et DRĂCONTĒUS, a, um, adj. (δρακόντειος). Serpentinus. *Mythog. prim.* p. 21. Ad saxum religatus est Pirithous nexibus draconeis. (An legendum *draconteis*?) *Id.* p. 46. Natus est puer draconteis pedibus. — Vetus fuit declinatio *dracon, dracontis.*

DRĂCŌNĬPES et DRĂCONTĬPES, edis, adj. Qui dracones pro pedibus habet. *Lact.* ad *Stat. Th.* 5, 569. Gigantes, serpentinis pedibus, quos draconipedes vocant. *Gloss. Paris.* Dracontipes (male Dracontopede) homo est qui caudam habet draconis. (Posset et esse *Dracontopodes*, δρακοντοπόδης, ut δρακοντόπους. Ceterum in talibus monstris *cauda* et *pedes* idem sunt.)

DRĂCONTIA, æ, f. (δρακοντία). Herbæ genus. *Isid. Or.* 17, 9, 35.

DRĂCONTĬPES. Vid. DRACONIPES.

DRĂCONTĪTES, æ, m. Genus lapidis. *Isid. Orig.* 16, 13. Dracontites ex cerebro draconis eruitur, etc. Etiam ap. *Plin.* 37, 10, 57, ubi alii *draconites* vel *dracontia* exhibent.

DRĂCONTŎPŎDĒS, æ, m. Vid. DRACONIPES.

DRAGMA, æ, f. Drachma. *Eucher. De Ponder.* p. 292. Dragma habet scripula tria. *Prisc.* p. 565. Ante *m* inveniuntur *c, d, g, t*, ut Pyracmon, Alcmene, dragma, Admetus, Tmolus. *Isid. Or.* 14, 24. Dragma octava pars unciæ est. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 230. Pro queis assumere dragmam Vatibus est licitum. *Gloss. Paris.* Dragma, genus denarii, certa pars ponderis. (Eodem modo dicitur *Didragma.*) — Nos etiam nunc, scribentes *drachme*, pronuntiamus *dragme.*

DRĪLŎPŎTA vel DRĪLŎPŎTES, æ, m. (δριλοπότης, ut conjicere licet). Qui in vitreo pene bibit. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 2, 95. Quos drilopotas vocant.

DRĪMȲPHĂGIA, æ, f. (δριμυφαγία). Alimentorum acidorum usus. Vid. in v. DROPACISMUS.

DRŎMŌNĀRII, orum, m. pl. Dromonum remiges. *Cassiod. Var.* 4, 15. Comperimus dromonarios viginti et unum mortis incommodo fuisse subtractos. *Ib.* 2, 31. Dromonariis Theodoricus rex. Et in *Chart.* anni 539, ap. *Cang.* Præpositus dromonariorum. — Vocem addidit *Bailey.*

DRŌPĂCISMUS, i, m. (δρωπακισμός). Dropacis usus. *Cæl. Aur. Tard.* 2, 6. Adhibenda drimyphagia, dropacismus, defricatio.

DRŌPĂCO, as, are, a. (δρωπακίζω). Cutem glabro. *Theod. Prisc.* 4, 1. Ita tamen ut

ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur.

DRŎSŎLĪTHUS, i, m. (δροσόλιθος). Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 12. Cf. *Cang.*

DRUĬDÆ, arum, f. pl. Feminæ sacerdotes apud Gallos. *Vop. Aurel.* 44. Dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.

DRŪSUS, adj. m. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 559. Drusus, patiens aut rigidus vel contumax. *Gloss. arab. lat.* Drusus, patiens aut rigidus aut contumax.

DRYŎCŎLAPTES, æ, m. (δρυοκολάπτης). Picus arborarius (*pivert*). *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642. Dryocolaptes (male Driogaliptes), avis quæ in capite suo in modum galli cristam habet, [et] quæ, ore suo arborem fodiens, ibidem sibi nidum facit. (Iisdem verbis describitur *Dryogalaptes* ap. *Cang.* ex Gloss. vet. S. Germ. n. 501.) — Græcum vocabulum in latinam consuetudinem transiisse indicat littera *c* in *g* mutata.

DRȲPHACTA, orum, n. (δρύφακτα). Cancelli. *Cypr. Epist.* 21. Pro se dona numeravit ne sacrificaret; sed tantum ascendisse videtur usque ad dryphacta, et inde descendisse. — Sic recte ap. *Cang.* Editi autem exhibent *trianfacta.*

DUĀLĬTAS, atis, f. Numerus binarius; duplex natura (gall. *dualité*). *Boet. Arithm.* 2, 27, p. 1342. Par vero (numerus) sola dualitate, id est solo binario numero, perfici monstratus est. *Id.* p. 1123, 1310, 1331, 1343, 1349, et sæpius. *Alcim. Avit. Fragm.* p. 187. Non dualitas videtur intelligenda, sed Trinitas. *Ib.* p. 201. Quam soliditatem si quis scindere dualitate præsumat, etc. *Cassiod. Var.* 11, 2. Nam sicut homo constat ex dualitate, etc. *Interp. Iren.* 1, 5. Post deinde ex hac dualitate secundam dualitatem emissam. *Thom.* p. 177. Dualitas, duplicitas, alterplicitas.

DUĀLĬTER, adv. Duali numero. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 575. Pro sexibus, dualiter, pro sexu masculino. *Gloss. Cyril.* Δυϊκῶς, dualiter. *Collect. Voc.* in *Thes. utriusq. Ling.* p. 809. Δύω, dualiter, duo. Δύω, verbaliter, ingredior.

DUĂPONDO, indecl. Dupondium. *Quint.* 1, 5, 15. At *duapondo* et *trepondo* usque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala confirmat.

DŬCENTĒNĀRIUS, a, um, adj. Ducenarius. *Bed. In Cantic. Cantic.* 6 (t. IV, p. 1149). Porro ducentenarius, id est duplicatus centenarius, ampliora doctorum perfectorum præmia designat.

DŬCENTĒNI, æ, a, adj. pl. Duceni. (Quod *Drakenb.* et *Forcell.* minus probant, et suspectum habent ap. *Liv.* 45, 16. Sed vocem esse latinam, confirmat et v. *Ducentenarius.*) *Sic. Flacc.* in *Grom. vet.* p. 153. Centenis hominibus ducentena jugera dederunt.

DULCĬSŎNŌRUS, a, um, adj. Dulcisonus. *Serv. Centim.* p. 1826. Rem tibi confeci, doctissime, dulcisonoram. (Sic optima *Santenii* editio, p. 24. Male *Putsch.* « *Concessi, doctissime, dulcis honorem,* » quum de versu rhopalico agatur.) *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 577. Ropalicus hexameter est qui ab unius syllabæ verbo ad quinque syllabarum incrementa procedit, ut est : Rem tibi quam feci doctissime dulcis noram (*sic*).

DULCŌRĀTUS, a, um, part. *Plin. Valer.* 1, 2. Cum aceto dulcorato. *Fulg. Contin. Virgil.* p. 756, ed. *Staver.* Melle sapientiæ dulcoratus scandali rancor. *Gloss. vet. S. Genov.* Dulcoratus, dulcedine repletus.

DUODĔCĂJŬGUM, i, n. Currus ad quem duodecim equi junguntur. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 4. O bonorum equorum duodecajugum mirabile!

DUODĔCĂSYLLĂBUS, a, um, adj. (δωδεκασύλλαβος). Qui duodecim syllabas habet. *Mar. Vict.* p. 2609. Subsistens duodecasyllabo asclepiadeo. *Id.* p. 2617. Duodecasyllabo versu. *Incert.* seu *Censor.* ap. *Putsch.* p. 2727. Contrarius est huic et duodecasyllabos spondiason (spondiazon). Et *Not. Tir.* ap. *Forcell.* — Hoc et talia inoleverunt, quum debeat esse *Dodecasyllabus.*

DUŎDĔCĬMĀNUS, a, um, adj. Duodecimus. *Frontin.* in *Gromat. vet.* p. 28. Sic etiam duodecimanus decumanus factus est. *Hygin. ibid.* p. 167. Duodecimanum postea decimanum appellaverunt.

DUŎDĔCUPLUS, a, um, adj. Qui rei alicujus quantitatem duodecies in se continet. *Bed. De Ration. Calc.* t. I, p. 156.

DUPLĀTUS, a, um, part. Duplicatus, du-

plex. *Cassiod. Var.* 7, 45. Et hujus rei duplatum vestigium non debeat inveniri.

DŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui indurari potest. *Apul. Apol.* p. 459. Præterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem. — Notæ vocis sensus ignotus.

DŪRĬPES, edis, adj. Qui durum pedem habet. *Gloss. Cyril.* Σκληρόπους, duripes.

DUSII, orum, n. pl. Apud Gallos dæmones illi quos Latini *Incubos* vocabant. *Isid.* 8, 11, *fin.* Quos dæmones Galli dusios nuncupant. *Gloss. Isid.* Dusius, dæmon. *Thom.* p. 172. Dusius, dæmon, zabulus, diabolus deorsum ruens. Cf. *Cang.*

DUUMVĬRA, æ, f. Uxor duumviri. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3914. Messia Castula, duumvira, amita ejus.

DҮNĂMIA, æ, f. (δύναμις). Vis. *Isid. Or.* 4, 10. Dynamia, potentia herbarum, et vis, et possibilitas. (Ed. Lindem. *dynamidia.*)

E

EĀDEM, adv. Eadem via. *Char.* p. 187. Addit (Scaurus) quod veteres *eadem* soliti sint dicere, non addentes *via*, ut sit κατ' ἔλλειψιν, ut Plautus inquit : Eadem bibes (leg. biberis), eadem tibi dedero suavium. (Locus est *Bacchid.* 1, 1, 15.) *Plaut. ib.* 3, 5, 26. Eadem exorabo. *Id. Capt.* 2, 2, 43. Eadem ego ex hoc, quæ volo, exquæsivero.

ĔBOR, oris, n. Ebur. *Phoc.* p. 1694. *Or* syllaba finita (nomina) masculini sunt generis.... exceptis neutris his : hoc *ador*, hoc *marmor*, hoc *æquor*, hoc *ebor*, hoc *robor*. *Gloss. Philox.* Ebor, ἐλέφας. — Quem nominativum testatur adj. *Eboreus*.

ĔBŬLĪNUS, a, um, adj. Ad ebulum pertinens. *Plin. Val.* 1, 64. Ebulinus sanguis. (Succurrit locus *Virgilii*, *Ecl.* 10, 27. Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.)

ĒBULLĪTIO, onis, f. Bullitus (gall. *ébullition*). *Mythogr. prim.* p. 81. Ebullitione olei scintillantis. *Gloss. Paris.* Scatebris, ebullitiones foraminum. (Legendum seu *scatebras* seu *ebullitionibus.*)

ECCLĒSIASTES, æ, m. Unus e libris Veteris Testamenti. *Hier. Comment. in Eccles.* t. II, p. 715. Itaque, juxta numerum vocabulorum, tria volumina edidit, Proverbia, Ecclesiasten et Cantica Canticorum. *Ambr. In Evang. Luc.*, *Præf.* Alius (liber Salomonis) Ecclesiastes. Adde *Vulg. Eccles.* 1, 1; *Isid. Or.* 2, 24.

ECCLĒSIŎLA, æ, f. Parva ecclesia. *Alcim. Avit. Ep.* 39. Quidquid habet ecclesiola mea. *Id. Ep.* 71 et 79. Cf. *Cang.*

ĒCONTRĀRIO, adv. Exadverso, contra. *Corn. Nep. Ham.* 1. Ipse ubi adfuit, nunquam hosti cessit; sæpeque econtrario, occasione data, lacessivit. *Plin. H. N.* 16, 81, 2. Cetera omnia inferiora pandantur; palma econtrario fornicatur (al. fornicatim). *Vulg. Gen.* 31, 8. Quando vero econtrario ait. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 7. Et quemadmodum econtrario alloquium Dei deficit in anima nostra. *Isid. Or.* 8, 5. Qui econtrario dicunt Deum creasse mala. *Onomast. lat. gr.* Econtrario, ἔμπαλιν. — Notum est adv. *Econtra*. « Sunt qui conjunctim scribant *econtrario*, ait *Forcell.*; sed divisim multo est rectius. » Hoc mihi non persuadet vir doctissimus, qui ipse scribit *Exadverso*.

ĒCONVERSO, adv. Vice versa. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 391. Rursus in parte altera idem econverso evenit. *Id.*

p. 473 et 483, et passim. — De scriptura, cf. v. præced.

ĔDĀCIOR, us, adj. compar. *Aug. De Morib. Manich.* c. 9. Quid convenientius quam illa suis quibusque animalibus elementa, tenebræ serpentibus, aquæ natantibus, venti volatilibus, ignis edacioribus, fumus elatioribus? — *Edacissimus* in Lexicis est.

ĒDĔCĬMĀTIO, onis, f. Decimatio. *Gloss. Cyril.* Ἀποδεκάτευσις, edecimatio.

EDI. Vid. EDI MEDI.

ĔDĬBĬLIS, e, adj. Edulis. *Cassiod. Var.* 12, 4. Dicas esse aut carneum liquorem aut edibilem potionem. *Gloss. Philox.* Edibile, βρώσιμον. Cf. *Cang.*

EDI MĒDI et absolute EDI, interj. Me dius fidius. *Titin.* ap. *Char.* p. 183. An quia pol edepol fabulare? Edi medi. *Id. ib.* Id necesse? Respondet *edi*, pro *edius fidius*.

ĒDŎMĬTO, as, are, a. Perdomito. *Ven. Fort.* 9, 1, 143. Edomites omnes, tuearis amore fideles.

ĒDŪRĀTUS, a, um, part. Induratus. *Alcim. Avit.*, *Prol. ad Carm.* In cothurnum petulantioris audaciæ edurata fronte precedo.

EFFEBRUO. Vid. EXFEBRUO.

EFFECTĪVĒ, adv. Cum actu. (Sic cum vett. edd. *Forcell.* exhibet *Quintiliani* locum, quem videas in v. seq.) — Inde gall. *effectivement*.

EFFECTĪVUS, a, um, adj. (gall. *effectif*). Qui efficit, efficax. *Quint. Inst. Orat.* 2, 18, 5. Sed effectivæ quoque (artis) aliquid simile scriptis orationibus vel historiis consequetur. (Liquet sic legendum cum *Spald.*, si totum locum perpenderis. *Effective* perperam habent vett. edd. et Lexic. *Forcell.*) *Boet. In Porphyr.* 2, p. 58. Est enim causa quæ effectiva dicitur, velut pater filii. *Id.* p. 689. Utrumque enim utriusque effectivum. *Id.* p. 678. *Aggen. In Frontin. de Controv.* p. 25. Nam transcendentiam non habet de hoc effectivus (status). *Prisc.* p. 1025. Effectiva conjunctio. *Id.* p. 1129. Effectiva verba. *Bed. De Tempor. Ration.* t. II, p. 115. Effectiva lunæ potentia. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 198. Effectivus, facilis ad efficiendum. Cf. *Cang.*

EFFECTUŌSUS, a, um, adj. Efficax. *Plin. Valer.*, *Præf.* Quo (melle) uti si contingit, effectuosissimum erit.

EFFĒMĬNĀTŌRIUM, ii, n. *Gloss. Isid.* et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 198. Effeminatorium, domus meretricum. Cf. *Cang.*

EFFERCĪTUS, a, um, part. Effertus. *Commod.* 61, 5. O venter effercite luxu. (In quo penultimam corripuisse videtur, ut ratio accentus, non metri, constaret.)

EFFĒTO, as, are, a. Infirmo. *Cassiod. Var.* 9, 15. Ut exsecrabilis contractus cunctis viribus effetetur.

EFFĬGŪRĀTIO, onis, f. Prosopopœa. *Jul. Ruf. De Schem. Dian.* 3.

EFFLO, as, are, n. Efflor, flatu reddor. (Quem verbi usum *Forcell.* vix pauculis innuit.) *Lucr.* 6, 681. Modis quibus.... Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus efflet. *Stat. Theb.* 10, 109. Supraque torum niger efflat anhelo Ore vapor. (Quod non mutandum in *afflat* vel *exstat.*) *Ven. Fort.* 4, 26, 128. Sed super hæc, domini suavior efflat odor. || Exspiro (animam). *Cic. Div.* 1, 47. Abjicit efflantem (serpentem), et laceratum affligit in unda. *Stat. Theb.* 9, 899. Quæ vultus efflantiaque ora teneres.

EFFLUXIO, onis, f. Actus effluendi. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 375. Naturalia instrumenta influxionis et effluxionis, scilicet os et inferiora. *Ibid.* Sudoris effluxionem. *Ib.* p. 378. Cf. *Cang.*

EFFLUXUS, a, um, adj. Fluxus, non stabilis. *Isid. Or.* 9, 8. Quassæ mentis et effluxæ et non stabilis.

EFFŬGĀTIO, onis, f. Effugium. *Gloss. Cyril.* Ἀποφυγή, effugatio, effugium. — Voce *Fugatio* usum esse *Martian. Capellam* ait *Bailey*, non indicato loco.

EFFŬGĀTUS, a, um, part. *Ennod. Carm.* 1, 4, 35. Ditior cultu stetit effugato (Venus). *S. Cæs. Homil.* 3, p. 23. Effugato de cordibus suis crudelissimo exercitu vitiorum.

EFFULGŬRO, as, are, n. Effulgeo. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 386. Tota civitas, quasi unus rogus, effulgurat. *Ib.* p. 398. Quis quærat noctis lampadam, ubi solis jubar effulgurat? || Translate. *Ennod. Dict.* 22. Et quamvis humanæ fragilitatis tunica vestiatur, effulgurat. *Id. Ep.* 1, 8. Illa in quibus ad unguem politi sermonis splendor efful-

gurat. (Hoc unum exemplum Lexico *Forcell.* addidit *Furlan.*)

ĔGESTŌSUS, a, um, adj. Egestuosus. *Onomast. lat. gr.* Egestosus, ἄπορος. *Thom.* p. 199. Egestosus (malè Egertosus), mendicus. Et *Aur. Vict. Epit.* 12, pro var. lect. Vid. v. seq.

ĔGESTUŌSUS, a, um, adj. Mendicus. *Salv. Gub. D.* 1, 2. Egestuosa ac mendicante republica. *Id. Contr. Avar.* 4, *post med.* Quanto melius pauper fueras et egestuosa quam dives! *Gloss. Paris.* Egestuosus, miseriis pressus. *Gloss. vet. S. Genov.* Egestuosus, injuriis pressus. *Gloss. Isid.* Egestuosus, mendicus. Adde *Gloss. Vat.* t. VI, p. 522, et VII, p. 559, et *Thom.* p. 193. Etiam *Gloss. Cyril.* Ἐνδεής, egestuosus, egens, etc. (Quum tot præsto sint testimonia, asserenda vox *Aurelio Vict. Epit.* 12, mihi videtur, in loco quem affert *Forcell.*)

ĔGLŎGA, æ, f. Ecloga (gall. *églogue*). *Gloss. vet. S. Genov.* Egloga, excerptio. *Onomast. lat. gr.* Egloga (male Ægloga), εἰδύλλιον. Et *Thom.* p. 193.

ĔJECTŪRA, æ, f. Quod ejicitur. *Boet. Geom.* 2, p. 1523. Tot pedibus hujus trigoni continetur præcisura vel ejectura minor.

ĔJŬLOR, aris, ari, d. Ejulo. *Prisc.* p. 797. Exsecro pro Exsecror, Epulo pro Epulor, Ejulo pro Ejulor et Lucto pro Luctor. — Sed de lectione dubitare licet, quum in hac enumeratione prius verbum antiquum sit et desuetum, *Ejulo* autem solum in usu sit.

ĔJŪNO, as, are, n. Jejuno. *Gloss. Philox.* Ejunat, νηστεύει.

ĒLAMBO, is, ere, a. Lambo. *Mar. Vict.* p. 2606. Mox ut elambente matris lingua detersa sint (animalia), etc. || Translate. *Jornand. De Reb. Get.* 42. Cujus (urbis) muros Natiso amnis elambit.

ELBĬDUS. Vid. HELVIDUS.

ĒLECTĪVĒ, adv. Eligendo. *Prisc.* p. 1149. Elective quoque sæpissime hoc modo utimur, ut : Imperem potius quam moneam. *Asper*, p. 1732. Aut elective (fiunt adverbia).

ĒLECTRIX, icis, f. Quæ eligit. *Vulg. Sap.* 8, 4. Doctrix enim.... et electrix operum ejus. — Quæ vox a *Furlan.* rejicitur, expuncto *Plauti* loco.

ĒLECTUS, i, m. Qui electus est (gall. *élu*). *Ambr. In Luc.* 5, 7. Et testimonium perhibui, quia hic est Electus Dei. *Alcim. Avit. Carm.* 3, 283. O pater, electos, inquit, qui sede beata Colligis. *Ambr. In Luc.* 5, 7. Crux enim etiam electis scandalum posset afferre. *Vulg. Paul. Rom.* 8, 33. Quis accusabit adversus electos Dei? *Ibid.* passim. Cf. *Cang.*

ĔLEĒMŎSȲNĀRIUS, a, um, adj. Ad eleemosynam pertinens. *Alcim. Avit. Ep.* 1, *sub init.* Eleemosynaria largitio. (Quod, a *Furlanetto* citatum, non in *Epist. prima* comparet. Vox tamen latina, ut ostendit *eleemosynaria charta*, quod ap. *Cang.*)

ĔLĔGUS, a, um, adj. Elegiacus. *Diom.* p. 502. Elegum metrum. *Ib.* Pentametrum elegum.

ĔLĔPHANTIĀS, æ, m. (ἐλεφαντίας, ου, ut videtur). Serpentis genus. *Isid. Or.* 12, 4. Sunt et alia genera serpentium, ut Ammodytæ, Elephantiæ, Chamædracontes.

ĒLĔVĀTOR, oris, m. Qui elevat vel extollit. *Vulg.* 2. *Reg.* 22, 3. Deus elevator meus et refugium meum. (Gall. *éleveur*, sed alio sensu.)

ĒLĪBĔRĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ἀπολύτρωσις, eliberatio, expiatio. Cf. *Cang.* in v. ELIBERARE.

ĒLĪBĔRO, as, are, a. Libero. *Gloss. Cyril.* Ῥύομαι, eruo, libero, elibero, eripio. *Ibid.* Ῥῦσαι, erue, elibera, eripe. *Interp. Iren.* 1, 24. Ejus animam eliberari ad illum Deum, etc. Cf. *Cang.* — Vocabulo nulla hactenus auctoritas, nisi *Not. Tir.*

ĒLĬCĀTOR, oris, m. Qui fontes elicit *Gloss. Philox.* Elicatores, ὑδροσκόποι. (« Pro *elicatores*, ait *Cangius*, puto legendum *eliquatores*, ab *eliquare*. » Quod sane favet declinationi *elicator*; sensus autem magis probat *elicere*, unde jam aliud nomen *Elices*. De sincera lectione dubitari licet : mihi quidem placeret *Elicitor*.)

ĒLĬGĬBĬLIS, e, adj. Dignus eligi (gall. *éligible*). *Boet. Arist. Topic.* 4, p. 692. Et si quid propter se honorabilium vel eligibilium in potestate.... posuit. *Ib.* p. 680. Utrum eligibilius aut melius duorum. *Id.* p. 743 et 753. Cf. *Cang.*

ĒLĪMĀTĒ, adv. Limate. *Ambr. Hexaem.* 6, 8. Sed tractemus elimatius quid sit ad

imaginem Dei. *Thom.* p. 195. Elimate, purgate et enucleate.

ĒLĪMĀTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. Contr. Julian.* 5, 17. Disputatione subtilissima et elimatissima opus est.

ĒLINGUĀTIO, onis, f. Linguæ abscisio. *Gloss. Phil.* Elinguatio, γλωσσοτομία.

ĒLONGĀTIO, onis, f. Recessus (gall. *éloignement*). *Boet. De Unit.* p. 1276. Et sic usque ad ultimam fit defectus luminis, non propter lumen in se, sed propter elongationem fenestræ a lumine. *Ibid.* p. 1275. Unaquæque res materiæ, secundum gradum elongationis suæ. Cf. *Cang.*

ĒLŪCENS, tis, part. Perspicuus. *Varr. Sentent. nov.* Elucentissimum est edocendi genus, exemplorum subditio. (*Vincent. Belvac.* exhibet *elucidissimum.*)

ĒLŪCĬDO, as, are, a. Illustro, glorifico. *Vulg. Eccli.* 24, 31. Qui elucidant me (scil. Sapientiam), vitam æternam habebunt. — Gall. *élucider.*

ĒLŪCĬDUS. Vid. ELUCENS.

ĒLŪCĬFĬCO, as, are, a. Obscuro. *Onomast. lat. gr.* Ζοφόω, elucifico. — Verbum semel pro var. lect. exhibetur in loco *Laberii*, et opposito sensu.

ĒLŪCŪBRĀTIOR, us, adj. compar. *Boet. In Porph. Dial.* 1, p. 5. Quo elucubratior animus auditoris exercitatiorque ad hæc capessenda perveniat. *Id.* iterum, p. 1394.

ĒLUSCĀTIO, onis, f. Actus eluscandi. *Gloss. Cyril.* Ἀποτύφλωσις, abcæcatio (l. obcæcatio), eluscatio.

ĒLŪSIO, onis, f. Deceptio, frustratio. *Gloss. Philox.* Ἐμπαιγμός, elusio. Cf. *Cang.*

ELVĬDUS. Vid. HELVIDUS.

ĒMĀNĀTIO, onis, f. Quod emanat (gall. *émanation*). *Vulg. Sap.* 7, 25. Sapientia emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei.

ĒMĀNĀTUS, a, um, part. *Interp. Iren.* 1, 12. Ab iis virtutes emanatæ.

ĒMARCĬTAS, atis, f. (marceo). *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642, et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 559. Emarcitas, marcitudo. — Manifestus error in *Gloss. Vat.* t. VI, p. 522. « Emacitas, emendi aviditas. Emacitas, macritudo. » Quod *Hildeb.*, qui hoc loco multum æstuat, ex altero *Gloss. Vat.* corrigere potuit.

EMBĂDĀLIS, e, adj. Ad embadum pertinens. *Boet. Geom.* 2, p. 1525. Cui si quater embadalis quantitas subtrahatur. *Ibid.* Embadalis conclusio. *Id.* p. 1526. Embadale spatium. *Id.* p. 1528 et 1529 et 1530.

EMBĂDUM, i, n. (ἔμβαδον). Area. *Boet. Geom.* 2, p. 1521. Hujus embadum, id est area, tali modo est investiganda. *Id. ibid.* p. 1523. *Nips.* in *Gromat. vet.* p. 298. Hinc tollo quatuor embada, et remanent pedes XXV. (*Id. ibid.* ter repetit.)

EMBĂSIS, is, f. (ἔμβασις). Lavatio, balneum. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 8. Embasim olei, vel aquæ et olei adhibemus. *Gloss. Cyril.* Ἔμβασις, hoc solium.

EMBĂTĒRION metrum, n. (ἐμβατήριον). Quod pertinet ad gradum. *Mar. Victor.* p. 2522. Idem (metrum) et embaterion dicitur : quod est proprium carmen Lacedæmoniorum.

EMBLĒMA, æ, f. *Pomp. gr.* p. 229. Græci dicunt *hoc emblema*; Latini dicebant *hæc emblema.*

EMBŎLISMĀLIS, e, adj. Embolimæus. *Isid. Or.* 6, 17. Embolismalis annus est. *Bed. De Embolism.* t. I, p. 274. Luna quæ est embolismalis. Et *Paschasini Epist.* in *Collect. Concil.* t. VII, p. 138. Cf. *Cang.*

EMBŎLISMĀRIS, e, adj. Embolismalis. *Bed. De Embolism.* t. I, p. 284. Lunationes embolismares. (Duplex forma, ut *Latialis* et *Latiaris.*)

EMBŎLISMUS, i, m. Intercalatio. *Isid. Or.* 6, 17. Embolismus græcum nomen est, quod interpretatur latine superaugmentum, eo quod expleat numerum annorum communium. *Ibid.* sæpius. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 199. Adde *Bed. De Embolismorum Ratione*, t. I, p. 555 sqq. Cf. *Cang.*

ĒMEMBRIS, e, adj. *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642. Emembris, membro convulso. Et *Gloss. lat. gall.* ap. *Cang.*

ĒMENSIO, onis, f. Cursus, curriculum. *Isid. Or.* 6, 17. Ut lunaris emensio rationi solis æquetur.

ĒMĪROR, aris, ari, d. Miror. *Gloss. Plac.* p. 452. Dismirando, emirando. — Vocem, ab *Horatio* usurpatam, *Carm.* 1, 5, 8, frustra latinitatis jure excludere nititur *Bentleius.*

ĒMISSĬBĬLIS, e, adj. Qui emitti potest.

Interp. Iren. 2, 16. Emissibilis cogitatio (scil. verbum).

ĒMĪTĬGO, as, are, a. Mitigo. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 227. Iramque emitiga totam. — Notum est *Emitescere.*

ĒMŎLŬMENTICIUS, a, um, adj. Utilis, salubris. *Cassiod. Var.* 9, 6. A vinculo te emolumenticii terroris absolvimus.

ĒMŌTIO, onis, f. Motio, commotio. *Gloss. Philox.* Emotio, ἀποκίνησις.— Translate dicimus *émotion.*

EMPHȲTEOSIS, is, f. Emphyteusis (gall. *emphytéose*). *S. Greg. Epist.* 1, 70. Terras aliquas multi in emphyteosim sibi postulant dari. *Ibid.* 2, 3. Reliquas sex uncias aut in emphyteosim damus, aut in reditus commutamus. (« Passim occurrit, » ait *Cangius* : nullum tamen exemplum profert.)

EMPĪRĬCA, æ, f. Empirice. *Isid. Or.* 4, 4. — Dictio ap. *Forcell.* auctoritate caret.

EMPROSTHŎTŎNĬCUS, adj. m. (ἐμπροσθοτονικός). Spasmo tentatus quo pronum corpus æger habet. *Cœl. Aurel. Acut.* 3, 14. Democritus quum de emprosthotonicis diceret, etc.

EMPTĬCUS, a, um, adj. Empticius. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 8. Martinum mea prora vehat, sancta emptica nautæ. *Ibid.* 376. Emptica navis. Cf. *Cang.*

EMPTŌRIUM, ii, n. *Gloss. Paris.* Emptorium, locus ubi negotiationes exercentur. *Thom.* p. 522; *Johan. de Jan.* (Sed corrupta vox ab iis qui græcum *Emporium* ad latinam originem inscienter redigebant.)

EMPYĒSIS, is, f. (ἐμπύησις). Abscessus thoracis. *Isid. Or.* 4, 7, 20.

ĒMULCEO, es, ere, a. Mulceo, demulceo. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 7. Non solum corporis vocem, sed etiam mentis suæ vanitates emulcet. *Thom.* p. 200. Emulcere, lenire, mitigare, etc.

ĒMUNCTŌRIUM, ii, n. (gall. *mouchettes*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 195. Emunctorium, ferrum unde candelam emungimus. *Vulg. Exod.* 25, 38; *Num.* 4, 9.

ĒMŪNĬTAS, atis, f. Tributaria necessitas. *Diplom. Chlodov.* ann. 497, ap. *Pardess. Diplom.* p. 31. Sub nostra emunitate et mundiburbio maneat. Cf. *Cang.* (Opponitur *immunitas.*)

ĔNALLĂGE, es, f. (ἐναλλαγή). Quoddam schematis genus. *Sacerd.* p. 27. — Vocem habet *Forcell.*, nulla auctoritate firmatam.

ĔNALLAXIS, is, f. (ἐνάλλαξις). Enallage. *Sacerd.* p. 27.

ĔNARGĪA, æ, f. (ἐνάργεια). Evidentia. — Quod græcis litteris scribunt *Cic.* et *Quint.*, et ita scribendum ait *Bailey* in Lexic. *Forcell.* Ideo vocem omisit *Freund.* Latinis tamen litteris scribitur ab *Isid. Or.* 2, 20 et 21. Et idem video ap. *Jul. Ruf.* in *Antiq. Rhet.* p. 52. « Enargia (ἐνάργεια) est figura qua formam rerum et imaginem ita oratione substituimus ut lectoris oculis præsentiæque subjiciamus. »

ĒNĀRIS, e, adj. Qui est sine naribus. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 9, 716. Quas Græcorum lingua ἄῤῥινας, id est enares dicunt. — Sic dicitur *ecaudis.*

ENCĂTHISMA, atis, n. (ἐγκάθισμα). Balneum, embasis. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 18. Encathismatibus utimur nunc oleo confectis, etc.

ENCHŌRIOS, on, adj. (ἐγχώριος). Indigena. *Ambr. Hexaem.* 5, 14. Alia quoque avium genera enchoria, quæ manent in locis semper. (Opponuntur paulo inf. *adventitia.*)

ENCŎPĒ, es, f. (ἐγκοπή). Aphæresis. *Sacerd.* p. 29. Aphæresis fit, vel Encope, quum a prima parte verbi syllaba tollitur, ut *linquere.* (*Ibid.* Apocope in fine dictionis syllabam tollit.)

ENCYCLĬCUS, a, um, adj. (ἐγκυκλικός fuisse videtur, ut κυκλικός). Circularis (gall. *encyclique*). *Liberat. Breviar.* p. 105. Scripsit universo orbi sanctionem suam, quam appellavit encyclicam, contra Chalcedonense concilium. (Vocem apud *Cangium* frustra quæras.)

ENDŎFESTO, as, are, a. vel n. Infestus sum. *Gloss. Philoxen.* Endofestabat, ὠργίζετο.

ENDŎPĔRO, as, are, a. Impero. Vid. INDUPERO (ap. *Forcell.*).

ENDŎRĬGUUS, a, um, adj. Irriguus. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 560. Endoriguum, irriguum. *Gloss. Philox.* Endoriguum, ἔνρειθρον, κατάρειθρον.

ĔNERGĪA, æ, f. (ἐνέργεια). Vis, robur. *Gloss. vet. S. Genov.* Energia (male Inergia), effectus. *Hier. Ep.* 50, *Ad Paulin.* Habet

enim nescio quid latentis energiæ viva vox. *Gloss. lat. gall.* ap. *Cang.* Energia, *efficace, effort, agilité, angoisse de courage, labeur, occupation.* || Energema. *Thom.* p. 195. Energia, animi anxietas. Fulgentius : Dæmones per energiam non credimus illabi animæ. — Quæ vox sæpe confunditur cum *Enargia*, claritas.

ĔNERGŪMĔNUS, a, um, adj. (ἐνεργούμενος). A diabolo possessus. *Sulp. Sever. Dial.* 2, 8. Partem straminis energumeno de cervice suspendit. *Ib.* 3, 6. *Gloss. vet. S. Genov.* Energumeni (male Inergumeni), dæmonici. Cf. *Cang.*

ĔNHȲPOSTĂTOS, on, adj. (ἐνυπόστατος). Substantialis. *Hier. Epist.* 14, *Ad Damas.* Clamamus : Si quis tres hypostases, ut tria enhypostata, hoc est tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit.

ĒNIXO, as, are, n. Enitor. *Prob.* p. 1487. Elixo, as; Enixo, as. *Ven. Fort.* 2, 4, 4. Conditur enixans Adam factoris ad instar.

ENNEĂCHORDUM, i, n. (ἐννεάχορδος). Novem chordarum vel sonorum series. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1385. Ut faceret totum enneachordum. *Ibid.* ter legitur. *Gloss. Placid.* p. 488. Alii enneachordon (fecerunt) qui his septem adjunxerunt cœlum et terram.

ENNEĂDĔCAĔTĒRIS, idis, adj. (ἐννεακαιδεκαετηρίς). Undeviginti anni. *Ambr. Ep.* 10, 84. Hunc circulum enneadecaeterida nuncupaverunt. (Male *enneadecaterida.*)

ENNEĂGŌNUS, i, m. (ἐννεάγωνος). Figura habens novem angulos. *Boet. Geom.* 2, p. 1532. Enneagonus singula per latera sex circumscribatur. *Id. ibid.* Hujus enneagoni.

ĒNŌDĀBĬLIS, e, adj. Qui enodari potest. *Gloss. Paris.* Enodabile, quod solvi potest (male *non* potest), dissolubile vel facile.

ENS, tis, part. a. v. Sum. Cf. *Forcell.* || Substantive. Quod exsistit (*un être*). *Boet. In Porphyr.* 3, p. 74. Ab eo enim quod dicimus *est*, participium inflectentes, Græco sermone ὄν, Latini ens appellaverunt. *Id.* p. 26. Hæc igitur entia possunt appellari. *Id.* p. 717. Sed plures aliarum disciplinarum ad ens esse dicuntur. *Id.* p. 667, 693, 716, 748, 1276, et passim.

ENTIA, æ, f. Exsistentia. *Quint. Inst. Or.* 2, 14, 2. Et hæc interpretatio non minus dura est quam illa Flavii *essentia* atque *entia.* — Quod nolim esse adjectivum (ut idem Flavius dixit *ens* ap. *Quint.* 8, 3, 33). Utroque sane verbo uti potuit. In vet. cod. *Guelpherb.* posterioris verbi glossema est *entitas.*

ĒNUCLEĀTIM, adv. Enucleate. *Gloss. Paris.* Enucleatim, clare, manifeste. *Thom. Prol.* p. 42. Juvat easdem (partes) enucleatim exponere.

ĒNUCLEĀTIUS, adv. compar. *Aug. De Dono Persev.* 53. Quid autem coegit loca Scripturarum.... copiosius et enucleatius nostro labore defendi? *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 306. De divisione autem.... paulo post enucleatius dicam. — Quo omisso, exhibent superlativum *enucleatissime.*

ĒNŪDĀTUS, a, um, part. *Cassiod. Var.* 4, 50. Agrorum fructibus enudati sublevention onere tributariæ functionis. *Mythogr. pr.* p. 45. Marsyas victus pœnas pendit, ac suspensus et enudatus, etc.

ĒNUO, is, ere, n. Abnuo. *Gloss. Philox.* Enuunt, ἀπονεύουσιν, ἄπεισιν (forte ἀπειθοῦσιν).... Enuunt, ἄπεισιν. (Sic iteratum, interposito uno verbo.)

ĔPETECTICĀLIS terminus, m. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 541; *Vital. et Arcad. ibid.* p. 344 et 345. — Sic etiam edidit *Goes.* p. 250. Vocabuli autem sensum non assequor. *Furlan.* in altera *Appendice* exhibet *Epidicticalis*, scil. epidicticus, indicans.

ĔPHĒBIA, æ, f. Ephebeum. *Vulg.* 2. *Macch.* 4, 9. Si concederetur gymnasium et ephebiam sibi constituere. || Turpi sensu. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 199. Ephebiam, locum (male locus) ubi juvenes prostituebantur. — Qua significatione etiam *Ephebeum* dicitur, etsi eam *Forcell.* omisit. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium.

ĔPHĒBION, n. (ἐφηβεῖον). Vid. v. præced.

ĔPĬCHĒRĒMĂTĬCUS, a, um, adj. (ἐπιχειρηματικός). Qui pertinet ad epicherema. *Cassiod. Rhetor., sub fin.* Epicherematicus syllogismus.

ĔPĬDICTĬCĀLIS, e. Vid. EPETECTICALIS.

ĔPĬDIORTHŌSIS, is, f. (ἐπιδιόρθωσις). Correctio. *Sacerd.* in *Analect. gr.* p. 44.

ĔPĬLEPSIS, is, f. (ἐπίληψις). Epilepsia

accessus. *Theod. Prisc.* 4, *sub init.* Nam et epilepsin sic curare præcipit.

ĔPĬLEPTĬCUS, i, m. Epilepsia laborans. *Cæl. Aurel. Tard.* 4, 4. Qui quum nondum sunt epileptici. *Ibid.* non semel. Cf. *Cang.* — Vocem *Forcell.* omiserat; addita fuit cum levi auctoritate.

ĔPĬLŎGĬCUS, adj. (ἐπιλογικός). Qui ad reddendam rationem pertinet. *Cur. Fortun.* p. 74. Epilogica quæstio.

ĔPĬLŎGŌNIUS, a, um, adj. *Vital. et Arcad.* in *Grom. vet.* p. 345. Terminus epilogonius. (Non sensum assequor, et de de verbo dubito. Id tamen et exhibet ed. *Gœs.* p. 252, nulla subjecta nota).

ĔPĬMEDIUM, ii, n. *Inscr. Orel.* t. I, p. 70. Gradus et epimedia. — « Hanc vocem, ait editor, Gorio non intellectam, hybridam esse reor, ut *epirhedia*, *epitogium*, ab ἐπί et *modium*. Similiter vidi postea explicantem *Saxium*, *Miss.* 4, p. 204. » Nondum tamen satis liquet.

ĔPĬMĒNIA, orum, n. pl. (ἐπιμήνια). *Gloss. Isid.* Epimenia, xenia quæ dantur per singulos menses. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 522. Epimenia (male Ephiminia), xenia quæ dantur singulis mensibus. Cf. *Cang.* — Vocabulum est ap. *Juv.* 7, 120. Quod ibi frustra docti variis conjecturis vexant.

ĔPIONĬCUM metrum, n. Versus Ionicus a majore. *Prisc.* p. 1329. Epionicum comicum.

ĔPĬPĔDŎNĬCUS, a, um, adj. Qui est in superficie. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 213. Sunt et medii termini, qui dicuntur epipedonici. *Ibid.* p. 247. Ager epipedonicus. (Quod *Siculo Flacco* tribuit *Gœs.* p. 26, et *Frontino*, p. 112 et 133.)

ĔPĬPĔDUS, a, um, adj. Superficialis. *Boet. Geom.* 2, p. 1534. Hæc de epipedarum podismationibus figurarum dicta sufficiant.

ĔPISCŎPIUM, ii, n. Episcopi munus. *S. Greg. Ep.* 9, 28. Quia, mecum in episcopio manens, quotidiana obsequia de hac ecclesia habebis. *Thom.* p. 201. Episcopium, episcopatus. Cf. *Cang.*

ĔPĬSĒMUM, i, n. (ἐπίσημον). Signum. *Interp. Iren.* 1, 13. Abstrahens autem episemum. *Ibid.* Sine episemo. Cf. *Cang.* v. EPISEMUS.

ĔPISTĒMŎNĬCUS, a, um, adj. (ἐπιστημονικός). Qui scientiam efficit. *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 2, p. 523. Demonstrationem dico syllogismum epistemonicum, id est facientem scire.

ĔPISTŎLĀRĬTER, adv. Per epistolam. *S. Greg. Epist.* 5, 36. Quem nobis epistolariter commendastis.

ĔPISTŎLĀRIUS, a, um, adj. Epistolaris. *Ennod. Ep.* 1, 22. Ad morem scriptionis epistolariæ me reduco. *S. Greg. Ep.* 1, 19. Reverentiam vestram epistolario sermone deposcimus.

ĔPĬSȲNĂLŒPHE, es, et ĔPĬSȲNĂLŒPHA, æ, f. *Isid. Or.* 1, 16. In qua resolutione semper episynalœpha sequitur. *Ib.* 1, 34. Episynalœphe. *Prisc.* p. 1322. Crebris synalœphis et episynalœphis. — Latinam scripturam non agnoscit *Forcell.*

ĔPĬTŎMĀRIUS, ii, m. *Gloss. Paris.* Epitomarius, abbreviator. Et *Thom.* p. 196; *Gloss. Pap.*

ĔPIZEUXIS, is, f. Quoddam schematis genus. *Isid. Or.* 1, 35, 10.

ĔPŌDĬCUS, a, um, adj. (ἐπῳδικός). Ad epodum pertinens. Vid. in v. PROODICUS.

ĒPŌTATUS, a, um, part. *Gloss. Paris.* Epotata, hausta. (*Ibid.* iterum in v. HAUSTA.) *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Epotata, ebibita.

ĔPŬLĀTOR, oris, m. Qui epulatur. *Ambr. De Bono Mort.* c. 5. Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex vino et melle prophetico, etc.

ĔPŬLĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui pertinet ad epulas. *Onomast. lat. gr.* Epulatorius, εὐωχητικός. *Ambros. Epist.* 1, 3. Et bona opera epulatoria dicimus quæ sunt esui. *Ibid.* Denique, quæ sunt epulatoria opera, audi.... Epulatoria enim et refectoria quies in Deo, quæ facit animi tranquillitatem.

ĔPŬLĀTUS, a, um, part. Manducatus. *Ven. Fort.* 10, *Exposit. Orat. Dominic.* Et ideo tanto magis iste cibus quærendus est quanto plus reficit epulatus. — Qui sensus omissus est.

ĔPŬLO, as, are, a. Epulor. *Ven. Fort.* 10, 14, 23. Quos sibi Martinus collegit amore benignus, Et facit ecce escas hic epulare suas. *Prisc.* p. 797.

ĔPŬLŌSUS, a, um, adj. Epulis abun-

dans. *Cassiod. Var.* 8, 31. Ante epulosum convivium.

ĔQUĬCERVUS, i, m. Alces (*élan*). *Onomast. lat. gr.* Equicervus, ἱππέλαφος.

ĔQUĪLIO, onis, m. (equile). *Gloss. Cyril.* Ἱπποκόμος, agaso, equilio. (Sed *Gloss. Philox.* Equisio, ἱπποκόμος. Quæ forsan nihil aliud sunt quam *equiso.*)

ĔQUĬPASTOR, oris, m. Equorum educator (gall. *éleveur*). *Gloss. Cyr.* Ἱππονομεύς, equarius, equipastor. *Ibid.* Ἱπποφορβός, equarius, equipastor.

ĔQUĬSESSOR, oris, m. Eques. *Onomast. lat. gr.* Equisessor, ἔφιππος.

ERĀMEN, pro Æramen. *Commod.* 50, 19. Eramen sonans facti, velut aspides surdi. — Haud dubie per *e* scribendum est quum primæ litteræ sint in parastichide.

ĔRĒMĪTĬCUS, a, um, adj. (ἐρημιτικός). Ad eremitam pertinens. *Cassian. Collat. Patr.* 19, 6. Eremiticæ professionis. *Thom.* p. 269. Eremus.... Unde hic Eremita, et Eremiticus.

ĒREPTICIUS, a, um, adj. Qui eripi potest. *Ulp. Regular.* 19, 17. Lege nobis acquiritur, velut caducum vel erepticium ex lege Pappia Poppæa.

ĒREPTŌRIUS, a, um, adj. *Gloss. Pith.* Ereptoria, adimenda. *Gloss. Isid.* Ereptoria, adimenda, recidenda (male reddenda). *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Ereptoria, adimenda aut recidenda. (Utrubique perperam: admandabatur reddenda... admanda icat reddenda.) — Conjectura duntaxat nitebatur vocabulum : quæ nunc fit probabilior.

ERGĂSIŎTĀNUS, i, m. Ergastulus. *Cod. Theod.* 14, 27, 1. Archigerontes et diœcetæ ergasiotanorum. (De scriptura dubito, græco nomine deficiente.)

ERGO, as, are, a. (εἴργω, εἵργω, εἴργνυμι, claudo). *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Paris.* Ergat, circat. — Quam vocem rejicit *Hildeb.*, et legendum censet cum suo Glossario : « Erga, circa vel juxta. » Cui adstipulari dubito, etsi verbum sane barbarum.

ĔRĪNUS, a, um, adj. (ἐρινός). Ad caprificum pertinens. *Plin. Val.* 1, 1, et 1, 38. Erinum oleum.

ĔRĪTHEŪS (trib. syllab.), ei, m. (ἐριθεύς). *Avien. Progn.* 439. Sed denique parvus eritheus Succedit trepidus scruposæ concava rupis.

ERMISCION, n. Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 13, *fin.* (Sed alii melius leg. *Hormesion.*)

ĔRŌDIO, ĔRŌDIUS. Vid. HERODIO, etc.

ĒRŎGĀTŌRIUM, ii, n. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Vestiarium, erogatorium.

ERRĀBĬLIS, e, adj. Errori obnoxius. *Claud.* vel *Lact. Phœn.* 35. Atque eadem celeres etiam discriminat horas Non errabilibus nocte dieque sonis.

ERRĀTĬLIS, e, adj. Erraticus. *Cassiod. Var.* 1, 21. Erratiles feræ ad cubilia dumosa festinant.

ĒRŬBESCĬTUR, passiv. imperson. *S. Optat.* 1, p. 17. Frequenter solet erubesci de criminibus, sed illo tempore non fuit cui erubesceretur. || Passive personaliter. *S. Greg. Ep.* 11, 23. In eis (scriptis) dicebatur quod pudoris causa fuerat, mihi vos ea quæ dicenda erant, tempore multo tacuisse. Et certum est quia minus amatur qui adhuc erubescitur. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 95). Non illam ignobilitatem quæ videtur erubesci. — Notissimum participium *erubescendus* solummodo exhibet *Forcell.*

ĒRUCTOR, aris, ari, d. Antique pro Eructo. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 211. Eructo, as. Hodie neutraliter dicimus tantum; antiqui utraque dicebant, et Eructo et Eructor : quod hodie non invenitur.

ĒRUMNA, æ, f. Ærumna. *Charis.* p. 76. *Erumnam* Ennius ait per *e* solum scribi posse, quod mentem eruat, vel per *æ*, quod mærorem nutriat.

ĔRȲSĬBE, es, f. (ἐρυσίβη). Rubigo frumentorum (*nielle*). *Eucher. Expos. divers. Rer.* 3, p. 287. Erysibe, ærugo, id est rubigo messium. *Gloss. Paris.* Erysibe (male Crisibe), herugo (*sic*), id est rubigo messium.

ESCŬLENTIA, æ, f. Cibus fortis; pinguedo. *Hier. Ep.* 3, 5, *Ad Salvinam.* Si suum, leporum, atque cervorum, et quadrupedum animantium esculentias reprobes. *Faustin.* p. 65. Non carnis esculentia corpus relevans. *Gloss. Isid.* Esculentia, pinguedo. *Thom.* p. 192. Esculentia, pinguedo, arvina, carnulentia.

ĔSOR, oris, m. Helluo. *Fronto De Fer.*

alsiens. 3. Et præterea prandiorum optimorum esorem optimum fuisse. *Thom.* p. 192. Esor, estrix. — Cf. ESTOR.

ESSENDI, gerund. a v. Sum. *Aug. De Morib. Manich.* c. 4. Quia exsistendi, et ut ita dicam essendi, auctor est (Deus). *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 210. Neque enim convertuntur secundum essendi consequentiam. — Serioris ævi gerundia testatur solennis vox Italorum *essendo*.

ESSENTIĀLIS, e, adj. Ad essentiam pertinens (gall. *essentiel*). *Isid. Or.* 7, 4. Propria enim sunt essentialia. Et *Thom.* p. 514; *Johan. de Jan.* — Vocem ap. *Boethium* non reperi. Profertur in Lexicis adverbium *Essentialiter*, omisso adjectivo.

ESTOR, oris, m. Helluo. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 183. Hic estor, vorator. *Id.* p. 473. Popinones.... estores. — Cf. ESOR. Utrumque dici potuit ex gemino supino *esum* et *estum*. Femininum *Estrix* ad nos pervenit, auctore *Plauto*.

ĒTĂ, n. (ἦτα). Nomen vocalis græcæ. *Ter. Maur. De Litt.* 43. Hinc eta minus scribimus. *Aus. Edyl.* 12, *De Litt.* 19.

EUCHĂRIS, adj. m. f. (εὔχαρις). Affabilis. *Vulg. Eccli.* 6, 5. Et lingua eucharis in bono homine abundat. *Thom.* p. 193. Eucharis, gratiosus.

EULŎGIA, æ, f. (εὐλογία). Panis benedictus. *Alcim. Avit. Ep.* 65. Putasses eulogias vestras tenaci corvorum rostro ad Eliæ pastum bajulis unguibus exhiberi. *S. Greg. Ep.* 9, 42. Ex parva enim eulogia, quam Bonus monachus accepit, partem petendo, etc. Cf. *Cang.*

ĒVĂCUĀTOR, oris, m. Qui evacuat (translate), qui expellit vel tollit. *Cassiod. Var.* 3, 51. Evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum (de spectaculo).

ĒVĀGĬNO, as, are, a. E vagina educo. *Vulg. Exod.* 15, 9. Evaginabo gladium meum. *Ibid. Judith*, 13, 9.

ĒVALVO, as, are, a. Foras protrudo. *Onomast. lat. gr.* Evalvo, ἀποθυρίζω.

ĒVANGĔLIZO, as, are, act. et n. Annuntio; evangelium prædico. *Vulg. Luc.* 2, 19. Evangelizo vobis gaudium magnum. *Prosp. Resp. ad Capitul. Gall.* 10. Et quibusdam populis vetuit apostolos evangelizare.

ĒVĀSIO, onis, f. Liberatio, fuga. *Vulg. Judith*, 12, 20. Dominus revocavit me vobis in evasione mea et liberatione vestra.

ĒVECTO, as, are, a. Freq. ab Eveho. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 202. Evectare, portare. *Gloss. Cyril.* Ἐποχοῦμαι, inveho, invecto, evecto.

ĒVERSĬTO, as, are, a. Freq. ab Everso. *Prisc.* p. 1239.

ĒVERSO, as, are, a. Freq. ab Everto. *Prisc.* p. 1239.

ĒVISCĔRĀTIO, onis, f. Actus eviscerandi. *Ennod. Dict.* 24. Nec dura castimoniæ obscenitatis evisceratione mollire.

ĒVĪTO, as, are, a. Vita privo. *Att.* ap. *Non.* p. 230. Vulgum ambigua acie (male codd. *accius*) evitat, mœros disjicit. *Enn.* ap. *Cic. Tusc.* 1, 35. Vidi.... Priamo vi vitam evitari. *Gloss. vet. S. Genov.* Evitatus, vita privatus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 523. Evitatus (male Eviratus), vita privatus. *Gloss. Paris.* Evitatus, occisus, vita privatus. (Item *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642.) — Hoc non satis firmiter roboratum ap. *Forcell.*

ĒVŎCĀTĪVA legio, f. Evocatorum legio. *Inscr. Orel.* t. II, p. 424.

ĒVŎLŪTĒ, adv. Perspicue. *Boet. In Cic. Topic.* 1, p. 733. Id quod a definitione dicitur evolute, involute confuseque designat.

EXĂBUNDO, as, are, n. Valde abundo. *Arn. In Psalm.* 36. Justi autem exabundabunt et largientur et tribuent. *Salv. Adv. Avar.* 4, 6. Immensarum divitiarum copiis exabundabunt.

EXĂCERBĀTIO, onis, f. Exasperatio; ira, indignatio. *Jul. Rufin. De Schem. Dian.* p. 52. Sarcasmus est figura qua adversariorum facta cum exacerbatione admissi eorum lacessimus. *S. Greg. Ep.* 11, 34. Exacerbatio morbi. *Vulg. Hebr.* 3, 8. Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione. *S. Greg. Epist.* 8, 21. Illud nos quoque vehementissima exacerbatione commovit.

EXĂCERBĀTRIX, icis, f. Quæ exacerbat. *Salv. Gub. D.* 3, 9. Ipsa Ecclesia, quæ in omnibus esse debet placatrix Dei, quid aliud est quam exacerbatrix Dei?

EXACTO, as, are, a. Freq. ab Exigo.

Diplom. Chlodov. (an. 497) ap. *Pardess. Diplom.* p. 32. Nec freda exactanda præsumat. Cf. *Cang.*

EX ACTUĀRIO vel EXACTUĀRIUS, ii, m. Qui fuit Actuarius (*sorte d'intendant militaire*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 102 : ubi sæpius.

EX ADJŪTŌRE, m. Qui fuit Adjutor (in militia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1193 et 1371.

EXÆQUĀTIO, onis, f. Actus coæquandi. *Serv.* ad *Virg. Georg.* 1, 95. Ad agrorum scilicet exæquationem. — Sensus proprius, qui in Lexicis deest.

EXĂGELLA, æ, f. Exagium, trutina, examinatio. *Ennod. Vit. S. Epiphan.*, *sub fin.* Quasi exagellam relinquens. — Ubi videndus *Sirmond.* Cf. etiam *Cang.*

EXALBĬDUS, a, um, adj. *Gloss. Placid.* p. 460. Exalbidas, non albas, sed prope albas.

EX ANTISTĬTE, m. Qui fuit Antistes. *Cod. Theod.* 11, 36, 20. Quoniam Chronopius ex antistite idem fuit.

EX ĂQUĬLĬFĔRO, m. Qui fuit Aquilifer. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 767. Ex aquilifero legionis.

EXĂRĀTIO, onis, f. Aratio. *S. Greg. Epist.* 7, 1; *Indict.* 2. Ad exarandam messem latoris præsentiarum perrexisti, et post exarationem ejus, etc. (*Ibid. Ep.* 2. Die dominico messem de agro feceris exarari.) — Deerat sensus, qui primus esse debuit.

EXARCHUS, i, m. (De *Exarcho Ravennate* vix unam Inscriptionem invenit *Furlan.*, in nova *Forcell.* editione. De quo sæpissime loquitur *S. Greg.*, ut *Ep.* 7, 130, *Ind.* 2. Qui Ravennati ecclesiæ fuerunt commendati, ab excellentissimo exarcho in quotidiana militum præfectura sunt mutuati. *Ib.* 100 et 104 et 105. Cf. *Cang.*)

EXARDEO, es, ere, n. Exardesco. *Vulg. Eccli.* 16, 7. Exardebit ignis. *Ib.* 28, 14. — *Exarsus* est ap. *Cang.*

EX ARMŌRUMCUSTŌDE, m. Qui fuit Armorumcustos (in militia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1068 et 4074.

EXASPĔRĀTIO, onis, f. Ira (gall. *exaspération*). *S. Greg. Ep.* 11, 34. Sed illud te præ omnibus studere convenit, ut exasperationem sentire nullo modo debeas. (Sic *ibid.* 35. Ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet.)

EXASPĔRĀTRIX, icis, f. Quæ exasperat. *Vulg. Ezech.* 2, 8. Sicut domus exasperatrix est.

EXAUDĪBĬLIS, e, adj. Qui exaudit, placabilis. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 13, 249. Dicturus es et potentes et exaudibiles esse deos. Cf. *Cang.* — Qui sensus omittitur.

EXAUDĪTOR, oris, m. Qui exaudit. *Vulg. Eccli.* 35, 19. Dominus exauditor non delectabitur in illis. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 594. Supplicis ergo memor, famuli exauditor opime.

EX BĔNĔFĬCIĀRIO, m. Qui fuit Beneficiarius (in militia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 276. Ex beneficiario tribuni. *Ib.* n. 466.

EXCÆCĀTIO, onis, f. Actus excæcandi. *Aug. Ep.* 68 (ed. Basil.), *Januario Donatistæ.* Ut jam se a cædibus nostris, a rapinis, ab excæcatione compescant. *Gloss. Cyril.* Ἐκτύφλωσις, excæcatio.

EXCALCEUS, a, um, adj. Excalceatus. *Paul. Nol.* 21, 321. Qui maluisset confoveri excalceus.

EXCĂLĔFACTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 16, 4. Excalefactus oleo (lapis). *Ib.* 16, 11, et 16, 13.

EXCĂLESCO, is, ere, n. Valde calesco. *Theod. Prisc.* 4, 1. Rutam agrestem sere, et inde veretrum line : statim excalescit.

EX CANDĬDĀTO, m. Qui fuit Candidatus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, t. I, n. 100. (Quid fuerint *Candidati* in militia, docet *Veget.* 2, 7.)

EXCĂPILLO, as, are, a. Capillos reseco. *Capitul. Chlodov.* (an. 501) ap. *Pardess. Diplom.* p. 49. Si quis mulierem excapillaverit. Cf. *Cang.*

EX CENTŬRIŌNE, m. Qui fuit Centurio. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 530. M. Aurelio Processano ex cent. præt. cohort. VI.

EXCERPTIM, adv. Carptim. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 414. Triginta (annos) in hac sacerdotali, qualem, etsi excerptim, lector attendis scalptam, conversatione exemit.

EXCĬPIUM, ii, n. Venabulum. *Isid. Or.* 18, 7. Venabula, dicta quasi venatui habilia. *Excipia*, quia venientem excipiunt, quasi

excipiabilia. (Sic vett. edd. Sed *Arval.* et *Lindem.* « Quasi venatui habilia, vel quia venientem excipiunt. » Vocabulum *excipiabilia* mutandum videtur in *excipiabula*, quod exhibet *Serv.* ad *Æn.* 4, 131 : « Lati ferri venabula, ob hoc dicta quod sint apta venatui, quasi excipiabula. ») Vid. v. seq.

EXCĬPŬLUM, i, n. (excipio). *Gloss. vet. S. Genov.* Excipium, venabulum. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 560, et *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Excipulum venabulum veteres dicebant. *Thom.* p. 201. Excipulum, venabulum, eo quod aprum excipiat. — Qui novus notæ dictionis sensus.

EXCĪSĀTUS. Vid. EXSCISSATUS.

EXCISSUS. Vid. EXSCISSUS.

EXCĪSŪRA, æ, f. Excisio (*la taille*). *Edict. Diocl.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 310. Bracario pro excisura et ornatura.

EXCLŪSOR, oris, m. Qui excludit. (Unum exemplum laudat *Forcell.* ex *Augustino* : « Dæmoniorum exclusor. » Alius autem sensus est, ad metallorum fabricam pertinens, quem arripient talium artium intelligentes. Opificum enim ignota erat nuncupatio quorum notissima opera.) || Qui in metallis eminentias concinnat (*qui travaille au repoussé, repousseur*). *Aug. De Spirit. et Litt.* 10. Sive gloriationem dixerit laudabilem, quæ in Domino est, eamque exclusam, id est non ut abscederet pulsam, sed ut emineret expressam. Unde et *exclusores* dicuntur quidam artifices argentarii.— Hic commode *Cangius* præsto est : « *Exclusor*, faber ferrarius vel argentarius. *S. Aug. In Psalm.* 67. In arte argentaria exclusores vocantur qui de confusione massæ noverunt formam exprimere. » Et reliqua videnda. (Opponitur *Inclusor.*)

EXCŌLEĀTUS, a, um, part. (ex, coleus). *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Excastratus, excoliatus (*sic*).

EX CŎMĬTĬBUS, m. pl. Qui fuerunt Comites. *Cod. Theod.* 12, 1, 75. Honorem etiam ex comitibus addi censemus. — *Ex comite* usurpavit *Ammianus*.

EXCOMMŪNĬCĀTUS, a, um, part. *Ambr. Ep.* 8, 64. Ut.... Renatus autem et Leontius excommunicati manerent. *Isid. Regul. Monach.* 18. Excommunicati autem ab iis locis.... prohibeantur progredi.

EXCONSUL, ulis, m. Ex consule. *Isid. Or.* 15, 13. Squalidus ager quasi excolidus, eo quod jam a cultura exierit, sicut *exconsul*, quod a consulatu discesserit. *S. Greg.* 1, 70. Tibi directæ gloriosi viri Leonis, exconsulis, epistolæ concurrunt. *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642. Exconsules. — Non probandus Forcelliniani Lexici editor, qui hoc vocabulum explodit : talia enim serioribus temporibus declinata fuisse, nemo nescit. Recentiorem usum tantum innuerat *Forcell.*, non taxaverat.

EXCONSŬLĀTUS, us, m. Anteactus consulatus. *S. Greg. Ep.* 12, 27. Honores enim non habet, et chartas exconsulatus petiit.

EX CORNĬCŬLĀRIO, m. Qui fuit Cornicularius. *Cod. Theod.* 8, 7, 8; *Inscr.* ap. *Gruter.* p. 475; *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1080.

EXCORPŎRO, as, are, a. Corpore seu societate aliqua excerpo. *Vincent. Lirin. Common.* p. 364. Julianus qui se collegarum sensui aut incorporare neglexit aut excorporare præsumpsit.

EX CORRECTŌRE seu EXCORRECTOR, oris, m. Qui fuit Corrector. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 1027. Liciniano.... excorr. Brut[tii].

EXCORTĬCO, as, are, a. Decortico. *Gloss. Phil.* Excorticat, λεπίζει. Cf. *Cang.*

EXCREO, as, are, a. Creo. *Isid. Or.* 13, 19. Lacus.... auram non ventis, sed de se ipso sibimet excreans. Unde et Genesar dicitur græco vocabulo, quasi generans sibi auram. (Perperam hebraicæ voci græca datur origo : γεννάω, ἀήρ.)

EXCRŎCOLLUM, i, n. *Gloss. Plac.* p. 461. Excrocollum, pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore.

● EXCULTELLĀTUS, a, um, part. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 249. Excultellatus lateribus (lapis finalis).

EXCŪRĀTOR, oris, m. Qui fuit Curator. *Aug. Ep.* 88, *Januario Donatistæ*. Et Saturnium excuratorem, et Calibium juniorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum.

EXCURSĀTIO, onis, f. Excursio. *Gloss. Cyril.* Καταδρομή, decursus, excursatio. — Vocem exhibebat *Forcell.* ex *Valer. Max.* Sed, quum locus variis lectionibus vexetur, scribit Germanus editor : « Valde dubitan-

dum an vox *excursatio* sit latina. » Quod temere additum, ut apparet.

EXCURSO, as, are, n. Freq. ab Excurro. *Stat. Theb.* 2, 550. Quam ratis innumeris videt excursare latebris. *Thom.* p. 92. Excurro : inde hic Excursus, et Excurso, as.

EXCŪSĀBĬLĬTER, adv. Digne venia. *Alcim. Avit. Homil.* p. 160. Sub quorum favore excusabiliter tres numeret. — Positivum hactenus ignorabant Lexica.

EXCŪSĀTIUNCŬLA, æ, f. Parva excusatio. Vid. in v. DEPRECATIUNCULA.

EXCŪSĀTŌRIUS, a, um, adj. Quo excusamur. *Sid. Carm.* 9, *in lemmate.* Excusatorium (scil. carmen). *Onomast. lat. gr.* Excusatorius, ἀπολογητικός.

EXCUSSIO, onis, f. Actus excutiendi vel decutiendi, excussus. *Vulg. Isai,* 17, 6. Sicut excussio oleæ duarum vel trium olivarum. || Translate. Examinatio. *S. Greg. Ep.* 10, 41. Quod omnino exsecrati sumus, atque eamdem excussionis causam tarde fecisse doluimus.

EXCUSSOR, oris, m. Qui excutit, exactor. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 376. Scriptorum custos rigidus, dubiique serenus Excussor veri. — Ubi male *excusor.*

EX DĔCŬRIŌNE, m. Qui fuit Decurio. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 45. Pudentius Maximus ex dec. alæ Tami[sianæ]. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier,* n. 387. Ex dec. equitum. *Ibid.* n. 3663.

EX DISPENSĀTŌRĬBUS, pl. Qui fuerunt Dispensatores. *Inscr.* ap. *Murat.* p. 893.

EXDUUMVIR, iri, m. Qui fuit Duumvir. *Aug. Ep.* 88, *Januario.* Epistolam Cæcilii exduumviri falsasse contendunt.

EXEMPLĀBĬLIS, e, adj. Qui exemplum subjicit. *Isid. Or.* 2, 9. Exemplabile (enthymema) est quod alicujus exempli comparatione eventum similem comminatur. (Hoc exscriptum in *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642.) Etiam *Cassiod. Rhet.* p. 565.

EXEMPLO, as, are, a. In exemplum affero. *Aug. Ep.* 149, *Paulino.* Tollens, inquit, illud de medio, et affigens illud cruci, exuens se cruce, principatus et potestates exemplavit.... Non utique bonos sed malos principatus, et malas potestates, diabolicas scilicet et dæmoniacas, exemplavit, id est exemplum de illis dedit. (Græcum est ἐδειγμάτισεν.) Cf. *Cang.* — *Exemplatus* est ap. *Forcell.*

EXERCĬBĬLIS, e, adj. Ad exercitationem pertinens. *Cœl. Aurel. Tard.* 3, 8. Themison utitur exercitio, vel communiter regula exercibili.

EXERCĬTĀTĪVUS, a, um, adj. Ad exercitationem pertinens. *Boet. Arist. Top.* 1, 9, p. 667. Hæc autem magis quam secundum facultatem exercitativam.

EXERRANS, tis, part. Errans. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 437. Stat domus exerrans (nempe Halcyonum). *Ibid.* p. 590.

EXFEBRUO, as, are, a. *Gloss. S. German.* Exfebruare, expurgare : februare enim purgare est.

EXFORNĬCĀTUS, a, um, part. Sæpe fornicatus. *Vulg. Ep. Jud.* 7. Finitimæ civitates simili modo exfornicatæ.

EXFRĔTO, as, are, n. Navi discedo. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 201. Exfretare, navigare, transfretare. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Exfretat, navigat.

EXGRŪMO, as, are, a. Grumos dissolvo. *Onomast. lat. gr.* Exgrumare, ἀποθρομβεῖν. (Forte ἀποθρομβόειν, a. v. ἀποθρομβόω.)

EXHAURĪTŌRIUS, a, um, adj. Ad exhauriendum utilis. *Gloss. Isid.* Antlia, rota exhauritoria.

EXHĒRĒDĬTĀTUS, a, um, part. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Exhereditatus, extra hereditatem factus. — De voce dubitabat *Forcell.*

EXHORTĀMEN, inis, n. Exhortatio. *Alcim. Avit. Carm. ad Soror.* 102. Hæc dicens, teneros sancto exhortamine sensus Impulit.

EXHORTO, as, are, a. Exhortor. *Aug. Ep.* 228, *Honorato.* Nulli dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, ædificantur, exhortantur ut Deum rogent. — *Horto* memoratur a *Prisc.* p. 797.

EXIES, EXIET, pro Exibis, Exibit. *Vulg. Judith,* 11, 14. Et exiet ancilla tua, et orabo Deum. *Ib. Apocal.* 11, 5. Ignis exiet ex ore eorum. *Ib. Matth.* 5, 26. Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. *Tert. Adv. Jud.* 13. Ex te enim exiet dux qui pascet populum meum Israel.

EXĬGENTIA, æ, f. Quod ab aliqua re exigitur. *Pseudo-Cassiod. Amic.* 24. Exigentia tui meriti. Cf. *Cang.* — Gall. *exigence.*

EXIMPĔRO, as, are, n. Prorsus impero. *Poet. tragic.* ap. *Sen. Ep.* 80. Eximpero Argis; regna mihi liquit Pelops. (Sic ed. *Schott.*, Genev. 1613. Sed vett. edd., cum omnibus fere codicibus, habent *impero*, quidam *ea impero*. Emendavit *Muret.* ex uno Siculo, ut ait, manuscripto : *En impero*. Quod universi amplexi sunt editores, etiam V. Cl. *Ribbek, Tragic. Latin. Reliq.* p. 213. Sed adverbium *en* non aptum sententiæ mihi videtur, nempe quod subitam admirationem innuit. Idem versus, a *Quintiliano* servatus, *Inst. Or.* 9, 4, 140, etiam vitiose incipit : unde patet incerti tragici contextum jam sub imperatoribus corruptum fuisse. Porro vocabulum insolens frequentissima erroris causa librariis est. Quis vocem *Experjuro* latinam esse crederet, nisi in *Afranii* versu, quem laudat *Nonius*, occurreret? Sunt et similia verba perrara : *Exaperio, Exaugeo, Exerro, Exobsecro*, etc. Poeta forsan græcum ἐξάρχω vertere voluit.

EXINNUO, is, ere, n. *Gloss. S. German.* Exinnuit, innuit. — Utrum *exinnuo* an *exnuo* grammatici voluerint, equidem dubito. Cf. EXNUO.

EXIPPĪTO, as, are, n. *Gloss. Isid.* Exippitare, rare oscitare. (Lege: *iare, oscitare*, ut ostendunt sequentia.) *Gloss. S. German.* Exippitandum, hiandum, oscitandum. Exippitare, hiare, i. e. os aperire. Exippitare, oscitare. *Gloss. Placid.* p. 461. Exipitandum (*sic*), dicendum, oscitandum. (*Dicendum* ex *Gloss. S. German.* facile corrigas, quum ibi *Glossæ Placid.* in margine, tanquam fons, innuantur.)

EXLAUDO, as, are, a. *Gloss. Plac.* p. 461. Exlaudat, extra finem laudat. Item *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642.

EX LIBRĀRIO vel EXLIBRĀRIUS, ii, m. Qui fuit Librarius. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, p. 25, n. 102.

EX MĂGISTRO, m. Qui fuit Magister. *Cod. Theod., Procem.* Comes, ex magistro libellorum. *Ib.* 11, 1, 1. — Non in dubium vocanda fuit *Ammiani* auctoritas. || Ex magistris. *Cod. Theod.* 1, 1, 5. Comazontem atque Eubulum, ex magistris scriniorum. *Ib.* 7, 8, 3.

EX NĀŎPHȲLĂCE vel EX NAUPHȲLĂCE, m. Qui fuit Naophylax vel Nauphylax. *Inscr. Mus. Veron.* p. CXXV. C. Julio Maximo veterano ex naofylace.

EXNUO, is, ere, n. *Gloss. Placid.* p. 461, et *Gloss. Paris.* Exnuit, innuit. V. EXINNUO.

EXŎCHE, es, f. (ἐξοχή). Figura quædam verborum. *Isid. Or.* 2, 20; *Sacerd.* in *Anal. gramm.* p. 46.

EXŎLUI, alterum perfect. verbi Exoleo vel Exolesco. *Plaut. Bacch.* 5, 2, 17. Exoluere (oves), quanti fuere : omnis fructus Jam illis decidit. (*Exoluerę* significat viluerunt.)

EXŌRĀTIO, onis, f. Actus exorandi. *Vulg. Eccli.* 16, 12. Potens exoratio et effundens iram. Cf. *Cang.* — *Forcell.*, citato *Quintil.*, de verbo dubitat.

EXORBĀTUS, a, um, part. Omnino orbatus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3981. Quos miseros exorbatos reliquisti. — Verbum *Exorbo* non inveni : cui sponte suffragarer.

EX ORDĬNĀRIO, m. Qui fuit Ordinarius. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 345. Ex ordinario legionis.

EXORDIOR, iris, iri, passive dictum fuisse, testatur *Prisc.* p. 791.

EXORMIS, e, adj. Enormis. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Pith.* Exormis (male Exorius), immanis. *Gloss. Isid.* Exormis (male Exorris), immanis. Sic et legit *Cang.* — Ignotam tunc fuisse etymologiam, indicat simile adjectivum *Inormis*.

EXPALMO, as, are, a. Palma vel manu verbero. *Gloss. Isid.* Expalmare, depellere. *Thom.* p. 199. Expalmare, expellere, dispungere, detrudere. *Gloss. Cyril.* Ῥαπίζω, expalmo, alapo. Cf. *Cang.*

EXPĔDIENTIA, æ, f. Utilitas. *Boet. Arist. Top.* 6, p. 708. Ut si clementiam expedientiam justorum (dixerit); nam justum expediens quiddam est. Cf. *Cang.*

EXPĔDĪTUS, us, m. Expeditio. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 4. Eum cum expeditu ad barbaros destinavit.

EX PERFECTISSĬMIS, m. pl. Qui fuerunt Perfectissimi. *Cod. Theod.* 8, 1, 6.

EXPĔRIENTER, adv. Perite. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 678. Quod juste est scienter, et experienter est. *Ibid.* iterum.

EXPĔRIENTIOR, us, adj. compar. *Isid. Or.* 16, 24. Iste hac arte experientior fuit.

EXPĔRĪMENTO, as, are, a., vel EXPĔRĪMENTOR, d. Experior (gall. *expérimenter*). *Gloss. S. German.* Experimentando, adprobando, cognoscendo. Cf. *Cang.* — Unde *Experimentatus.*

EXPĔRIOR, iris, iri, passive usurpatum fuisse, testatur *Prisc.* p. 791.

EXPERTĒ, adv. Cum experientia. *Boet. Geom.* 1, p. 1519. Divisiones igitur, quantumlibet jam experte lectoris animus introductus, facile valet dignoscere.

EXPĔTĪBĬLIS, e, adj. Expetendus. *Boet. Arist. Top.* 3, 1, p. 680. Nullus enim dubitabat utrum felicitas an divitiæ expetibiliores. *Ibid.* Et omnino quod ad vitæ finem expetibilius. (Plerique editores, etiam *Oberl.*, vocem *Tacito* tribuunt, *Ann.* 16, 21 : « Quod Juvenalium ludicro parum expetibilem operam præbuit. » Aliter tamen *Burnouf*, cum uno codice Parisino : *parum exspectabilem.* Temporis sui vocabulum *expetibilis* intrusisse potuerunt librarii. Erravit autem Noster quum Latinos nunquam voce *Expetibilis* usos asseveravit.)

EXPĔTĪTIO, onis, f. Optatum. *Arn. Adv. Gent.* 5, p. 177. Quum primum ab inferis compos voti atque expetitionis redisset. — Edd. recentt. *expeditionis*, sed alterum probo.

EXPIĀMENTUM, i, n. Expiatio. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Expiamenta, placamenta.

EXPLĀCĀTUS, a, um, part. *Gloss. S. German.*, *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 566, et *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Explacato, vehementer placato. (Possit et esse imperativus futuro tempore, qualia plura sunt ap. *Fest.*, verbi gratia *Endoplorato.*)

EXPLĀCO, as, a. Vid. v. præced.

EXPLĒBĬLIS, e, adj. Qui explet. *Gloss. Cyril.* Πληρωτικός, explebilis.

EXPLĒTOR, oris, m. Qui explet. *Inscr.* ap. *Gruter.* p. 1168. Hujus et expletor sancti pulchrique laboris.

EXPLĬCANTER, adv. Explicate. *Pomp. gram.* p. 343. Quid significent (adverbia) per conjunctionem verborum aliquid explicanter, explicant. — Sic *Lindem.* Quod non satis expeditum.

EXPLŌRĀTRIX, icis, f. Quæ explorat. *Cassian. Collat. Patr.* 19, 16. Interdum etiam aliquam exploratricem sui imaginem possit admittere.

EXPŎLIA. Vid. EXSPOLIA.

EX PRÆSĬDE, m. Qui fuit Præses. *Cod. Theod.* 7, 23, 1. Quicumque autem eodem est ex præside factus indulto. || Ex præsidibus. *Ib.* 12, 1, 41. Ex comitibus et ex præsidibus universi.

EX PRÆTŌRE, m. Qui fuit Prætor. *S. Greg. Epist.* 1, 67. Qui Romani, viri magnifici ex prætore, cancellarius fuerat. *Ibid.* 1, 69. Cum viro magnifico Justino, ex prætore.

EX PRÆTŌRIĀNO, m. Qui fuit Prætorianus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1622.

EX PRESBŸTĔRO, et EXPRESBŸTER, eri, m. Qui fuit Presbyter. *S. Greg. Ep.* 4, 17. Amandinus, ex presbytero et abbate. *Id. ib.* Vitalinum vero expresbyterum.... in Siciliam dirigi faciemus.

EX PRĪMĬCĒRIIS, m. pl. Qui fuerunt Primicerii. *Cod. Theod.* 6, 30, 19. Ex primiceriis sacrarum largitionum.

EX PRĪMĬPĪLĀRĬBUS, m. pl. Qui fuerunt Primipilares. *Cod. Theod.* 11, 23, 4. Qui ex primipilaribus sunt.

EX PRINCĬPE, m. Qui fuit Princeps (in militia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 103. M. Aurelius decimus.... ex principe peregrinorum. *Ibid.* n. 104 et 1372. || Ex principibus. *Ibid.* n. 2543.

EXPROBRĀBĬLIS, e, adj. Qui exprobrari potest. *Ven. Fort.* 1, *Præf.* Nec tantum exprobrabile est nesciri quod horreat, quam patere quod urat. *Vulg. Prov.* 18, 1.

EX PRŌCONSŬLE, m. Qui fuit Proconsul. *Cod. Theod.* 6, 4, 15. Facundus, ex proconsule. || Ex proconsulibus. *Ib.* 7, 22, 7. Seu ex vicariis, sive ex proconsulibus, seu ex præfectis.

EXPRŌDĬTUS, part. Vid. v. seq.

EXPRŌDO, is, ere, a. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 523. Exprodere, excludere ; exproditus, exclusus. *Gloss. Isid.*, *Gloss. S. German.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Exprodita, exclusa. — Jam superius dederat *Gloss. Hildeb.* Emprodere (Exprodere), excludere. Et *Gloss. S. German.* Exproderem, excluderem.

EX PRŌTECTŌRĬBUS, m. pl. Qui fuerunt Protectores. *Cod. Theod.* 7, 21, 1. Ideoque si qui ex protectoribus, vel ex præpositis,

vel ex tribunis epistolas reportaverint. *Inscr. Grut.* p. 1056.

EXPŬDET, n. *Gloss. Plac.* p. 456. Expudet est quasi pudet.

EXPUGNĀTRIX, icis, f. Quæ expugnat. *Cassiod. De Anim.* 11. Animæ carnem illam expugnatricem humani generis per quietem expugnant.

EXPULLŬLO, as, are, n. Pullulo. *Isid. Or.* 17, 7. Hæc arbor, simul ut excisa fuerit, tanquam silva expullulare consuevit.

EXPULSĪVUS, a, um, adj. Qui expellit. *Cassiod. De Anim.* 11. Virtus animæ expulsiva, quæ, ut natura fiat libera, sibi nocitura depellit. — Gallice *expulsif* dicunt medici.

EXPŪTEO, es, ere, n. *Gloss. vet. S. Genov.* Redolet, exputet. — *Exputescit* est ap. *Plaut.*

EXQUĪSĪTOR, oris, m. Qui exquirit. *Cassiod. Var.* 7, 5. Archimedes, subtilissimus exquisitor, cum Metrobio tibi semper assistat. *Vulg. Baruch,* 3, 23. Exquisitores prudentiæ.

EXSĂTŬRĀBĬLIS, e, adj. Qui saturari potest. *Virg. Æn.* 5, 781. Junonis gravis ira nec exsaturabile pectus. — Sic optimi codd. et edd. Alii, *et inexsaturabile.*

EXSCĬDIUM, ii, n. (Quanquam nonnulli monuerunt scribendum *exscidium*, non *excidium*, turpis error perseverat, et optimi editores barbaram illam scriptionem retinent, juxta reclamantibus sensu et quantitate. Vid. inf. in v. EXSCISSUS.)

EXSCISSĀTUS, a, um, part. Exscissus. *Non.* p. 108. Excissatum (*sic*), laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria : Capillo scisso atque excissatis auribus. — Possit et esse *Excisatus*, a v. *Cædo*, quod magis proprium de exsectis auribus.

EXSCISSUS, a, um, part. ab Exscindo. *Gloss. S. German.* Exscissa (male Exiscissa), dirupta. — Nemo dubitabit, quum frequens verbum sit *Exscindere*, nec usquam compareat participium *Exscissus*, id librariorum culpa, seu potius temporum ignorantia accidisse, confusis duobus verbis *Excidere* et *Exscindere.* Vulgo enim, in compositis, *s* perperam eradebatur, ita ut scriberent non modo, quod licet, *expecto*, *expiro*, *exequor*, *exulo*, sed etiam *exupero*, *exicco*, *exinuo*, *exibilo*, *exaturo*, pro *exsupero*, *exsicco*, *exsinuo*, *exsibilo*, *exsaturo*. Inde prorsus evanuit *exscissus*, servato aliquoties *excissus*, quod nihili est, sed veram scriptionem testatur. Quum autem *excissus* abundantem litteram *s* habere videretur, unicum participium *excisus* ea, quæ ad *exscissus* pertinerent, obtinuit. Verum enimvero *Excidere* est amputare, exsecare; *Exscindere* est destruere, delere. Omnes igitur auctorum locos de integro perpendere operæ pretium est, ut suum utrique verbo attribuatur. Nunc de altero tantum agam. *Exscindere* urbem (*Cic. Planc.* 41); Numantiam (*Id. Off.* 1, 22); Pergama (*Virg. Æn.* 2, 177); mœnia (*Flor.* 2, 2); curiam (*Cic. Milon.* 31); domos (*Virg. Æn.* 12, 643); portas (*Cæs. B. G.* 7, 50); et translate : *Exscindere* gentem (*Virg. Æn.* 4, 425, et 9, 137); hostem (*Tac. An.* 2, 25); tam clarum nomen (*Sil.* 7, 643). His animadversis, participium in suos locos tutissime restituere licet. Nonnulla colligam. *Cic. Sext.* 15. Quum omnes urbem nondum exscissam et eversam videremus. *Sall. Hist. Orat. Pompej.* Quid dein prœlia, aut expeditiones hibernas, oppida exscissa aut recepta enumerem? *Virg. Æn.* 2, 637. Abnegat exscissa vitam producere Troja. *Id. ib.* 12, 760. Exscissurum urbes minitans. *Pseudo-Virg. Cir.* 53. Exscissa funditus urbe. *Tac. Hist.* 3, 31. Ne, Cremona quoque exscissa, nulla ultra venia, etc. *Id. ib.* 2, 38. Æmulis urbibus exscissis. *Id. Ann.* 12, 39. Ut quondam Sugambri exscissi. *Id. Germ.* 33. Pulsis Bructeris et penitus exscissis. *Sil.* 15, 119. Laurumque superbam In gremio Jovis exscissis deponere Pœnis. *Eutr.* 1, 19. Fidenæ captæ et exscissæ.

EXSCREĀMENTUM, i, n. *Gloss. Placid.* p. 456. Excreamentum (*sic*) quod spuimus vel excreamus habetur.

EXSĔCĀTIO, onis, f. Exsectio. *Cassiod. Var.* 12, 28. Alemannorum subreptio quasi salutaris ferri exsecatione purgata.

EXSECRĀBĬLĪTER, adv. Exsecrabili modo. *Aug. Ep. Eusebio,* 35 (ed. Bened.), 169 (ed. Basil.). Ab eis vero considera, quæso te, quam exsecrabiliter fiat. *Novel. Anthem., tit.* 1. Sed ad illicita consortia exsecrabiliter adspirantes. *Thom.* p. 516. Execra-

bilis; unde Execrabiliter adverbium. — Comparativus tantum citabatur.

EXSECRĀMENTUM, i, n. Exsecratio. *Vulg. Eccli.* 15, 13. Omne exsecramentum erroris odit Dominus. — Non nisi *Tertulliani* locos, de quibus dubitat, affert *Forcell.*

EXSĔCŪTIOR, us, adj. compar. *Isid. Or.* 2, 9. Sequitur epicherema, descendens de ratiocinatione, latior et executior rhetoricis syllogismis.

EXSORDIS, e, adj. Qui sine sordibus est. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 216. Convehere exsordes puris e fontibus undas.

EXSPŎLIA, orum, n. pl. Spolia. *Isid. Or.* 18, 2. Expolia (*sic*), hostium præda.... Expolia autem a palliis, quasi expallia : victis enim detrahuntur. (Utrubique *Lindem.* edidit *spolia.* Temere autem, quum eadem ad verbum compareant in *Gloss. S. German.*, in *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642, et in *Gloss. Pap.* In fæce enim serioris ævi, non ejicienda quæ barbara sunt.) *Thom.* p. 201. Expolia, præda, ab expoliando. *Cang.* v. SPOLIUM : « Exspolia in Concilio Bracarensi, ann. 572, cap. 7, pro *spolia.* » — Legitur etiam vocabulum ap. *Johan. de Janua*, qui declinat : Hæc expolia, iæ. Quod sane verum, etsi fœdum. Cognatam vocem *Despolia, iæ*, prolapsa latinitate exstitisse, ostendit gallicum nomen *despouille*, *dépouille.* Neutrum genus *Dispolium* exhibet *Cang.*, ex Notitia cujusdam monasterii, an. 834 : « Quod eorum dispolia distracta et alias res.... exportassent. »

EXSPŎLIĀTUS, a, um, part. *Ambr. In Psalm.* 38. Minorem etiam laborem nobis exspoliatus homo vetus, quam supervestitus afferret.

EXSTILLESCO, is, ere, n. Exstillo. *Phæd. Fab. nov.* 9, 11 (ap. *Mai.* t. III, p. 288). Sic, imperator, oculi exstillescant mei! *Ib.* 32. Sed exstillescant oculi sic, inquit, mei. (*Phæd.* ed. *Lemaire*, t. II, p. 512.) *Gloss. Hildeb.* Tabescit, attenuatur, extillescit.

EXSTINCTIO, onis, f. Exstinctus (gall. *extinction*). *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 9, p. 549. Exstinctio luminis. *Ib.* p. 550. Sonus exstinctionis ignis in nube. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 191. Propter accensiones et exstinctiones lunæ. — Translate tantum, scil. de morte, dicit *Tullius* ap. *Forcell.*

EXSTRUCTUS, us, m. Exstructio. *Manil.* 5, 285. Exstructu simili componitur ordo. — Sic *Lemaire*, ex cod. *Gemblac.* Alii aliter.

EX SŬBOPTIŌNE, m. Qui fuit Suboptio. *Inscr. Grut.* 529, n. 8.

EXSUCCĀTUS, a, um, part. Expressus. *Cœl. Aurel. Tard.* 4, 8. Facit idem sinapi exsuccatum. || Translate. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 1. Ipse tamen (Origenes) decoctus exsuccatusque projicitur.

EXSŪDĀTIO, onis, f. Abundans sudor. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 10, 105. Vias latentes per quas limpida vel purulenta quadam exsudatione ferantur.

EXSUFFLĀTUS, a, um, part. Sufflando ejectus. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 5. Exsufflatis omnibus quæ de se forte admiserint.

EXSULTANTER, adv. Cum exsultatione. *Prosp. In Psalm.* 125. Adventui Domini Salvatoris exsultanter occurrent. — Comparativus duntaxat referebatur.

EXSUMPTUO, as, are, a. *Gloss. Isid.*, *Gloss. S. German.*, *Gloss. Hildeb.* et *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 566. Exsumptuavit, pauperavit. Cf. *Cang.*

EX TĂBELLĀRIO, m. Qui fuit Tabellarius (in militia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, t. I, p. 63, n. 416.

EX TĂBŬLĀRIIS, m. pl. Qui fuit unus e Tabulariis. *Inscr.* ap. *Murat.* p. 890. M. Aurel. Victorino Aug. lib. ex tabularis (*sic*).

EXTENSIO vel EXTENTIO, onis, f. Actus extendendi (gall. *extension*). *S. Greg. Ep.* 7, 5. A perfidis gentibus regnum vestrum sui brachii extensione protegat. *Ibid.* 11, 26. Suæ vos dexteræ extensione protegat. *Arnob. In Psalm.* 149. In tympano, id est in extensione follis nostri corporei. *Isid. Or.* 2, 15. Ex malleorum percussu et chordarum extensione. — Primus vocis sensus, de qua ipsa dubitabatur.

EXTENTĀTUS, a, um, part. *Boet. Music.* 4, 3, p. 1441. Hypaton diatonos, quæ est principalium extentata.

EXTENTĒ, adv. Producte. *Rufin.* p. 2711, ap. Putsch. *Fuit*, extente prima syllaba, metri causa. — Cujus vocis solum comparativum, nec etiam satis certo, exhibent.

EXTENTIO. Vid. EXTENSIO.

EXTERMĬNĀTIO, onis, f. Internecio (gall.

extermination). *Vulg. Sap.* 18, 7. Injustorum exterminatio.

EXTORNO, as, are, a. Torno. *Boet. Music.* 1, 3, p. 1375. Si conum quis diligenter extornet, etc.

EXTORSUM, supin. pro Extortum. Vid. CONTORSUM.

EXTRĀCLŪDO, is, ere, a. Excludo. *Beda* ap. *Putsch.* p. 2334. *Ex* pro *Extra* invenitur poni, ut *excludo*, extracludo. — Verbum inusitatum esse, temere ait *Forcell.*

EXTRĀNEĒ, adv. Improprie. *Boet. Arist. Top.* 1, 14, p. 671. Quare commune in omnibus genus assignantes, arbitrabimur non extranee definire.

EXTRĀPŎSĬTUS, a, um, part. *Boet. In Cic. Topic.* 1, p. 766. Quæ propositio.... extraposita argumentationi vires ministrat. *Id.* p. 796. (Alibi tamen vox divisim scribitur, ut p. 865.)

EX TRĬBŪNO, m. Qui fuit Tribunus. *S. Greg. Ep.* 7, 115, *Ind.* 2. A Viatore, ex tribuno Hydruntinæ civitatis. (Etiam *Extribunus* hic latere potest.) || Ex tribunis, pl. Vid. in v. EX PROTECTORIBUS.

EX TRIĒRARCHO vel EXTRIĒRARCHUS, i, m. Qui fuit Trierarchus. *Inscr. Orel.* t. II, p. 130. D. M.... Domitiani extrierarch. classis Germ. || Ex trierarchis, pl. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 1031. D. M. P. Petroni Afrodisi ex trierarchis navarc.

EXTRINSĔCUS, a, um, adj. Exterior (gall. *extrinsèque*). *S. Greg. Ep.* 8, 40. Verum etiam de extrinseca subjectorum utilitate sciat esse sollicitum. *Bed. Vit. Cuthbert.* 16. Quia, interna Spiritus sancti consolatione, pressuras contemneret extrinsecas. *Johan. de Jan.* Ab *extra* derivatur Extrinsecus, ca, cum. Et est Extrinsecus, deforis, adverbium loci. — Hunc emorientis linguæ errorem injuria prætermisit *Cang.* Inde autem ortum declinationis monstrum, quia, apud philosophos, adverbium vice adjectivi fungebatur. *Boet.* p. 384. Extrinsecus tempora (scil. præteritum et futurum). *Id.* p. 381. In extrinsecus temporibus.

EXTRORSUM et EXTRORSUS, adv. In locum exteriorem. *Diomed.* p. 168. Adverbia in locum, ut : quo.... foras, introrsum, extrorsum, sinistrorsum, retrorsum. Eadem et per *s* litteram extremam efferuntur, ut : extrorsus, sinistrorsus, et cetera. *Gloss. Cyril.* Εἰς τὸ ἐξώτερον, extrorsum. *Onomast. lat. gr.* Extrorsum, ἔξωθεν. — Adverbia *extrorsum*, *extrorsus* non in scriptoribus comparere mirum est, quum frequentissima sint *introrsum*, *introrsus*.

EXTŪSUS, a, um, part. ab Extundo. *Gloss. Paris.* Extusa, ejecta.

EXŪBĔRANTER, adv. Abundanter. *Pseudo-Cassiod. Amic.* 27. Certum est quod meritis ejus æterna retributio exuberantissime respondebit.

EXUMBRIS, e, adj. Qui est sine umbra. *Gloss. Isid.* Ascios, exumbres.

EXUNDANTIA, æ, f. Exundatio, abundantia. *Ambr. Hexaem.* 2, 1. In quo (die) conditum cœlum, terram creatam, aquarum exundantiam, circumfusum aerem.... cognovimus. *Bed. De Temp. Rat.* t. II, p. 146. Hujus ratio saltus lunaris longa sui facit exundantia crementi lunam aliquoties majorem.

EXŪNO, as, are, a. Aduno. *Alcim. Avit. fragm.* p. 192. Sicut proprias in Trinitate personas solidat et exunat æqualitas. — Tria exempla participii *Exunatus* collegit *Cang.*

EX VĬCĀRIIS, m. pl. Qui fuerunt Vicarii. *Cod. Theod.* 1, 1, 5. Diodorus, Procopius.... Erotius, ex vicariis. *Ib.* 6, 22, 7, et passim. — *Ex vicario* est ap. *Forcell.*

F

FABEA, æ, f. Puella. *Gloss. Phil.* Fabea, παιδίσκη.

FABEUS, i, m. Puer. *Gloss. Phil.* Fabeus, παῖς.

FABRĒFĪO, is, ieri, p. Affabre fio. *Vulg. Exod.* 31, 4. Quidquid fabrefieri potest ex auro, etc. — Participium notissimum est.

FABRĬCŬLA, æ, f. Parva fabrica. *Cassiod. Var.* 8, 28. Juris proprii agellum, qui Fabricula nominatur, cum suo peculio causantur ablatum.

FĀBŬLĀRIUS, ii, m. Fabularum scriptor (gall. *fablier*). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 560. Fabulones vel Fabularii, fabularum inventores. Cf. *Cang.*

FĀBŬLO, onis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. S. German.* Fabulo, fabulas componens. Fabulones, fabularum inventores. *Gloss. vet. S. Genov.* Fabulo, qui multa loquitur, vel qui fabulas componit. *Gloss. Vatic.* VI, p. 524, et VII, p. 560; *Thom.* p. 242.

FĂCĒTO, as, are, a. Facetum reddo, exorno. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 453. Hunc prætexta nitens, illum diadema facetat.

FĂCIEM, vetuste pro Faciam, a verbo Facio. *Cato* ap. *Quint.* 1, 7, 23.—Cf. DICEM.

FĂCĬTERGIUM, ii, n. (facies, tergo). *Isid. Or.* 9, 26. Facitergium et Manutergium a tergendo faciem vel manus vocatur. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 2. Circa altare cum facitergio jacentem pulverem colligens. Et *Thom.* p. 239. De hoc fusius agit *Cang.*

FACTŬRIO, is, ire, n. Facere volo. *Onomast. lat. gr.* Facturio, δρασείω. Cf. *Cang.*

FÆCOR, oris, m. Fæcis odor. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 103. Fæcor, τρυγίας τοῦ οἴνου ὀδμή.— « Vox Lexicis addenda, » aiunt editores. Non tamen mihi ita liquet, quum prona sit conjectura *fetor*, de vino sæpius dictum. Porro in manuscripto scribitur *fecor*, non *faecor*.

FALLA, æ, f. Fallacia. *Non.* p. 109. Fallam, pro fallaciam. Novius Decumis : Me non vocavit; ob eam rem hanc feci fallam. *Gloss. Placid.* p. 462. Falla, fallacia, artificii subtilitas.

FALLĀCĬTAS, atis, f. Fallacia. *Gloss. Cyril.* Ἀπάτη, fraus, seductio, fallacitas.

FALLĬBĬLIS, e, adj. Fallax. *Gloss. vet. S. Genov.* Fallibilis (male Fallabilis), subdolus, insidiosus. *Gloss. S. German.* Fallibilis, subdolus, malitiosus, insidiosus, callidus, mendax. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 561. Fallibilis, subdolus, malitiosus, mendax, insidiosus. — Alio sensu habemus vocem *faillible.*

FALSĬFĬCO, as, are, a. Falso, adultero (gall. *falsifier*). *Onomast. lat. gr.* Falsifico, παρασφραγίζω. Cf. *Cang.*

FALSĬLŎQUAX, acis, adj. Falsiloquus, mendax. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 92. Falsiloquax pereunte fide, male doctus in arte. *Gloss. Paris.* Falsiloquax, mendax vel fictus. *Ibid.* Mendax, falsiloquax, infidus. *Gloss. Hildeb.* Mendax, falsi loquax (*sic*), infidus. (Ubi perperam scribit editor : « *Falsi loquax* distinguendum puto, quum *falsiloquus*, non *falsiloquax*, in usu fuerit. » Idem tamen sup. viderat in Glossario suo : « Falsiloquax, mendax. » Quia *maledicus* pervulgatum verbum est, non continuo pro monstro habendum v. *maledicax*. Invenitur etiam *magniloquax*.)

FALSŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Falsosum, circumventosum, deceptosum. *Gloss. Paris.* Falsosum, circumventum, deceptum. (Quod emenda ex loco præced.) *Gloss. S. German.* Falsosum, circumventum aut deceptum. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 524. Falsosum, deceptosum (male deceptum).

FĀMEN, inis, f. Affamen, affatus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 549. Oblectans rabidum, et per mollia famina mulcens. *Capel.* p. 336. Habes senilem, Marciane, fabulam, Miscella lusit quam lucernis famine Satura Pelasgo. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 1168. Triste medelifero recreabant famine pectus. *Onomast. lat. gr.* Famen, φάτις, βάξις. Cf. *Cang.*

FĂMESCO, is, ere, n. Esurio. *Alcim. Avit. Carm. ad Sor.* 738. Ora famescentum satiet qui dira ferarum. *Id. Carm.* 2, 18. Nulla famescentem fulcirent pabula vitam. (Sic vett. edd. Nunc autem, post *Sirmond.* Nullaque constantem, etc.) Cf. *Cang.*

FĀMĬGĔRŬLUS, m. Famigerator. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 561. Famigerulus, rumigerulus. *Gloss. S. German.* Famigerulus (male Famæ gerulus), famam annuntians : sic enim dicimus Rumigerulus.

FAMIX, icis, f. *Gloss. Pith.* Famix, contusio faucis. (Male contusio, fauces.) *Gloss. Isid.* Famix (male Famis), contusio faucis. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Famix, contusio frauces (*sic.*) Iterum *Gloss. Paris.* Contunsio famix frauce (leg. Famix, contunsio faucis). *Gloss. Cyril.* Θλάσμα, hic famex (*sic*).—Vox a *Furlan.* addita Lexico *Forcell.*, et aptis exemplis firmata. Quam tamen variis lectionibus male in dubium vocant.

FĂMŬLĀTŌRIĒ, adv. More famuli. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 7. Qui famulatorie amat, in prosperis erit amicus, adversarius in adversis.

FĂMŬLO, as, are, n. Antique pro Famulor. *Diom.* p. 360.

FARCĪTUS, a, um, part. a Farcio. (Gall. *farci.*) || Translate. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 22. Cujus (Augustini) aperta suavia sunt, obscura vero magnis utilitatibus farcita pinguescunt. — *Farcitæ epistolæ* sunt ap. *Cang.* in v. FARSIA.

FĂRĪNĀCEUS, a, um, adj. Qui e farina constat. *Pseudo-Aug. De Vita erem. ad Soror.* cap. 19. Unum habeant de oleribus vel leguminibus pulmentum, vel certe de farinaceis. (Ubi vox substantive usurpata : *des farineux.*) — Vocabulum quidem addidit *Bailey*, sed tantum ex *Gloss. Philox.*

FĂRIŎLUS, i, m. Hariolus. *Scaur.* p. 2252. Quem antiqui Fariolum (appellabant), nos Hariolum.

FARTRIX, icis, f. Quæ farcit. *Prisc.* p. 1272. Fartor, fartrix.

FASTĪDIŌSUM, adv. *Gloss. Plac.* p. 465. Fastidiosum renidens.... Fastidiosum vero pro fastidiose dixit, nomen pro adverbio; ut est : Torvumque repente Clamat. — Ignoti auctoris fragmentum.

FASTĪDĬTAS, atis, f. Fastidium. *Cassiod. Var.* 7, 1. Nec tamen spes vestra velut fastiditate deseritur. Cf. *Cang.*

FASTUŌSUS, a, um, adj. Fastosus (gall. *fastueux*). *Capel.* 6, p. 190. Vides igitur utrique feminæ quam insit fastuosa censura. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 245. Fastuosus, superbus, elatus, etc.— Quod tantum exhibebatur ex *Not. Tir.* Ceterum duplex forma in talibus frequens : *montosus* et *montuosus*, etc.

FĀTĀTUS, a, um, adj. Fatalis. *Mythog. prim.* p. 55. Fatatum erat quod, si Amphiaraus sacerdos in bello.... periret, Polynices victor esset.

FĀTIO, onis, f. Nomen deducit a v. Fari, nullo tamen dato exemplo, *Prisc.* p. 1250.

FĀTOR, oris, m. Qui fatur. *Prisc.* p. 1250.

FĂTUO, as, are, a. Fatuum reddo (translate), debilito, enervo. *Cassiod. Var.* 1, 39. Natura humana per otia fatuatur. Cf. *Cang.*

FĀTUS, us, m. Verbum, dictum. *Capel.* 6, p. 269. Me spatium admonuit jam claudere fatibus ora. — Deerat vocabulo auctoritas, allato incertissimo *Prudentii* loco, ubi *fastus* vera lectio videtur.

FĂVŌNIUS, a, um, adj. Spurius. *Isid. Or.* 9, 6. Eosdem (spurios) et favonios appellabant. Cf. *Cang.*

FĒCUNDĀTUS, a, um, part. *Alc. Avit. Epist.* 2. Hic (Gabriel) verbo Virginem fecundatam divini germinis promissione dotavit.

FELLEBREM, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Fellebrem, adhuc lætum viventem. (*Martin.* conj. *adhuc lacte viventem*, et di-

ctionem a v. *fellare* deducit.) — Vid. desperatum *Solini* locum ap. *Forcell.* Cf. et *Cang.* in v. FELIBRIS.

FELLĬCŬLA, æ, f. Cholera. *Isid. Or.* 4, 5. Unde et cholera, id est fellicula, nominata est, hoc est fellis effusio. Cf. *Cang.*

FĔMOR, oris, n. Femur. *Phoc.* p. 1695. Hoc æquor, hoc robor. Quidam et Hoc femor rationabiliter annumerant. (Quod idem innuit *Quint.* 1, 6, 23. Ideoque *jecur* et *femur* controversiam fecerunt.)

FĔNESTRELLA, æ, f. Fenestella, fenestrula. *Pallad.* 1, 24. Fenestellæ (*sic*) brevissimæ fient. (Sed *Schneid.* refert var. lect. *fenestrellæ.* Utramque agnoscit *Forcell.*, priorem probat.) *Onomast. lat. gr.* Fenestrella, θυρίδιον. *Thom.* p. 213. Fenestra; unde hæc Fenestrella. Cf. *Cang.*

FĒRĀLISSĬMUS, a, um, adj. superlat. *Salv. Contr. Avar.* 1, 7. Pessimum et feralissimum morbi genus.

FĔRASCO, is, ere, n. Ferus fio. *Gloss. S. German.* Ferascit, ferum facit (imo ferus fit). *Gloss. Paris.* Ferascit, ferrum (*sic*) facit.

FĒRIĀTIO, onis, f. Festivitas. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 24. Non tamen perit sabbati feriatio.

FERRO, as, are, a. Ferro munio (gall. *ferrer*). *Onomast. lat. gr.* Ferro, as, σιδηρόω.

FESCENNĪNĬCŎLA, æ, m. f. Qui vel Quæ gaudet fescenninis. *Sid. Paneg.* 10, 20. Parare carmen Fescenninicolæ jubes Diones.

FĒSLÆ, arum, f. pl. Antique pro Feriæ. *Paul.* ex *Fest.* (in *R* pro *S*).

FESTĀLIS, e, adj. Festus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Festalis dies, sollemnis. || Substantivum nomen. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Festalia, dies festa. — *Festaliter* est ap. *Cang.*

FESTĪNĀTĒ, adv. Festinanter. *Gloss. Placid.* p. 445. Festinate, cito, adulto. Et est adverbium.—De verbo dubitat *Forcell.*, positivum ignorans.

FESTĪNĒ, adv. Festinanter. *Cassiod. Var.* 3, 40. Festine tamen remedia vestræ utilitatis adspeximus. — Vocem ut incertam exhibet *Forcell.*, quum unicus *Ciceronis* locus parum lucis afferat.

FESTĪVĬTĀTŬLA, æ, f. Parva festivitas. *Alcim. Avit. Ep.* 79. In die susceptæ festivitatulæ nostræ.

FIBRĪNUM, i, n. *Isid. Or.* 19, 27. Fibrinum lana est animalium quos fibros vocant. (Vulgo *quæ.* Sed *quos* exhibet *Gloss. S. German.*, locum exscribens.)

FĪCĀRIUM, ii, n. Fiscella ficuum capax. *Gloss. Cyril.* Συκηφορεῖον, ficarium, fiscella.

FĪCĀRIUS, ii, m. Qui ficus vendit. *Aug. De Morib. Manich.* c. 19. Sanctus ad cujus disputationem in ficariorum vicum ventitabamus. Cf. *Cang.*

FICTĬLIS, e, adj. Ficticius. *Prisc.* p. 1331. Species narrationis quatuor sunt, fabularis, fictilis, historica, civilis. — Notissimi verbi ignotus sensus.

FĪCŪLNEA, æ, f. Ficus (arbor). *Vulg. Jerem.* 8, 13. Et non sunt ficus in ficulnea. *Ibid.* sæpius. *Ambr. Hexaem.* 3, 14. Ficulneæ quoque folium quadrifida interscinditur divisione. *Sedul.* 3, 389. Confestim viduata suis ficulnea succis. *Alc. Avit. Carm.* 3, 12. Umbrosis propter stabat ficulnea ramis. *Ven. Fort.* 5, 1, 33. Imponenda focis sine spe ficulnea tristis. *Thom.* p. 244. Ficulnea, arbor fici.

FĪENDUS, a, um, adj. Faciendus, adventurus. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Fiendum, faciendum. *S. Greg. Ep.* 2, 6. Et nos, quod fiendum sit, matura subinde deliberatione disponemus. *Ib.* 2, 7. Quæ a nobis prædicti filii nostri fienda expostulant. *Ib.* 10, 11. Et quæ fienda mandet. *Commod.* 76, 15. In prece fienda, ut fiant silentia vestra. Cf. *Cang.*

FĪGĀTUM, i, n. Ficatum (ital. *fegato*, gall. *foie*). *Gloss. Paris.* Jecor, epar, id est figatum. *Plin. Valer.* 1, 3. Figatum perdicis cum felle. Cf. *Cang.* in v. FEGATUM.

FĬGŪRĀLIS, e, adj. Qui figuram habet. *Cassian. Cœnob. Instit.* 8, 3. Lineamenta membrorum, quæ tanquam de homine figurali et composito describuntur.

FĪLĀTUS, a, um, part. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 79. Birrosus, grosse filatus. *Ibid.* p. 234. *Cang.* citat : Aurum filatum.

FĪLO, as, are, a. Neo (gall. *filer*). *Gloss. Paris.* Nent, filant. Neverant, filaverant. Neunt, filant. (*Neunt* in Glossariis passim inveniri, semel monitum sit.) Verbum etiam exhibent *Gloss. vet. S. Genov.*; *Gloss. Vatic.*

t. VI, p. 335, et t. VII, p. 570; *Thom.* p. 234 et 381. — Quod quidem affert *Forcell.*, nulla subjecta auctoritate, et remittit ad v. EFFILO. || Translate. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 112. Turgida plaga necem vomuit de vulnere filans.

FĬMUS, i, n. Fimus (m.). *Ser. Samm.* v. 605. Sive palumborum capitur fimus acre ferorum.

FĪMUS, m. Vid. PHIMUS.

FĪNĀLĬTAS, atis, f. Terminatio. *Eutych.* p. 2143. Alter (liber) indicio finalitatis speciales exsequitur regulas. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 246. Finalitas, terminatio.

FĪNĀLĬTER, adv. Usque ad finem. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 60. Longa est (caritas), quia finaliter perseverat. Cf. *Cang.*

FĪNĪTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Prisc.* p. 1076. Et prima quidem et secunda persona verborum.... non egent pronominibus, quippe quum sint finitissimæ.

FIRMĀTRIX, icis, f. Quæ firmat. *Corip. Laud. Justin.* 2, 16. Et cœli liquidos firmatrix condidit ignes (sapientia).

FISCLUM, i, n. *Isid. Or.* 20, 14. Fisclum, quasi fisculum, a colando oleum dictum, vel quasi fiscella olei. (Quod idem exscriptum in *Gloss. S. German.*)

FISTŬLO, as, are, n., et FISTŬLOR, aris, ari, d. Sibilo, vel tibia cano. *Onomast. lat. gr.* Fistulo, συρίζω. *Gloss. S. German.* Fistulor, subilo (*sic*). Fistulor, sibilor (*sic*). Fistuibat (l. Fistulabat), sibilabat. *Gloss. Paris.* Fistulor, sibilor (*sic*). *Gloss. vet. S. Genov.* Fistulor, sibilo. Cf. *Cang.*

FIXĒ, adv. Stabiliter, firme. *Cassiod. Var.* 2, 16. Quum judicia divina fixe sustineret. *Id. Fragm.* ap. *Mai.* t. III, p. 353. Quod si fixe atque inviolabiliter credimus. Cf. *Cang.* — Non nisi comparativus memoratur a *Forcell.*

FIXUS, us, m. Fixio. *Gloss. Cyril.* Πῆξις, fixus, fixio. — Inde minus vocem hanc mireris, quam ex *Itin. Alex.* addidit *Bailey.*

FLĂBELLŬLUM, i, n. Parvum flabellum. *Ter. Eun.* 3, 5, 50. Qui esset status, flabellulum tenere te asinum tantum. — Vocem *Forcell.* temere in dubium vocat, variam lectionem referens *flabellum*, quam in quibusdam editionibus video. Illa autem unice vera, ut metri ratio constet. Nec obest quod Noster dictionem *flabellum* proxime usurpet.

FLADO vel FLATO vel FLANTO, onis, m. Placentæ genus (unde gall. *flan*). *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 15. Quæ in mensa sub fladone segalicium panem absconsum et hordeaceum manducabat. *Ibid.* 21. Cf. *Cang.* in v. FLANTONES.

FLAGRĀTOR, oris, m. (flagrum). Lorarius. *Gloss. Placid.* p. 463. Flagratores, qui flagris conducti cædunt. — Inde corrigenda quæ sequuntur. *Fest.* Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cædebantur (leg. cædebant). *Thom.* p. 243. Flagratores (male Flagiatores), qui pro mercede cædebantur (l. cædebant).

FLAGRĀTUS, a, um, part. Crematus. *Gloss. Philox.* Flagro, flagratus sum, καίομαι. — *Deflagratus* notum est Ennii vocabulum. Cf. MIGRATUS.

FLĀMĬNĬCUS, i, m. Flamen. *Gloss. Cyril.* Ἱερεὺς Καίσαρος, flaminicus, Salius, flamen. — Cujus femininum est *Flaminica.*

FLAMMĬGĔRANS, part. Vid. v. seq.

FLĀMMĬGĔRO, as, are, n. Flagro. *Ambros. In Luc.* 7, 12. Ignis ille divinus, qui flammigerabat in ossibus prophetarum. *Id. In Psalm.* 118, *Serm.* 18. Et erat ignis flammigerans in ossibus meis. (Hoc idem legitur apud Nostrum, *Ep.* 6, 38.) — In allato a Lexicis exemplo verbum incertum est.

FLĀMŌNIUM, ii, n. Flaminis munus. *Sid. Ep.* 5, 7. Hi sunt qui invident tunicatis otia.... prædia provincialibus, flamonia municipibus, etc. (Quod recte exponit *Sirmond.*, laudata una inscriptione. Ne vox rarior videatur, sequentia subjeci.) *Inscr.* ap. *Grut.* p. 195 et 254. Flamonii honos. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1730. Statuam, quam ob honorem flamonii perpetui restituit idemque dedicavit. *Ibid.* n. 1428 et 1824 et 3096. (Et *ibid.* sæpius compendiose scriptum.) *Gloss. vet. S. Genov.* Flamonium, pontificalis honos apud paganos. Cf. *Cang.* in v. FLAMINIUM.

FLASCO, onis, m. (φλάσκων ap. *Hesych.*). Flasca vel phlasca (gall. *flacon*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 245. Flascones, vasa vinaria. *Ib.* p. 262. Cf. *Cang.*

FLATELLÆ, arum, f. pl. *Gloss. Placid.* p. 463. Flatellis, sordium glomusculis.

FLATO, onis, m. Vid. FLADO.

FLĀTOR, oris, m. Tubicen. *Gloss. Placid.* p. 463. Flatores, tubicines, a flando.

FLĀVIOR, us, adj. compar. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 31. Alius procerior, alius fuscior, alius flavior.

FLAXO, as, are, n. *Gloss. Placid.* p. 462. Flaxare, vigilias circumire. Et *Gloss. Pap.*

FLĒMEN, inis, n. *Prisc.* p. 691. Numen, numinis; flemen, fleminis. — Quod nomen plurali numero tantum exhibent Lexica.

FLEXUŌSĬTAS, atis, f. Flexus. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 342. Lapis qui flexuositatem limitis ostendit. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 245. Flexus, flexuositas.

FLŌRĀLIS, e, adj. Floreus. *Gloss. S. German.* Floralis ager obtimus. (Item inf. in corrupto lemmate : *Foralis.*) *Gloss. gr. lat.* ap. *Cang.* Ἄνθινος, floralis.

FLŌRĀRIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 243. Floretum, florarium, locus ubi flores crescunt. — *Floriarium* in Lexica invexit *Bailey*, ex *Zenone Veron.* Vocem non probo; nam *Flos, florarius*, ut *Ros, rorarius.*

FLŌRĒTUM, i, n. *Gloss. Hildeb.* Floretum, virectum. *Gloss. Paris.* Floredum (*sic*), virectum. (Et vid. in v. præced.)

FLŌRĬDO, as, are, n. Floreo. *Onomast. lat. gr.* Floridare, ἀνθεῖν. Et *Gloss. Pap.*

FLŌRIO, is, ire, n. Floreo (gall. *fleurir*). *Arn. In Psalm.* 71. Ergo in illa altitudine floriet fœnum. *Id. In Psalm.* 102. Qui, sicut flos agri, ita floriet. Cf. *Cang.*

FLŌRŌSUS, a, um, adj. Floridus. *Ven. Fort.* 5, 6, 7. Una fovens ambos florosa sede voluptas.

FLŌRUS, a, um, adj. Floridus. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 12, 605 (flavos Lavinia crines Et roseas lacerata genas). Antiqua lectio *floros* habuit, id est florulentos, pulchros : et est sermo Ennianus. *Gargil. De Persic.* ap. *Mai.* t. I, p. 402. Sed Armenia, vel præcoqua peculiariter, prunis insita, floriora sunt. *Gloss. S. German.* Floros (male Flores), florentes. — Tribus incertis locis allatis, auctoritate vox carebat ap. *Forcell.* Sed Ennii nomine haud dubie commendatur.

FLUCTĬCŬLUS, i, m. Parvus fluctus. *Apul. Apol.* p. 474, ed. *Oudend.* Pleraque in littoribus omnibus congestim et acervatim jacent, et sine ullius opera, quamlibet leviter motis flucticulis ultro foras evolvuntur. *Diom.* p. 312. Fluctus, flucticulus; porticus, porticula. Et *Prisc.* p. 613.

FLUĬTAS, atis, f. Fluor, fluida natura (translate). *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 48. Sicut in suaviloquio non est fluitas omittenda. || Fluxa natura. *Schol.* ad *Juv. Sat.* 1, 29. Docet poeta multam his esse fluitatem gloriæ.

FLUĬTĀTIO, onis, f. Fluctuatio. *Incerti Carm. Laud. Dei*, 25. Accidat informis fluitatio dissociatis (organis).

FLŬVIŎLUS, i, m. Parvus fluvius. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 19. Ab aquilone vero alius fluviolus venit. *Thom.* p. 226. Hic fluvius; unde hic fluviolus. — In recentiore exemplo *Cang.* exhibet *Fluviola*, f.

FŎCĀRIS petra, f. Pyrites. *Isid. Or.* 16, 4. Hunc (pyriten) vulgus focarem petram vocat. Cf. *Cang.*

FŎCŬLO, as, are, a. *Non.* p. 9. Focula dicta sunt nutrimenta; unde et Foculare dicitur, ut fovere. *Onomast. lat. gr.* Foculo, τιθηνέω. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 241. Foculare, nutrire, fovere.... alere, focillare. *Ib.* p. 384. — Locum *Nonii* fulcire mihi libuit, et notare *Forcellini* interpretationem : « Calorem foculo restituere, » quam non agnoscunt grammatici.

FŒDĔRĀTIO, onis, f. Fœdus, vinculum. *Hier. Ep.* 2, 9, *De Vitand. susp. Contub.* Vincula naturæ, secundaque post Deum fœderatio. *Cassiod. Var.* 2, 39. Elementa mirabili conjungi fœderatione. Cf. *Cang.* — Inde gall. *fédération.*

FŒDĔSUM, vetuste pro Fœderum. Vid. ASENA.

FŒNUGRÆCUM, n. Fœnum græcum (gall. *fenugrec*). *Gloss. Cyril.* Τῆλις, fœnugræcum. *Gloss. Philox.* Fœnugræcum, τῆλις.

FŒTĬDISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. De Morib. Manich.* c. 16. In iis quæ animalium carnibus fœtidissima. *Faustin. Libel. Prec.* p. 19. De spiritu diaboli fœtidissimis membris digna hæc sepultura. (De Arrio dictum.)

FŒTŬLENTIA, æ, f. Odor fœtidus. *Gloss. Isid.* Lustramentum, fœtor, putor, oletum, fœtulentia. *Ib.* in v. OLACITAS.

FOLLESCO, is, ere, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 212. Inde Hic folliculus, et Follesco, is, id est inflari (male inflare). — Quod verbum addidit *Furlan.* ex *Not. Tir.*

FOLLĬCO, as, are, n. Effeminate incedo. *Onomast. lat. gr.* Follico, διασαλακωνίζω.

FŌMENTĀTUS, a, um, part. *Cæl. Aur. Acut.* 2, 12. Nocent etiam succi frigidi, ut hederæ, fomentati, atque capiti impositi.

FŌMENTUM, i, n. *Val. Max.* 8, 1, *absol.* 3. Ad pedes se Memmii supplex prostravit; inde aliquod fomentum procellæ petens unde, etc. *Thom.* p. 212 et 240. — Singularis numeri nullum exemplum *Forcell.* refert.

FŌMĬTO, as, are, a. Fomites admoveo. *Gloss. Plac.* p. 463. Fomitat, fomitibus exassulat. (Sic bene *Furlan.*, pro *formidat*, *formidibus*. Idem consulere jubet *Festum* in v. DEFOMITATUM.)

FONTĀLIS, e, adj. Fontinalis. *S. Optat. De Schism. Donat.* 3, p. 49. Hic est piscis qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur. Cf. *Cang.*, qui vocem proprie et translate usurpatam exhibet.

FONTIUS, a, um, adj. Fontanus. *Pomp. gr.* p. 107. Varie invenimus *fontius* et *fontanus*, *montius* et *montanus*.

FŎRĀLIS, e, adj. Forensis. *S. Greg. Ep.* 1, 60. Ut foralis illi inquietudo submoveri debeat. *Ibid.* 1, 67. A litigiis foralibus monachos submovere.

FŎRASTĬCUS, a, um, adj. *Gloss. Plac.* p. 463. Forasticas, exteriores. Cf. *Cang.*

FORFĬCO, as, are, a. Forfice seco. *Gloss. Cyril.* Ψαλίζω, forfico.

FORMASTRUM opus, n. In quod formæ adhibentur. *Gloss. Plac.* p. 463. Formastro opere pistorio. (Forte : Formastro opere, opere pistorio. Scil. *pâtisserie faite dans un moule.*)

FORMENSIS vel FORMĒSIS, e, adj. Ubi formæ insunt vel aquæductus. *Chart. Cornet.* (an. 471) ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Quam certum est formesia (al. formensia) prædia sustinere. — Cf. *Cang.* in v. FORMA, n. 12.

FORMĪCOLEŌN, m. Insecti genus (*fourmilion*). *Isid. Or.* 12, 3, 10. (Quem locum exscribit *Gloss. S. German.*)

FORMĬTAS, atis, f. Forma. *Isid. Or.* 6, 17. Carmina simplici formitate facta.

FORMŌSO, as, are, a. Formosum reddo. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, *sub fin.* Fœdera fida fides formosat, fœda fidelis. — Sic Noster dixit *facetare*.

FORNĬCO, as, are, a. Camero (*voûter*, *cintrer*). *Onomast. lat. gr.* Fornico, καμαρόω. *Plin. H. N.* 16, 81, 2. Cetera omnia inferiora pandantur; palma econtrario fornicatur. (Sic pars librorum et aliquot editores. Idem vidi in Ed. Rom. 1470. Alii codices, et ed. Ven. 1469, *fornicatim*; quod exhibent *Harduin.* et optimæ editiones. Illud tamen damnare nolim; siquidem *fornicātus* vulgatum verbum est, et *fornicatim* ne unius quidem glossarii auctoritatem præ se fert. Adde quod solus Noster verbum *camerare*, eodem sensu, usurpavit.)

FORTĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Rustic. Help. Hist. Test. Vet. et Nov.* v. 12. Fortificata fides vincit tot crimina vitæ.

FORTŪNĀTŬLUS, a, um, dimin. ab adj. Fortunatus. (Nomen proprium est *Fortunatula* in *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4083.)

FOSSŌRIUM, ii, n. Ferramentum ad fodiendum. *Isid. Or.* 20, 14. Fossorium vocant quod foveam faciat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 229. Fossorium, ligo cum quo foditur. *Ib.* p. 627. Besca, fossorium. *Gloss. Paris.* Ligones (imo Ligo), fossorium. Cf. *Cang.*

FOSSŌRIUS, a, um, adj. Aptus ad fodiendum. *Isid. Or.* 20, 14. Sarculum ferrum fossorium est. (Sic vulgo. Quod tamen prætermittit ed. *Lindem.*) *Ib.* 19, 20. Ex una parte acuta est, ex altera, fossoria.

FOSSRIX, icis, f. Quæ fodit. *Char.* p. 30. Fossor, fossrix.

FŎVĒLA, æ, f. Remuneratio. *Tert. Anim.* 7. Incorporalitas est immunis a pœna et a fovela.

FRACTICIUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 242. Fracticius, qui cito frangitur. Cf. *Cang.*

FRACTUS, us, m. Fractio. *Auct.* in *Anal. gram.* p. 437. Accitu, metu, fractu, etc.

FRAGRANTIA, æ, f. (A *Forcell.* laudatur *Val. Max.* Ne autem semel dictum putent, nonnulla addidi.) *Vulg. Gen.* 27, 27. Ut sensit vestimentorum illius fragrantiam. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *ante med.* Et vini odoriferi sola fragrantia

suscitatur sæpius animus. *Bed. De Subst.* t. II, p. 308. Myrrham, aromatum fragrantiam, postremo etiam decoros hominum quorumdam vultus. *Thom.* p. 237. Hæc fragrantia, æ. *Gloss. Cyril.* Ὀσμὴ καλή, odor, fragrantia. || Translate. *Hier. Ep. Hedibiæ* (t. IV, p. 184). Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo, et prædicationis nostræ longe lateque spirat fragrantia. *Ambr. In Luc.* 6, 7. Bonorum fragrantiam morum justorumque factorum effudit unguentum. — Quum Angli vocem retinuerint (*fragrance*, *fragrancy*), eam pervulgatam fuisse, minime dubitandum.

FRAGRANTIOR, us, adj. compar. *Isid. Or.* 14, 3, 45. Unde crocum plurimum et optimum venit, spiramine fragrantius, et colore pulchrius aureo. (Sic enim emendo vulgatam lectionem *flagrantior* vel *flagrantius;* quid enim sibi vult *flagrans spiramine?* Et arripui adj. *aureo*, quod exhibet *Arev.*, pro nomine *auro*, unde *flagrans* perperam invectum est.)

FRANCISCA, æ, f. Genus securis bellicæ (*francisque*). *Isid. Or.* 18, 6. Quas (secures) et Hispani, ab usu Francorum, per derivationem franciscas vocant. Cf. *Gloss. Pap.* et *Cang.*

FRĀTELLUS, i, m. Dimin. a v. Frater (ital. *fratello*). *Scaur.* p. 2252. Capra, capella; frater, fratellus.

FRĀTRISSO, as, are, et FRATRIO, as, are, n. Frater sum, fraterne ago (gall. *faire la paire*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 236. Fratrissare, fratri assimilari, id est insimul oriri, ut unus non excedat alium. *Id.* p. 245. Fratrissare, fratri assimilari, quod et Fratrare dicitur. *Gloss. Placid.* p. 463. Fratrarent, turgerent, pubescerent. (Falsa sane interpretatio, etsi legimus apud *Festum :* « Sororiare mammæ dicuntur puellarum quum primum tumescunt, ut Fraterculare puerorum. » Nempe *fratrare* et *sororiare* « simul crescere » significant.)

FRAUDĀBĬLIS, e, adj. Qui fraudat. *Cassiod. Var.* 1, 37. Si oblatæ petitionis minime sis veritate fraudabilis. — *Fraudabiliter* est ap. *Cang.*

FRAXĬNĒTUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 242. Fraxinetum, locus ubi fraxini concrescunt.

FREDUM, i, n. Mulcta quæ fisco solvebatur (germ. *friede*, pax). *Chart. Chlodov.* (an. 497) ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 32. Nec freda exactanda præsumat. *Ibid. Diplom. Chlodov.* p. 36. Et *Gloss. Pap.* Freda, id est bannum. Cf. *Cang.*

FRĒNĬCŬLI, m. pl. Vid. v. seq.

FRĒNUSCŬLI, orum, m. pl. *Isid. Or.* 4, 8. Frenusculi, ulcera circa rictum oris, similia his quæ fiunt jumentis asperitate frenorum. (Iidem vocantur *Freniculi* in *Gloss. Vat.* t. VI, p. 525.)

FRICTUS, us, m. Frictio. *Capel.* 7, p. 271. Frictuque palmulari Madida retergit ora. (Male vulgo *detergit.*) — Quod laudandum fuit iis qui ap. *Juven.* 6, 322, *frictum* anteposuerunt. *Rupert.* et *Forcell.* probant *fluctum;* equidem alterum malim.

FRIGDEO et FRIGDESCO, n. Frigeo, frigesco. *Gloss. Paris.* Frigduit, alsit. Frigdent, frigdescunt. Etiam *Gloss. Pap.*

FRIGDOR, oris, m. Frigus (corporis). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 562. Frigdor, frigus, frigidum. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 546. Torpor, frigdor. Cf. *Forcell.* (in v. FRIGOR) et *Cang.* — Inde gall. *froideur.*

FRĪGEFĂCIO, is, ere, a. Frigidum facio. *Boet. In Porphyr.* 3, p. 189. Calefacere enim et frigefacere contraria sunt, et calefieri et frigefieri. *Id.* p. 190 et 450. *Onomast. lat. gr.* Frigefacio, ψύχω. — Mirum sane quod iterativum *frigefactare* exstaret, omissa prima figura *frigefacere.*

FRĪGĬDĬTAS, atis, f. Frigus. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 173. Affectiones facile mobiles et cito permutabiles, ut calor et frigiditas. || Perfrictio. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Generatur (cephalæa) sæpius perfrictione, aut frigiditate, etc.

FRĪGŎRĬTĬCUS, a, um, adj. Febriens. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 20. Itidem frigoriticus qui venisset, aut languidus.

FRIXO, as, are, a. Freq. a Frigo. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 11. Vapore nimio tanquam frixantes (partes) densamus.

FRIXUS, a, um, part. a Frigo (gall. *frit*). *Isid. Or.* 20, 2. Frixum, a sono dictum, quando ardet in oleo. — Vocis, quam loco suo omittit, exempla habet *Forcell.* in v. FRICTUS.

FRONDO, as, are, n. Frondeo. *Onomast.*

lat. gr.. Frondeo, φυλλοφυῶ. Frondo, as, φυλλοφυέω. *Cangius* : « Gloss. lat. gall. S. German. Frondare, *feuilleter, faire feuillu.* » — Barbarum verbum exstitisse, ostendit iterativum *Frondico*.

FRONDĬTUM, rarissimum supinum a v. Frondeo. *Prisc.* p. 868.

FRONTISPĬCIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 244. Frontispicium, frontis inspectio. Cf. *Cang.*— Nomen habemus, sed alio sensu, *frontispice.*

FRONTŬŌSUS, a, um, adj. Frontosus. Cf. *Cang.* (Vocem *Frontuosior* notavi ex *S. Cæsar.* Locus autem non præsto est. Ceterum *Frontosus* et *Frontuosus*, ut *Montosus* et *Montuosus.*)

FRUĀLĬTAS, atis, f. Actus fruendi, gaudia (conjugalia). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3958. Conjugi, cum qua vita jucunda, conversatio religiosa, frualitas honesta, fides cum disciplina exacta est.

FRUCTESCO, is, ere, n. Fructus fero. *Victor. Carm. de Genes.* 1, 85. Quas (terras) vario raptim jussas fructescere fetu Luxuriosa novo texerunt germina limo.

FRUCTUŌSĒ, adv. Cum fructu. *Isid. Or.* 6, 19. Quæ ideo fructuose penes Ecclesiam fiunt quia, etc. *Alcim. Avit. fragm.* p. 168. Fructuose miserenti Deo pro sanitate luminum supplicari. *S. Cæsar. Homil.* 2, p. 13. Quia semper illam (pœnitentiam) fructuose et fideliter egit. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 77. De quo fructuose dicere possint. — Positivi gradus nullum exemplum suppeditat *Forcell.*

FRUCTŪRUS, a, um, part. fut. *Gloss. Paris.* Fructurus, fruiturus.— *Fructus sum* exemplis nititur vel ap. *Forcell.*, et auctorem habet *Prisc.* p. 883.

FRUĬTIO, onis, f. Actus fruendi, usus. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 38. Sic electione charitas inchoatur, exercetur motu, fruitione perficitur.

FRŪMENTĬFER, era, erum, adj. Frumento ferax. *Junior, Orb. Descr.* p. 402. Sequitur Calabria, frumentifera in omnibus bonis.

FRŪMO, is, ere, n. Vescor. *Isid. Or.* 17, 3. Frumenta vel fruges a frumendo, hoc est a vescendo, dictæ. Et in *Gloss. Pap.*

FŪCĀTIO, onis, f. Fucus, fucata ornamenta. *Ennod. Ep.* 2, 4. Ita nescis alicui blanda sermonum fucatione deludere.

FŬGĬBĬLIS, e, adj. Fugiendus. *Boet. Arist. Top.* 3, 1, p. 680. Quod per se est causa mali, fugibilius est eo quod per accidens. *Ib.* 3, 2, p. 681.

FŬGĬTĪVŌSUS, a, um, adj. Fugitivus. *Gloss. Cyril.* Φυγάς, fugitivus, fugitivosus. || Fugiendus. *Gloss. Cyril.* Φευκτός, fugitivosus. (Non facile duplex sensus ita eidem vocabulo tribuitur.)

FULCRĀLIA, ium, n. pl. *Gloss. Isid.* Fulcralia, lecti ornamenta.

FŪLĪNA, æ, f. *Gloss. Isid.* Fulina, coquina. *Thom.* p. 211. Fulina, culina. Et *Johan. de Jan.*

FŪLĪNĀRIUS, ii, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 241. Fulinarius, coquus.

FULVĬDUS, a, um, adj. Fulvus. *Cassiod. Var.* 9, 3. Ubi fulvidum metallum reperitur (scil. aurum). *Isid. Or.* 19, 6. Carbones ex pruna fulvida nigros facit. (Alii leg. *fulgida.*) *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 562. Fulvidus, rubeus. (Quod additur *impetuosus* pertinet ad vocem *Fluvidus.*)

FŪMASCO, is. Vid. FUMESCO.

FŪMĀTIO, onis, f. Fumi exhalatio. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 4. Odoribus tetris adhibitis, et fumationibus.

FŪMĀTOR, oris, m. *Inscr. Orel.* t. II, p. 440. Collegium fumatorum. (Hi videntur esse, ait *Furlan.*, qui fumo vina condire solebant.) || Translate. Qui fumum vendit, deceptor. *Porphyr.* ad *Hor. Epist.* 1, 2, 28. Nebulones sunt homines callidi et fumatores mendacesque, dicti a nebula, quod obscuri sunt. (Quam vocem *Sidonio* tribuit *Bailey*, locum, ut solet, prætermittens.)

FŪMĀTUS, a, um, part. Fumo nigrans. *Gargil.* ap. *Mai.* t. III, p. 426. Membrana quæ ossibus (palmarum) inerit, scissa labia glutinat; carbonibus fumata, extrahit (male extrahunt) partum. *Non.* p. 548. Impluviatus color, quasi fumato stillicidio implutus. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 562. Fumata, fumo plena.

FŪMESCO, is, ere, n. Fumum reddo. *Isid. Or.* 17, 8. Tus igni impositum ardescit, resina fumescit. — *Fumasco* legitur ap. *Thom.* p. 211.

FŪMĬGĀBUNDUS, a, um, adj. Fumo ple-

nus. *Vulg. Sap.* 10, 7. Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra. *Thom.* p. 241. Fumigabundus, fumidus, fumo plenus.

FŪMĬGER, era, erum, adj. Fumeus. *Ennod. Ep.* 5, 8. Fumiger hic patulis Aponus fluit undique venis. Et est ap. *Cang.*

FUNDĬBĀLISTA, æ, m. Fundibalus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 225.

FUNDĬBŬLĀRIUS vel FUNDĬBŎLĀRIUS, ii, m. Qui funda utitur. *Vulg.* 4. *Reg.* 3, 25. Circumdata est civitas a fundibulariis. (Nec semel in *Vulg.*) — *Glossas* tantum huc arcessit Lexic. *Forcellinian.*, amplificante *Bailey.*

FŪNĔRĀLIS, e, adj. Funereus. *Onomast. lat. gr.* Funerale, ἐπικήδειον. Cf. *Cang.*

FŪNESTĀLIS, e, adj. Funestus. *Aug. Serm.* ap. *Mai. Nov. Patr. Biblioth.* t. I, p. 2. O muneratio deceptrix et præmium funestale!

FUNGĬDUS, a, um, adj. Fungosus. *Gloss. Cyril.* Σομφός, ὁ χαῦνος καὶ παχύς, fungidus, fungosus. — Inde auctoritas *Notis Tiron.* accedit.

FUO, is, ere, n. Sum. *Gell.* 19, 8. Item *fuere*, inquit (Lævius), *impendio infit*, id est, Impense fieri incipit. — Nihil vulgo citatum, præter subjunctivum *fuat.*

FURCULA, æ, f. *Prisc.* p. 610. Furca, furcula. — Proprium sensum nullo exemplo confirmat *Forcell.*

FURFŬRIO, onis, m. Avis quædam, ex eo dicta quod furfuribus pascitur. *Isid. Or.* 12, 7, 72.

FUSCĀTIO, onis, f. Actus fuscandi. ‖ Translate. Denigratio, detractio. *Gloss. Philox.* Fuscatio, κατάγνωσις.

FŪSIM, adv. Fundendo; passim. *Onomast. lat. gr.* Fusim, χύδην. *Gloss. vet. S. Genov.* Fusim, passim.

FŪSOR, oris, m. Qui fundit. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 312 (de Versario). Fusor aquæ simul, et fulgenti lumine Pisces. — In Lexicis non, nisi de metallorum conflatore, dicitur.

FUSTĪGO, as, are, a. Fuste plecto (gall. *fustiger*). *Cod. Theod.* 9, 29, 2. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit.... fustigetur. — *Forcell.* unicam auctoritatem exhibet *Gloss. Philoxen.* Cui addi potest *Onomast. lat. gr.* Fustigo, μαστίγω (sed l. μαστιγόω seu μαστίζω).

FUSTUĀRIUS, a, um, adj. Ad fustem pertinens. *Cassiod. Var.* 4, 10. Fustuario supplicio vindicetur. *Ib.* 8, 33. Fustuaria ultio. *Id.* passim. *Novell. Majorian.*, *tit.* 4. Fustuario supplicio subditos. Cf. *Cang.*

FUSVUS, a, um, adj. Antique pro Furvus. *Scaur.* p. 2252 et 2258.

G

GABBARES, m. pl. *Gloss. Isid.* Gabbares (male Galbares), mortuorum condita corpora. *Gloss. Pith.* Galbares, mortuorum condita corpora. Calvares supra. (Hæc autem dictio in loco citato desideratur.) *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 525. Gabbares, mortuorum condita corpora. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Gabarus, insulsus, barbarus : unde Gabares mortuorum. *Gloss. Paris.* Gabarus, insulsus, barbarus : unde Gabares mortuorum condita corpora. Conf. *Cang.* in v. GABBARA.

GALAMACUS. Vid. CALAMAUCUS.

GALBARES. Vid. GABBARES.

GALLĀRIUS, ii, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Gallarius, cerdo. Cf. *Cang.* — *Gallarius* dictus quod *galla* utitur. Nota est sutoris responsio : *Gallam subigo*, quæ ap. *Plin.* et *Macrob.* Vid. *Forcell.*

GALLIAMBĬCUS, a, um, adj. Ad galliambum pertinens. *Mar. Vict.* p. 2543. Ut hoc galliambicum, quod solutione complurium syllabarum compositum est. Adde *Serv. Centim.* p. 1826.

GALLĬCA, æ, f. Abies. *Isid. Or.* 17, 7, 32. (Alii leg. *gallicam*, alii *gallicum.*)

GALLĬCĀRIUS, ii, m. Sutor qui gallicas conficit. *Hieron. Præf. Reg. S. Pachom.* 4. Sarcinatores, carpentarii, fullones, gallicarii.

GALLĬCŬLÆ, arum, f. pl. Parvæ gallicæ (*galoches*). *Hier. Reg. S. Pachom.* 101. Habens galliculas in pedibus. Cf. *Cang.*

GALLŬLO, as, are, n. Gallulasco. *Onomast. lat. gr.* Gallulo, ἡβάω.

GALNAPE, is, n., et GALNAPES vel GALNAPIS, is, m. f. (*Galnapes* inter stragula recensetur ab *Isid. Or.* 19, 26; sed excidit expositio. Item in *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 562. Cf. *Forcell.* in v. GAUNACE, ubi legitur : Gausapum, gaunapum, ex *Not. Tir.* Nolim *gannacum*, pro *gannapum*, legere, ut suadet *Furlan.* De hoc fusius agit *Cangius.* Qui videndus, etsi rem non decidit.)

GĂLUMMA. Vid. CALUMMA. (Et cf. *Cang.*, qui citat *Galumma* et vitiosum *Galunna.*)

GĂMĒLUS, i, m. Camelus. *Scaur.* p. 2252. *C* cognationem habet cum *G*.... item Camelum, Gamelum.

GAMMĀTUS, a, um, adj. Qui formam habet litteræ gamma. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 218. Fecerunt gammatos et scamnatos (agros). *Ib.* p. 250. Terminus gammatus. Cf. *Cang.*

GĂRĂMAS, antis, m. f. Genus avis Africanæ. *Isid. Or.* 12, 7. Aliæ (aves) ad manum se subjiciunt, ut accipitres; aliæ reformidant, ut garamantes.

GĂRISMĂTIUM, ii, n. Locus ubi garum conficitur seu venditur. *Cassiod. Var.* 12, 22. Hæc loca et garismatia plura nutriunt, et piscium ubertate gloriantur. — Hic vox græca ignota latere videtur.

GARRŬLO, as, are, n. Garrio. *Prisc.* p. 827. Sorbeo, sorbillo; garrio, garrulo. Et *Johan. de Jan.* Cf. *Cang.*

GASINDUS, i, m. Famulus inter primos. *Diplom. Chlodov.* (an. 497), ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 32. Tam cives quam coloni ac gasindi suscepti. Cf. *Cang.*

GASTRĬMARGIA, æ, f. (γαστριμαργία). Edacitas. *Ambros. Precat. præpar. ad Miss.* 2. Luxuria gastrimargiam sequitur. *Ibid.* Ita, noxiis gastrimargiæ succis arefactis, inepta lætitia non pullulabit. *Cassian. Cœnob. Inst.* 5, 1. Primum (principale vitium) gastrimargiæ. *Ib.* 5, 23, et passim. *Gloss. Paris.* Gastrimargia, ventris ingluvies. *Thom.* p. 140. Castrimargia (*sic*), ventris ingluvies.

GASTRĬMARGUS, i, m. (γαστρίμαργος). Helluo. *Cassian. Cœnob. Inst.* 12, 7. Deus gastrimargis, iracundis, seu philargyris adversatur.

GAUDIŌSUS, a, um, adj. Lætus (gall. *joyeux*). Cf. *Cang.* || Exstat apud veteres proprium nomen. *Vop. Prob.* 22. Nam ex ejus disciplina Carus, Diocletianus.... Herennianus, Gaudiosus, etc. *S. Greg. Ep.* 1, 53. Præsentium lator Gaudiosus.

GAULUS, i, m. Merops (*mésange*). *Isid. Or.* 12, 7; *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 563; *Gloss. Pap.*

GAURANES, is, adj. *Isid. Or.* 12, 1. Cervinus (equus) est quem vulgo gauranem dicunt. — *Cang.* eadem refert ex *Bestiar. ms.*, et exhibet *gaurantem.*

GĂVĀTA, æ, f. Gabata. *Isid. Or.* 20, 4. Lancis gavata, quasi cavata, *g* pro *c* littera posita. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 539. Gavata vel patina. *Ennod. Epig.* 22, *in lemmate.* De compostile habente septem gavatas. (Ubi vid. *Sirmond.*) *Ven. Fort.* 11, 10, 3. Carnea dona tumens, argentea gavata profert. (Qui primam produxit, accentus causa; eam enim corripi, ostendit non semel *Martial.* Secunda etiam corripitur : unde refellitur vana *Isidori* etymologia.) Cf. *Cang.* in v. GABATA.

GAZŎPHȲLAX, acis, m. (γαζοφύλαξ). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 263. Gazophylax, custos gazophylacii. *Josephus* (translatus scilicet) ap. *Thom.* p. 258. Ismaelem pontificem, et Ezechiam gazophylacem.

GAZUM, i, n. Gaza. *Commod.* 55, 12.

Non operas facitis, non donum gazo paratis. *Id.* 72, 14. *Poet.* ap. *Johan. de Jan.* Condite gaza polo. (Qui sane poeta non vetus.)

GĔLĀTUS, us, m. Gelatio. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 3. Si sanguis fuerit retentus, quod fit aliquando cum gelatu.

GĔLĔFACTUS vel GĔLĬFACTUS, a, um, part. Gelatus. *Ven. Fort.* 8, 6, 213. Hæc gelefacta meum servavit in ossibus ignem.

GELLO, onis, m. Vid. GILLO.

GĔMĔBUNDUS, a, um, adj. Gemens. *Hier. Epist.* 18, *Ad Eustoch.* Vulneraberis, nudaberis et gemebunda narrabis. — Hactenus incerta vox, quum unicum *Ovidii* exemplum varia lectura in dubium vocet.

GEMMĀRIUS, a, um, adj. Ad gemmam pertinens. *Vulg. Exod.* 39, 6. Paravit duos lapides onychinos scalptos arte gemmaria. *Ib.* 29. Opere gemmario.

GEMMĀTIM, adv. More gemmæ. *Diom.* p. 402. Cf. *Cang.*

GĔNEARCHA, æ, m. (γενεάρχης, γενάρχης). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 563, et *Gloss. Paris.* Genearcha, generis princeps.

GĔNĔRALISSĬMUS, a, um., adj. superl. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 5. Et hæc genera generalissima nominavit (Aristoteles), id est γενικώτατα, quod super ista alia genera inveniri non possint. *Id.* p. 6, 14, 17, 23, 68, 69, et sæpissime.

GĔNĔRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui generat (gall. *génératif*). *Boet. Arist. Top.* 4, 4, p. 689. Generativum effectivum est. *Ibid.* In generativis et corruptivis.

GĔNĔRĀTŌRIUM, ii, n. Matrix. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 18. Percute ipsam vulvam impietatis generatoriumque perfidiæ. *Id. De Noe et Arca*, 12. Non est dubium quin rationale animæ nostræ in quinque sensus dividatur, et vocem, et generatorium, quæ natura videntur esse feminea.

GĔNĔRĀTRIX, icis, f. Mater (translate). *Ambr. De Noe et Arca*, 28. Passionem malam improbæ passionis generatricem.

GĔNETHLIĂCUS, a, um, adj. (γενεθλιακός). Ad genesim pertinens (gall. *généthliaque*). *Arn. Adv. Gent.* 2, p. 92. Quando siderum motus aut ratio cœpit genethliaca sciri? — *Forcell.* solum substantivum agnoscit.

GĔNIĀTUS, a, um, part. Pulcher, venustus, amabilis. *Capitol. Ver.* 10. Fuit decorus corpore, vultu geniatus. (Ita *Salmas.*) *Cassiod. Var.* 1, 43. Regalem quin etiam mensam conviva geniatus amavit. *Ib.* 5, 3. Officium plane geniatum, efficax, instructum. *Ib.* 6, 12. Magnum quidem multis, et inter vices videtur esse geniatum, publicæ utilitati probis actibus occupari. *Ib.* 6, 21. Geniatus indutus, vestis gratiosa. *Ib.* 6, 22. Redderis inter arma geniatus. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Geniatus, genialis, gratus. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 563. Geniatus, gratus. Cf. *Cang.* — Vox parum confirmata ap. *Forcell.*

GĔNĬCŬLĀRIS herba, f. Herba quæ substernitur ob scorpionum vim repellendam, ut ait *Isid. Or.* 17, 9, 83.

GĔNĬCŬLO, as, are, n. Genua submitto. *Char.* p. 260. Geniculo parenti. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 563. Geniculare, genibus flexis adorare. *Aug.* (in quodam Sermone, ap. *Johan. de Jan.*) Ad cujus pannos angeli excubant, reges trepidant, sidera obsecundant, et sectatores sapientiæ geniculant. *Gloss. Cyril.* Geniculo, Geniculor, genua advolvor, γονυπετῶ. — Vocabulum *Forcell.* exhibet, non sensum. Cf. tamen v. GENICULATUS apud eumdem.

GĔNĬCŬLOR, aris, ari, d. Geniculo. *Diom.* p. 294. Geniculor victori. Et vid. v. præced.

GĔNIO, as, are, a. Orno. Vid. GENIATUS. — Congruit sensus quem v. *Genius* apud seriores obtinuit. Opponitur *Degenio*, id est dedecoro, ut ap. *Capitol. Opil. Macr.* 7. Solus Marcus nomen illud sanctum vitæ genere auxisse videtur, Verus autem degeniasse, Commodus vero etiam polluisse, etc.

GĔNUĀRIUS, adj. m. Genibus advolutus. *Gloss. Phil.* Genuarius, γονυπετής.

GĔNUCLO, as, are, n. Geniculo. *Gloss. Phil.* Genuclat, γονατίζει.

GĔNUFLECTO, is, ere, n. *Vulg. Gen.* 41, 43. Ut omnes coram eo genuflecterent. *Arn. In Psalm.* 64. Gens ex qua non genuflectetur Domino Jesu Christo. *Aug. De Morib. Manich.* c. 8. Sol iste, cui genuflectitis. (Alii divisim scribunt; et nihil equidem moror. Sed uno verbo idem aliquando scriptum esse, testatur nomen *Genuflexio*,

quod infra, itemque *Genuflexum*, quod ap. *Cang.*)

GĔNŪFLEXIO, onis, f. Actus flectendi genu (gall. *génuflexion*). *Alcuin.* p. 1154. Genuflexionem pro his facimus.

GEŌMĔTER, tri, m. Geometra. *Sen. Ep.* 88, 21. Quorum numeros mensurasque geometer persequitur et supputat. (Sic plerique. Rectius *Bip.* exhibet *geometres*; vocem enim cadentis latinitatis a librariis intrusam suspicor.) *Id. ibid.* 22. Illud tibi geometer potest dicere. (Ita etiam habere miror ed. *Bipont.* Alii melius *geometres*. Et jam sup. 88, 9, ambigunt inter *geometer*, *geometres* et *geometria*; secundum probo cum *Bipont.*) *Boet. Arist. Top.* 1, 8, p. 666. Ut de his quidem quæ in geometria, ut geometer. (Sic etiam p. 34 et 498, et passim.) *Id.* p. 35. Neque enim omnes homines vel grammatici, vel rhetores, vel geometri sunt.

GEŌMETRĬCĀLIS, e, adv. Ad geometriam pertinens. *Boet. Geom.* 1, p. 1516. Sed jam opus est ad geometricalis mensæ traditionem.... venire.

GEŌMETRĬCĒ, adj. Juxta geometriæ rationem. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 10, p. 742. Contentiosa (dialectica) disserendi modo captiose decipit, ut et pseudographa geometrice. *Id.* p. 730. Ut geometram geometrice.

GEŌMETRĬCUS, i, m. Geometra. *Boet. frag.* ap. *Mai.* t. III, p. 328. Et primam quidem ex circumstantiis secat in undecim partes : nomen, ut Verres...; fortuna, ut dives; studium, ut geometricus, etc. *Isid. Orig.* 16, 25. Quod geometrici perscrutari audent.

GERMĬNĀBĬLIS, e, adj. Qui germinare potest. *Isid. Or.* 11, 2. Post plurimos autem dies menstruos ideo semen non est germinabile quia, etc.

GERMĬNASCO, is, ere, n. Germino. *Onomast. lat. gr.* Germinasco, βλαστάνω.

GERRĬCŬLA, æ, f. Parva gerris. *Plin. Hist. Nat.* 32, 53, 5. Est autem (draco) gerriculæ similis.

GĔRŬLĀNUS, i, m. Gerulus. *Inscr.* ap. *Gud.* 32, 6. Corpus gerulanorum. (Hæc *Cangius.*)

GESTĀTŌRIA, æ, f. Sella gestatoria. *Sid. Ep.* 8, 8. Eboratas curules et gestatorias bracteatas.

GESTĀTŌRIUM, ii, n. Sella gestatoria. *Vulg.* 2. *Macch.* 9, 8. Humiliatus ad terram in gestatorio portabatur. *Onomast. lat. gr.* Gestatorium, φορεῖον. Cf. *Cang.* (Nulla verbo ap. *Forcell.* auctoritas, quum id ex *Suetonio* expungat.) || Lectus funebris. *Gloss. Paris.* et *Thom.* p. 261. Gestatorium, feretrum.

GESTĬCŬLĀRIUS, a, um, adj. Qui gestu imitatur, histrionalis. *Onomast. lat. gr.* Gesticularius, μιμητικός.

GILLO, onis, m. Vas fictile. *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 16. (Quod vide in v. BAUCALIS.) *Ibid.* 4, 20. Si gillonem aqua impleverint. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Paris.* Gellonem (*sic*), baucalem. Cf. etiam *Gloss. Hildeb.* — Vocem et aliquot exempla Forcelliniano Lexico addidit *Furlan.* Quæ vide. *Johan. de Jan.* agnoscit *gellonem* et *gillonem.* Adi etiam *Cang.*

GINGĬBER, eris, n. Zingiber. *Cæl. Aur. Tard.* 4, 7. Item Cassii ex gingibere confectum (medicamentum).

GLABRIO, onis, m. Homo qui glaber factus est. *Onomast. lat. gr.* Glabriones, μαδῶντες. Cf. *Cang.*

GLĂDIĀTUS. Vid. v. seq.

GLĂDIŌSUS, a, um, adj. Gladio armatus. *Gloss. Phil.* Gladiosus, ξιφήρης. (Non apta expositioni terminatio. Magis placet *Gladiatus*, ut legitur in *Gloss. arab. lat.*)

GLANDĀTIO, onis, f. Suppositorii applicatio. *Onomast. lat. gr.* Glandatio, βαλάνισις. (Sic interpretatur *L. Dindorf* in *Thes. græc. Ling.*, melius, me quidem judice, quam *Martinius* : Glandium collectio.)

GLĒBĀRIUS, a, um, adj. Qui pertinet ad glebam (*soumis à la glèbe*). *Testam. Perpet.* ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 23. Sed absque servitute ad heredes transmissibili et glebaria.

GLĒBO, onis, m. (gleba). *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.*, *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 525. Glebo, rusticus, arator. (Item *Gloss. Paris.*, ubi perperam *Glabo.*) *Thom.* p. 264. Glebones, rustici, aratores. Cf. *Cang.*

GLOMELLUM, i, n., vel GLOMELLUS, m. Parvum glomus (*peloton*). *Thomæ Thes.*

nov. Lat. p. 262. Glomer et Glomus, filorum cumulus; inde Glomellum, id est parvus glomus. *Isid. Or.* 19, 29. Glomellum, corrupte a globo dictum, quasi globellum. (Sic exhibet unus liber; vulgo *Gubellum*, quod non facit cum interpretatione.)

GNARĒ, adv. Scienter, callide. *Onomast. lat. gr.* Gnare, ἐπιστημόνως.

GNĀVANTER. Vid. NAVANTER.

GNĀVĒ, adv. Naviter. *Diomed.* p. 402. Gnavus, gnave, gnaviter. — Nihil, nisi incerta, affert *Forcell.*

GNŌMO, onis, m. Gnomon (scil. nominativus ad latinam rationem redactus). *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 212. Si quadrato addatur gnomo.

GNOSTĬCUS, a, um, adj. Ad gnosticos pertinens. *Interp. Iren.* 1, 5. Ab ea quæ dicitur gnostica hæresis.

GOLAIA, GOLATIA, GOLIA, GOLOLA vel GOLORA, æ, f. Testudo. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 548. Testudo, quam vulgo testudinem, alii golaiam dicunt. *Gloss. arab. lat.* Golora, testudo. *Ibid.* Testudo, animal quod testam gerit, id est golola. *Gloss. S. German.* Testudo, quam vulgo guolatiam vocant. Testudo quam vulgo golia dicunt. Cf. *Cang.* in v. GOLIA.

GOTHĬCĒ, adv. Gothorum more. *Gloss. Isid.* Getice garrit, gothice loquitur.

GRACCĬTO vel GRĀCĬTO, as, are, n. Clamare ut anseres (ital. gracchiare). *Auct. Philom.* 19. Hinc gracitat improbus anser. (Alii *gratitat.*) — De variis autem cantus anserini nominibus vid. in v. CLINGO.

GRĀCŬLA, æ, f. Graculi femina; translate de puellula. *Salv. Epist.* 4, p. 200. Illa ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula. (Ibidem *avicula* usurpatur. Eodem sensu *Plaut.* dixit *anaticula.*) — Cf. *Cang.* v. GRACULA et GRACILLA. Qui apposite gallica nomina refert *graule* et *graile.*

GRĂDĬBĬLIS, e, adj. Qui ambulare potest. *Pacuv.* ap. *Prisc.* p. 677. Quæ via (forte vix) caprigeno generi gradibilis gressio est.

GRĂDĬPES, edis, f. Quoddam avis genus (gall. *outarde*). *Isid. Or.* 12, 7. Gradipes apud Græcos vocatur *Avis* apud nos *tarda*, eo quod, gravi volatu detenta, nequaquam attollitur velocitate pennarum. (Alii leg. *grandipes.* Sed *gradipes* etiam exhibent *Gloss. arab. lat.* et *Gloss. recent. Bibl. S. Genov.* Neutrum mihi satisfacit; et quum græcum verbum esse debeat, ultro legam *Bradypus*, βραδύπους.) Cf. AVIS TARDA.

GRĂDUĀTIO, onis, f. Distinctio per gradus. *Cassiod. Complex. in Apocal.* 17. Secuta est bonorum facta graduatio. Cf. *Cang.* — Unde gall. *graduation.*

GRĀIĒ, adv. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 525. Graie, græce.

GRAMMĂTĬCIOR, adj. compar. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 186. Grammaticior alter altero dicitur, et justior, et sanior.

GRĀNASCO et GRĀNESCO, is, ere, n. Granum pario. *Aug. Serm.*, citante *Mai. Nov. Patr. Collect.* t. I, p. 2. Revirescite, granascite, maturascite. (*Granescere* est ap. *Cang.*)

GRĀNĀTĬCUM, i, n. Vectigal e granariis collectum. *S. Greg. Ep.* 1, 42. Dicens tantam pensionem unumquemque debere, inibi abjectis siliquis, oneribus vel granaticis.

GRANDĬNĀTUS, a, um, part. Grandine verberatus. *Gloss. Phil.* Grandinatum, χαλαζωθέν. (*Vinea grandinata* citatur a *Cangio.*)

GRĀNESCO. Vid. GRANASCO.

GRĀNŬLUM, i, n. Parvum granum. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 505. Ciceris duo granula pensans. *Claud. Mam. Stat. An.* 1, 21. Quæ omnia (semina) in illo sunt granulo. *Plin. Valer.* 1, 2. De granulis ejus cochlear unum.

GRĀPA vel GRAPPA, æ, f. Racemus (gall. *grappe*). *Append. Gloss. vet. S. Genov.* Botrus, grapa. — Exempla vocabuli *Cang.* non exhibet, qui memorat derivata *grapetum*, et gallicum *graper*, scil. vindemiare.

GRASSĬTŪDO, inis, f. Crassitudo. *Gloss. Cyril.* Πάχος, grassitudo.

GRASSO, as, are, a. Crasso. *Gloss. Cyr.* Παχύνω, grasso.

GRASSUS, a, um, adj. Crassus (gall. *gras*). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 574. Pinguis, grassus. *Ib.* p. 571. Obesus, grassus. *Gloss. Philox.* Grassum, λιπαρόν. Grassus, παχὺς καὶ λιπαρός. *Gloss. Cyril.* Παχεῖα, grassa. Cf. *Cang.*

GRĀTĬFĬCO, as, are, a. Gratificor (gall. *gratifier*). *Vulg. Ephes.* 1, 6. In qua gratificavit nos in dilecto filio suo. *Cassiod. Var.*

7, 6. Quod utilitas necessaria gratificat. Cf. *Cang.*

GRĀTŬLĀTOR, oris, m. Qui gratulatur. *Mart.* 10, 74, 1. Jam parce lasso, Roma, gratulatori. — Unicum *Ciceronis* locum refert *Forcell.*, quem expungit.

GRĂVĀMEN, inis, n. Onus (translate, de tributis). *Cod. Theod.* 6, 23, 3. Omni superindicti gravamine liberamus. *Ib.* 11, 1, 33. Externorum gravamine tributorum. *Novel. Theod., tit.* 22, 2. Nullius accessione gravaminis hujusmodi liberalitas oneretur. *Cassiod. Var.* 2, 29. Quamvis nullos velimus gravamen aliquod sustinere quos videtur pietas nostra protegere, etc. *Ib.* 4, 26, et passim. *S. Greg. Ep.* 1, 68. Nec aliqua ab eo gravamina imponi permittatis. — Unum *Cassiodori* exemplum citatur, nec eo sensu.

GRĂVANTER, adv. Gravate. *Cassiod. Var.* 4, 5. Nullum decet nostras gravanter suscipere jussiones.

GRĂVĀTIUS, adv. compar. *Fronto Ad Cæs.* 4, 12. Et plantas ad saviandum ea causa iratior (filia) subtrahat aut gravatius porrigat.

GRĂVĔFACTUS, a, um, part. Gravatus. *Ven. Fort.* 8, 4, 326. Aut gravefacta jacet pondere pressa suo.

GRĂVĬLŎQUUS, a, um, adj. Qui graviter seu prudenter loquitur. *Onomast. lat. gr.* Graviloquus, δεινολόγος.

GRĂVĬSŎNUS, a, um, adj. Qui graviter sonat. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 52. Sonoras, gravisonas : et est tempestatis epitheton.

GRĔGO, as, are, a. Congrego. *Prisc.* p. 827. A grege, grego. Cf. *Cang.* — Ex unico exemplo citato non debuit colligi : « Passive tantum usurpatur. »

GRESSĬBĬLIS, e, adj. Qui ambulare potest vel solet. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Animal gressibile, bipes quadricubitale. *Id.* p. 137, 503, 505, 693, 869, et sæpius. *Onomast. lat. gr.* Gressibile, βαδιστικόν. *Thom.* p. 249. Hic gressus : unde Hic et hæc gressibilis.

GRESSUS, a, um, part. *Virg. Æn.* 6, 633. Dixerat, et pariter gressi per opaca viarum.

GRŌMĂTĬCUS, i, m. Gromatices peritus. *Hyg. De Castr. met.* p. 5. Et professores ejus artis (scil. gromaticæ) gromatici sunt appellati.

GROSSESCO, is, ere, n. Grossus fio, turgesco. *Bed. Vit. Cuthbert.* c. 2. Nam subito dolore genu correptum, acri cœpit tumore grossescere. *Id. Eccl. Hist. Angl.* 5, 3. Brachio in tantum grossescente ut nihil prorsus in cubito flexionis haberet. Cf. *Cang.*

GROSSĬTŪDO, inis, f. Crassitudo. *Vulg. Jerem.* 52, 21. Grossitudo ejus (columnæ) quatuor digitorum. *Ib.* 3. *Reg.* 7, 26. *Isid. Or.* 15, 8. Mensura grossitudinis et altitudinis inter se distantes (columnæ).

GRUSSUS, a, um, adj. Hirsutus. *Gloss. Pith.* Grussus, setosus, pilosus. *Gloss. Paris.* Grussus, setosus (male squitosus), hirsutus. *Ibid.* Hirsutus, asper, villosus, grussus, setosus, pilosus, hispidus. *Gloss. Isid.* Grassus (*sic*), setosus, pilosus. *Gloss. Hildeb.* Grussus, setosus, pilosus, hirsutus. *Ibid.* Hirsutus, grassus (*sic*), setosus, pilosus. *Glossæ Pap.* exhibent *grusus. Cang.* dat *grussus, grusus, gruosus* et *grufus.* — *Cang.* et *Hildeb.* conjiciunt *crassus.* Quibus adstipulari nolim. *Grossus* enim, idem verbum ac *grussus*, solenne est de vestibus, ut *grossior vestis* (*Sulp. Sev.*), *grossioris lini* (*Isid.*), *grossas lacernas* (*Schol. Juv.*). Etiam *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* Vestis crassior (sed in marg. *grossior* cum libris). Non autem mutandum *grussus* in *grossus*, quum et prava pronuntiatio servanda sit.

GUBBA, æ, f. (Arab. *gubb*). Cisterna. *Hier. Vit. S. Pauli erem.* (t. IV, p. 70). Alter in cisterna veteri, quam gentili nomine gubbam vocant. Cf. *Cang.* in v. CUBA.

GUBELLUM, i, n. Vid. GLOMELLUM.

GUFA vestis, f. *Gloss. Isid.* Bigera, vestis gufa vel villata. Cf. *Cang.* in v. BIGERRICA et GOFUM.

GŬLĀTOR, oris, m. Gulosus, helluo. *Gloss. Philox.* Gulatores, λάγνοι, μάχται, καταφαγάδες.

GUMBA, æ, f. Vid. CUMBA.

GŪMEN, inis, n. Gummi. *Isid. Or.* 17, 7. Gumen, græcum nomen est : hoc enim illi κόμμι dicunt. — Unde locis *Palladii*, de quibus *Forcell.* ambigit, accedit auctoritas.

GUMMUS, i, m. Gummi. *Gargil. Medic. ex Pom.* ap. *Mai.* t. III, p. 422. Gummus earum (ceresiarum) ore detentus et glut-

tiendus arteriam linit. *Thom.* p. 264. Gummus, succus qui elicitur ab arbore.

GUNA vel GUVA, æ, f. Cucurbitula (*ventouse*). *Isid. Or.* 4, 11. Guva, quæ a Latinis a similitudine cucurbita dicitur. (Alii, *guna.*) *Gloss. Isid.* Guva, ventuosa. *Johan. de Jan.* Guna vel Guina, vas vitreum; vel cucurbita, quæ ventosa dicitur.

GUSTĀBĬLIS, e, adj. Qui gustari potest. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 168. Si gustus pereat, mel forsitan permanebit, gustabile autem non erit.

GUSTĀTIO, onis, f. Gustatus, gustus. *Interp. Iren.* 1, 15. Quæ (virtutes) vocantur una quidem visio, altera autem auditus, tertia odoratus, et quarta gustatio. || Actus gustandi. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 167. Nam priusquam dulce aliquid degustemus, gustatio ipsa dulcedinis non est. (Diceremus nos : *la sensation de la douceur.*) — Vocem exhibet *Forcell.*, sed his sensibus omissis, qui sunt præcipui.

GUSTĀTOR, oris, m. Prægustator. *Gloss. Philox.* Gustator, πρωτογεύστης.

GUTTO, as, are, n. Roro. *Gloss. vet. S. Genov.* Guttat, parum pluit, rorat. *Thom.* p. 255. Gutto, as : inde Guttatus. *Cassiod. Var.* 1, 46. Aquis guttantibus horarum spatia terminantur. (Priscam vocem habuimus *goutter*; nunc autem cum præpositione dicimus *dégoutter.*) — Unicus *Plinii* locus a *Forcell.* rejicitur.

GUVA, æ, f. Vid. GUNA.

GUVIA, æ, f. Ferramenti genus quo lignum eraditur. *Isid. Or.* 19, 19, 15.

GȲRO, as, are, n. Vertor (antique apud nos *gyrer*). *Vulg.* 1. *Macch.* 13, 20. Gyraverunt per viam quæ ducit Ador. *Ib.* 2, *Reg.* 5, 23. Sed gyra post tergum tuum. *Junior, Orb. Descr.* p. 405. Deinde gyrante circulo a partibus Austri invenies Mauritaniam terram. (Vulgo verbum activum est : cf. *Solin.* ap. *Forcell.* et *Vulgat.* non uno loco. *Thom.* p. 259 : Gyro, as, verb. activ.)

H

HĂBA, æ, f. Faba. *Scaur.* p. 2252. Quam Falisci Habam, nos Fabam appellamus.

HĂBĬTUĀTĪVĒ, adv. Ex consuetudine. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 678. Casus autem, ut juste, et fortiter, et sanative, habituative, et quæcumque eodem modo dicuntur.

HĂBĬTUĀTĪVUS, a, um, adj. Solitus. Vid. in v. CONSERVATIVUS. (*Cang.* exhibet verba *Habituare, habituatus*, unde gall. *Habituer, habitué.* Etiam *Habitualis*, gall. *habituel.* Cum iis adjectivi *Habituativus* manifesta est cognatio.)

HABRA, f. Vid. ABRA.

HÆMOPTYĬCUS, a, um, adj. (αἱμοπτυϊκός). Sanguinem vomens. *Cœl. Aurel. Tard.* 3, 2. Erit trochiscis utendum quos hæmoptyicis et cœliacis potandos scripsimus. — Sic etiam legendum in loco *Æmil. Macr.* ubi *Forcell.* scribit *hæmophthisicus.* Forte etiam vox restituenda quoties invenimus *hæmoptoicus*, quæ forma Græcis ignota; ut ap. *Theod. Prisc.* 4, 1. Antidotum.... ad hæmoptoicos qui sanguinem vomunt.

HÆMOPTȲSIS, is, f. (αἱμόπτυσις). Vomitus sanguinis. *Isid. Or.* 4, 7. Hæmoptysis, emissio sanguinis per os.

HÆMORRHOĬDA, æ, f. Hæmorrhois. *Cœl. Aurel. Tard.* 5, 1. Longissimi temporis hæmorrhoidarum fluoris tentus.

HÆMORRHOISSA. Vid. v. seq.

HÆMORRHŎŪSA, æ, adj. f. (αἱμοῤῥοέω, αἱμοῤῥοοῦσα). Hæmorrhoica. *Ambr. In Luc.* 6, 9. Suscitaturus mortuam, ad faciendam fidem, hæmorrhousam ante curavit. (Nisi græce scribendum.) *Ven. Fortun. Vit. S. Leobin.* 20. Quod in muliere hæmorrhousa a Domino constat patratum. (Ubi edd., etiam *Roman.*, exhibent *hæmorrhoissa*).

HÆRĔTĬCĒ, adv. More hæreticorum. *Epiphan. Hist. Eccl.* 5, 36. Aetium diaconatus ordine deposuerunt, tanquam heretice sapientem.

HÆSĬTĀBUNDĒ, adv. Cum hæsitatione. Vid. v. seq.

HÆSĬTANTER, adv. Cum hæsitatione, dubitanter. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Esitanter, E....bunde (*sic*), sensim, pedetemtim.

HÆSĬTĀTUS, a, um, part. *Apul. Apol.* p. 471. Multum ac diu hæsitato (n. abl., scil. Postquam diu hæsitavisset), tandem nominavit, etc. *Cassiod. Var.* 6, 19. Unde si hæsitatum fuerit, mox quæratur. *Thom.* p. 269. Hæsito, as; unde Hæsitatus, a, um.

HĂGIOGRĂPHA, orum, n. pl. (τὰ ἁγιόγραφα). Sanctæ Scripturæ. *Hier. Ep.* 1, 12, *Ad Chromat. et Heliod.* Librum Tobiæ.... his, quæ hagiographa memorant, manciparunt. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 6. Sequitur hagiographorum codex sextus.

HALLŪCĬNĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui hallucinatur. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, p. 741. Nam ejus quod est propter quid, hallucinatorius est (syllogismus).

HĀMIO, onis, m. Genus piscis saxatilis. *Isid. Or.* 12, 6. Dictus Amio quia non capitur nisi hamo. *Gloss. vet. S. Genov.* Amio, genus piscium, dictum amio quia hamo capitur. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 526. Hamio, genus piscis, ita dicti quia hamo capitur.

HANAPUS, i, m. (vox saxonica). Patera, crater. *Greg. Tur. Ex Mirac. Martyr.* 2, 8. Patenam et urceum, qui anapus dicitur. (Codd. et edd. *anax.* « Nonne idem vas quod vulgo *hanap* dictum est? » Hoc recte conjiciunt editores *Guadet* et *Taranne.* Seu *anap* seu *anaps* scribi potuit. — Plurima de hoc verbo habet *Cang.*

HAPLOBLATTEUS. Vid. APLOBLATTEUS.

HASTĀRIUM, ii, n. Locus ubi fit auctio. *Tert. Apolog.* 15. Quos (deos) in hastario vectigales habetis. *Id. Ad Nat.* 1. Quos (deos) in hastarium regessistis. *Gloss. Isid.* Astarium (*sic*), ubi venduntur bona proscriptorum. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 526. Hastarium, statio ubi venduntur bona proscriptorum. *Onomast. lat. gr.* Hastarium, λαφυροπωλεία. — De sensu ambigit *Forcell.*

HAUSTIO, onis, f. Actus hauriendi. *Prisc.* p. 623. Haustus, hausti, haustio.

HEBDŎMĂDĀRIUS, ii, m. Cui cura peni est per hebdomadem (*semainier*). *Hier. Ep.* 108, *Præf. in Translat. Regular. S. Pachom.* Qui habent per singula monasteria patres, dispensatores et hebdomadarios ac ministros. *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 20. Tria lenticulæ grana quæ hebdomadario festinanti elapsa sunt. *Isid. Regul. Monach.* 9. Hebdomadarius solus cibos degustet. Cf. *Cang.*

HĔCĂTOMPŎLIS, is, adj. (ἑκατόμπολις). *Isid. Or.* Fuit quondam (Creta) centum urbibus nobilis : unde et hecatompolis dicta est.

HĔCĂTONTĂS, adj. f. (ἑκατοντάς). Centenarius numerus (*centaine*). *Capel.* 7, p. 244. Tertius (versus numerorum) ab hecatontade usque ad nongentos. *Interp. Iren.* 1, 12. Monadas VIII, et decadas VIII, hecatontadas VIII.

HECTĬCUS, a, um, adj. (ἑκτικός). Consuetus, continuus (gall. *hectique*). *Gloss. Isid.* Hecticon (male Eticon), proprium. Hetica (male Etica), proprietas. *Gloss. Pith.* Etica, proprietas. Ectica (*sic*). *Gloss. Paris.* Hecticon (male Ethicon), proprium. — *Hectica* (scil. febris) est ap. *Cang.*

HĔĔLIOTRŎPIUS, a, um, adj. Heliotropius. *Prisc. Perieg.* 254. Hic lapis, heeliotropius qui nomine vero Dicitur.

HĒGĔMON, onis, m. (ἡγεμών). Dux. *Diom.* p. 471. Primus pes pyrrhichius.... vel hegemon græce dicitur.

HĒGĔMOSCHŎLIUS, ii, adj. m. Pes qui ex hegemone et scholio constat. *Diomed.* p. 478.

HELLĔBŎRISMUS, i, m. (ἑλλεβορισμός). Purgatio cum helleboro. *Cæl. Aur. Tard.* 1, 4. Destillandus etiam helleborismus, sed ex melle decocto.

HELVĬDUS, a, um, adj. Helvus. *Isid. Or.* 19, 28. Helvidum ab elvo colore vocatum.

(Alii scrib. *Elbidus....* *elbo*. Sed vid. *Helvus*, *Helvolus*, ap. *Forcell.*)

HĒMIASTĂTON, n. Nomen alicujus rhetoricæ figuræ. *Sacerd.* in *Anal. gram.* p. 46. Hemiastaton est quum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis. — Verbi origo me fallit.

HĒMĬCĀDIUM, ii, n. (ἡμικάδιον). Dimidius cadus. *Isid. Or.* 20, 7. Hemicadium, vas olearium. *Gloss. vet. S. Genov.* Emicadium, vas olearium. Sic *Thom.* p. 202.

HĒMICRĀNIA, æ, f. (ἡμικρανία). Hemicranium. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Dolor capitis totius, vel dimidii, quem consueto nomine hemicraniam vocant. *Marc. Emp.* 2, *fin.* Capitis quod de hemicrania dolebit. — Inde nos feminino genere dicimus *migraine*.

HĒMICRĀNĬCUS, a, um, adj. (ἡμικρανικός). Qui hemicraneo laborat. *Theod. Prisc.* 2, 1. Item etiam hemicranicis hæc sunt adjutoria adhibenda. (Ed. *Ald.* exhibet *hemigranicis :* quod verum puto. Nos enim dicimus *migraine.*)

HĒMICRĀNIUS, ii, m. Quidam vermis capitis. *Isid. Or.* 12, 5, 13.

HĒMIGRĀNĬCUS. Vid. HEMICRANICUS.

HĒMĬPŎDIUS, a, um, adj. (ἡμιποδιαῖος, ab ἡμιπόδιον). Qui est semipes. *Mar. Vict.* p. 2615. Inter quos, hemipodia syllaba posita heroi tetrametri, Archilochus metrum implevit. (Ed. *Putsch.* habet *semipodia.* Velim, ex etymo, *hemipodiæa.*)

HĒMISTRĪGIUM, ii, m. Dimidium strigæ. *Hyg. De Castr. met.* p. 1, *col.* 1. Nam quod ad latitudinem hemistrigii pedum XXX attinet. *Ib.* p. 2, col. 1. Servata latitudine hemistrigii. *Ib.* p. 2, col. 2. Hemistrigia mutabimus. *Ib.* passim.

HĒMITRĬTAĬCUS, a, um, adj. Hemitritæus. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Circuitus hemitritaici.

HENDĔCĂCHORDUM, i, n. (ἑνδεκάχορδος). Undecim chordarum series. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1386. In hac vel in superiore hendecachordi dispositione.

HENDĔCĂGŌNUS, a, um, adj. (ἑνδεκάγωνος, ut conjicere licet). Qui undecim angulos habet. *Boet. Geom.* 2, p. 1533. Idem vero hendecagono si feceris.

HENDĔCAS, adis, f. (ἑνδεκάς). Undenarius numerus. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 195. In ultimo embolismo hendecadis. *Id. De Temp. Rat.* t. II, p. 152. In ogdoadem et hendecadem distinguitur.

HĔNŌTĬCOS, on, adj. (ἑνωτικός). Qui ad unitatem redigit. *Liberat. Breviar.* p. 112. Henoticon principis susciperet. *Ib.* p. 113. Henoticon vero Zenonis, quod latine dicere possumus unitivum, hujusmodi est. — *Henoticum* est ap. *Cang.*

HĒPĂTIAS, æ, m. (ἡπατίας). Ad jecur pertinens. *Cœl. Aur. Tard.* 3, 8. Vocatur hic hydropismus etiam hepatias, aut splenites.

HĒPĂTĬCĒ, es, f. (ἡπατική). *Isid. Or.* 4, 7. Hepatice morbus a jecoris passione nomen accepit.

HĒPĂTĪTIS, idos, adj. f. (ἡπατῖτις). Quæ ad jecur pertinet. *Marc. Emp.* 8, 1. Aloes hepatitidos.

HEPTĂCHORDUM, i, n. (ἑπτάχορδος). Septem chordarum series. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1385. In heptachordo enim est unum tetrachordum, etc. *Gloss. Placid.* p. 488. Nonnulli heptachordon (fecerunt), juxta numerum septem deorum, quorum nominibus dies nuncupantur.

HEPTĂGŌNUS, a, um, adj. (ἑπτάγωνος). Qui septem angulos habet. *Balb.* in *Gromat. vet.* p. 106. Apud Græcos nomina ab angulis dantur, ut hexagono, heptagono, etc. *Boet. Arithm.* 2, 16, p. 1334. Heptagoni continuo figura nascetur. *Id.* p. 1329 et 1336. Etiam *Isid. Or.* 3, 11.

HEPTĂSYLLĂBUS, a, um, adj. (ἑπτασύλλαβος). Qui septem syllabas habet. *Mar. Vict.* p. 2613. Nunc Pherecratium (versum) inspiciamus : et est heptasyllabus. *Id.* p. 2494 et 2617.

HEPTĂTICUS, i, m. Tomus continens Pentateuchum et libros Josue et Judicum. *S. Greg. Ep.* 12, 30. Codicem Heptatici de substantia Antonini dari volumus. — Corrupte scriptum censet *Cang.* pro *Heptateuchus.* Qui videndus.

HERBĀRIUM, ii, n. Liber in quo herbæ notantur et describuntur (gall. *herbier*). *Cassiod. Instit. div. Litt.* 31. Habetis herbarium Dioscoridis. || Alium sensum (gall. *herbage*) exhibet *Cang.*, et vid. inf. in v. HERBETUM.

HERBASCO, is, ere, n. Herbesco. *Onomast. lat. gr.* Herbascere, βοτανοῦσθαι. — Sic *gemmasco* et *gemmesco.*

HERBĒTUM et HERBĬTIUM, ii, n. Locus herbosus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 277. Herbetum vel Herbarium, locus herba abundans. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Herbitium, locus in quo herbæ nascuntur. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Herbitum (*sic*), locus ubi herbæ sunt.

HERBĬTIUM. Vid. v. præced.

HERBĬTUM, i, n. Rhododendron. *Isid. Or.* 17, 7, 55.

HERCŬLĀRIA, æ, f. Herba quæ et Sideritis dicitur. *Apul. Herb.* 72.

HERCȲNLÆ aves, f. pl. *Isid. Or.* 12, 7. Hercyniæ aves dictæ ab Hercynio saltu ubi nascuntur : quarum pennæ adeo per obscura emicant ut, etc.

HĒRĒDĬTĀRIĒ, adv. Per hereditatem. *Vulg. Ezech.* 46, 16. Possidebunt eam (hereditatem) hereditarie. — Gall. *héréditairement.*

HĒRĒDĬTO, as, are, a. Hereditate accipio. *Vulg. Psalm.* 24, 13. Semen ejus hereditabit terram. *Ibid.* sæpius. *Salv. Adv. Avar.* 3, 10. Discite vos, quæsumus, bona vestra vel ipsi hereditare morientes. Cf. *Cang.* — Unde gall. *hériter.*

HĔRĬTŪDO, inis, f. Conditio ejus qui servus vivit (seu Dominium, respectu obnoxiæ personæ). *Festus.* Eritudo (*sic*), servitudo. *Gloss. Plac.* p. 460; *Thom.* p. 202, et *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Heritudo, dominatio. *Gloss. Cyril.* Δεσποτεία, dominatus, dominatio, eritudo, proprietas.

HERMORA, æ, f. *Chart. Cornet.* (an. 471) ap. *Mabil. Diplom.* p. 462. Septem pharos æreos, duos habentes delphinos octonos et hermoras. — « An *Remoras?* » ait *Cang.* Equidem non credo, etsi vocabuli sensus me latet.

HERMŬLA, æ, f. m. Parvus hermes seu cippus in modum hermæ factus. (Vid. *Cassiod.* ap. *Forcell.*) *Balb.* in *Gromat. vet.* p. 142, ed. *Gœs.* Aliis vero locis (delimitatio est) per muros, hermulas, macerias, etc. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 526, et t. VII, p. 563. Hermula, statua sine manibus. (Item in *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642, nisi quod scribitur *Ermula.*) *Gloss. Isid.* Hermola (*sic*), statua sine manibus.

HERNA, æ, f. Saxum. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 7, 684. Sabinorum lingua, saxa hernæ vocantur. *Schol. Virg.* ap. *Mai.* t. VII, p. 296. Sic etiam Marsi lingua sua saxa hernas vocant. *Fest.* Hernici dicti a saxis, quæ Marsi herna (*sic*) dicunt.

HERNĬCUS, a, um, adj. *Gloss. Vatic.* t. VII, p, 563. Hernicas, antiquas. *Gloss. Paris.* Hernicas (male Herenicas), antiquas. *Gloss. vet. S. Genov.* Herpicus (*sic*), antiquus. — Quod ab Hernicis dictum arbitror, ut *Oscus* eumdem sensum obtinuit. Videmus apud *Fronton. Epist. Cæs.* 4, *hernicam linguam* parum intellectam fuisse imperante M. Aurelio. Cf. *Cang.*, qui, auctore *Grævio*, mallet *heroicas*, ut *Gloss. Pap.* Heroicas, antiquas. Et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 526. Heroicos, antiquos. Utrumque est in *Gloss. Pith.* Herenicas (*sic*), antiquas, heroicas.

HERNUM, i, n. Vid. HERNA.

HĔRŌDIO, onis, et HĔRŌDIUS, ii, m. (ἐρωδιός). Avis quædam (gall. *héron*). *Vulg. Levit.* 11, 19. Herodionem et charadrion juxta genus, etc. *Ib. Deut.* 14, 16. Herodium ac cycnum et ibin. *Ib. Psalm.* 103, 17. Herodii domus. *Gloss. Cyril.* Ἐρωδιός, erodius, fulica. *Gloss. Paris.* Herodio (male Herodia), genus accipitris. *Gloss. vet. S. Genov.* Herodius, græce : fulica. Cf. *Cang.*

HERPĬCUS. Vid. HERNICUS.

HĔRŬLUS, i, m. Dimin. ab Herus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Bibl. Imp. Paris.* n. 7640 et 7642. Eruli, domini. *Gloss. Pith.* Eruli, domini, domnuli.

HEXAĒMĔRŎN, i, n. (ἑξαήμερον). Opus sex dierum, quibus mundus creatus est. (*Hexaemeron* nomen est poematis a *Dracontio* scripti.) *Ambros. Ep.* 6, 42, *init.* Lecto Hexaemero, utrum paradisum subtexuerim, requirendum putasti. *Ib.* 6, 38. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 1. Ambrosius sex libros eloquentiæ suo more confecit, quos Hexaemeron appellavit.

HEXĔRĒMES naves, f. pl. (vox hybrida). Hexeres. *Isid. Or*, 19, 1. Triremes et quatriremes.... Sic et penteremes et hexeremes. (Ita codd. Nec audiendi qui *hexeres* docte intrudunt; namque omnes voces ibi subjectæ cum voce *remus* componuntur.) *Gloss.*

Vatic. t. VII, p. 563. Hexeremes, naves senos ordines remorum habentes. (Sic et *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642, nisi quod ibi scribitur *Exeremes*.)

HIĀTIO, onis, f. Hiatus. *Apul. De Orthog.* p. 100, ed. *Osann.* A verbo Hio sunt tracta Hiatus, Hiatio.

HIATO, as, are, n. Hieto. *Onomast. lat. gr.* Hiato, χασμάω. *Diom.* p. 336. Hietare et Hiatare veteres dixerunt.

HĪBERNĀLIS, e, adj. Hibernus (gall. *hivernal*). *Vulg. Sap.* 16, 29. Tanquam hibernalis glacies.

HIĔRARCHĬCUS, adj. et n. m. Summus gradu (unde gall. *hiérarchique*). *S. Greg. Ep.* 3, 11. Convenientibus hierarchicis cunctisque cleri primoribus. — Eodem sensu quo *hierarcha* (archiepiscopus) ap. *Cang.*

HĬLĂRIA, æ, f. Hilaritas. *Laber.* ap. *Non.* p. 108. Ebriolati mentem hilaria arripuit. — Hoc habet *Furlan.* in *Appendice*, quamvis ed. *Mercer.* exhibeat *hilariam.* Certe vox *hilaria* latina fuit : quod ostendit nomen proprium ap. *Auson. Parental.* 6. Æmilia Hilaria.

HILLUM, i, n. Hilla. *Char.* p. 79. Hilum Varro Rerum humanarum (excidit libri numerus) intestinum dicit tenuissimum, quod alii Hillum appellaverunt, ut intelligeretur intestinum propter similitudinem generis.

HIN, indecl. Genus mensuræ apud Hebræos. *Vulg. Exod.* 29, 40. Quod habeat mensuram quartam partem hin. *Ibid.* passim. Cf. *Cang.*

HINNŬLUS, i, m. Pullus cervinus. *Vulg. Prov.* 5, 19. Cerva carissima et gratissimus hinnulus. *Ib. Cantic.* 2, 17. Similis esto.... hinnuloque cervorum. *Isid. Or.* 12, 1. Hinnuli filii sunt cervorum. — Huc *Forcell.* tantummodo affert *Gloss. Philox.*

HIRCĪNA, æ, f. Hircina caro. *Gloss. Cyril.* Τράγειον κρέας, hircina.

HIRCO, as, are, n. Clamare (de lyncibus dictum). *Carm. Philom.* 51. Dum lynces hircando fremunt, ursus ferus uncat. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 436. Sic ululare lupos certum est hircareque lynces. — Unde corrigendus *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 78. Ursorum (proprietas est) uncare, aprorum frendere, lyncis uncare (leg. ircare, hirçare).

HIRMOS, m. (εἱρμός). Schema quoddam. *Sacerd.* in *Anal. gramm.* p. 33. Heirmos est oratio unius tenoris, eosdem casus ad clausulam usque conservans. *Diom.* p. 442; *Isid. Or.* 1, 25.

HIRNEĀRIUS, ii, m. Qui hirneas conficit. *Inscr. Orel.* t. II, p. 251, exhibet *Cyrneario.* Porro *Cyrnea*, quæ ap. *Non.* p. 546, eadem est atque *hirnea.*

HISMIRIS. Vid. ISMIRUS.

HISTŎRIĀLĬTER, adv. Secundum historiam. *Eucher. In Genes.* 1, 1. Creatura cœli et terræ quomodo historialiter ab exordio principii condita sit, legimus. *Ib.* 1, 2. In hac luce historialiter recapitulatur creatio angelorum. *Isidor. De Offic. Eccles.* 1, 37. Hoc jejunium a plerisque post Domini ascensionem completur, testimonium illud dominicum historialiter accipientibus. Cf. *Cang.*

HŒDĪLE, is, n. Hœdorum stabulum. *Onomast. lat. gr.* Hœdilia (*sic*), ἐριφοστάσια.

HŎLŎBĒRUS. Vid. HOLOVERUS.

HŎLOBLATTEUS, a, um, adj. Qui totus ex blatta vel purpura constat. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Vela tramoserica holoblattea.

HŎLŎCARPŌMA, atis, n. (ὁλοκάρπωμα). Holocaustum. *Apul. Orthog.* p. 106, ed. *Osann.* O ante L adspiratur in holon græco.... ut holocaustum, holocarpoma, hologramma.

HŎLŎCAUTŌMA, atis, n. (ὁλοκαύτωμα). Holocaustum. *Vulg.* 2. *Par.* 2, 4. Et ad holocautomata mane et vespere. *Ib.* sæpius. — Non vero *Holocaustoma*, ut scribit *Forcell.*, etsi vitiosam hanc lectionem etiam exhibet *Cang.*

HŎLOGRAMMA, atis, n. Scriptum manu omnino exaratum. Vid. in v. HOLOCARPOMA. (Lexica græca tantum exhibent ὁλογράμματος, ον.)

HŎLŎVĒRUS, a, um, adj. (ὅλος, verus). Totus ex vera purpura. *Cod. Theod.* 10, 22, 3. Reddenda ærario holovera vestimenta. — Vox parum confirmata ap. *Forcell.* Videndus *Cang.*

HŎLŎVITREUS, a, um, adj. (vox hybrida). *Gloss. Isid.* Olovitreum, totum vitreum. Et *Gloss. arab. lat.* Cf. *Cang.*

HŎMŒŌSIS, is, f. (ὁμοίωσις). *Jul. Ruf.*

p. 34. Homœosis est quum per similitudinem res præstantur. *Pompej. gram.* p. 480.

HŎMŎLŎGUS, adj. m. (ὁμόλογος). Consentiens, voluntarius. *Cod. Theod.* 11, 24, 6. Quos homologi coloni præstare noscuntur. *Ib.* Qui homologi more gentilicio nuncupantur. — *Homologi* ait *Cang.*, dedititii, conditionales.

HŎMŎŪSIĀNI, orum, m. pl. Qui Patrem et Filium consubstantiales esse prædicant. *S. Fulg. Resp. Contr. Arrian.* p. 63. Qui, pro unius substantiæ credulitate, volunt nos homousianos dici. Cf. *Cang.*

HŎNESTĪTAS, atis, f. Honestas (gall. *honnêteté*). *Gloss. Cyril.* Ἀξιολογότης, honestitas.... Ἀξιοπιστία, honestitas.

HŎNŌRANDISSĪMUS, a, um, adj. superl. *Paul. Nol. Epist.* 46, *Ad Romanian.* Domine frater merito honorandissime et desiderantissime.

HŎRĀTIĀNĒ, adv. More Horatii. *Vet. Gramm. ined. Bibl. Imper.* n. 1180, p. 138. A nomine proprio (adverbia): Tullius, tulliane; Virgilius, virgiliane; Oratius, oratiane.

HORCISTA, æ. Vid. ORCHESTA.

HŎRISMUS, i, m. (ὁρισμός). Definitio. *Rutil. Lup. De Fig.* p. 9.

HŌROSCŎPĪCUS, a, um, adj. (ὡροσκοπικός). Ad horoscopium pertinens. *Mythog. prim.* p. 41. In horoscopicis libris.

HORRENDĒ, adv. Cum horrore. *Vulg. Sap.* 6, 6. Horrende et cito apparebit vobis. *Ib.* 17, 3. Paventes horrende.

HORRĬFĪCĀBĬLIS, e, adj. Horrificus. *Att.* ap. *Non.* p. 226. Nam etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili. (Sic jamdiu edidi in meo *Thes. Poet. Ling. lat.*, pro vulgata *horrificali.*)

HORRĬPĬLĀTIO, onis, f. Horror (gall. *horripilation*). *Vulg. Sap.* 27, 15. Loquela multum jurans horripilationem capiti statuet. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

HORTĀTŌRIUS, a, um, adj. Hortativus. *Ambros. In Luc.* 8, 17. Hic igitur locus hortatorius ad fidem. (Vocem confirmat *Thom.* p. 277 : *Hortatorium*, locus ubi hortatur, sicut debet esse monachorum parlatorium.)

HORTĬCELLUS, i, m. Horticulus. *Bulla Steph.* III, an. 755. Domum.... cum metato suo et horticello. (Hanc dictionem neglexissem, nisi manifesto antiquior foret, ut ostendit nomen proprium *Horticellus* seu *Orticellus*, quod exhibet *S. Greg. Ep.* 2, 5, *Indict.* 11.)

HORTĬCŎLA, æ, m. *Gloss. Isid.* Holitor (olitor), horticola. *Gloss. Paris.* Holitor, hortolanus, horticula (*sic*). — *Horticula* etiam est in exemplo quod affert *Cang.*

HORTĬCUS, a, um, adj. Qui ad hortum pertinet. *Diom.* p. 309. Schola, scholasticus; Hortus, horticus.

HORTĬLIO, m. Vid. v. seq.

HORTŬLO, onis, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 274. Hortulo, hortuli custos. — Hoc potius verum crediderim quam ut *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Hortilio.

HOSA, æ, f. Vid. OSA.

HOSPĬTĀLĀRIUS, ii, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Blato, cubicularius, hospitalarius. *Johan. de Jan.* etiam femininum exhibet : *Hospitalaria.* Eadem sunt ap. *Cang.* — Inde gall. *hospitalier*, *hospitalière.*

HOSTĬCĂPA, æ, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 272. Hostis : componitur Hosticapa, æ, qui hostem capit. Iterum p. 277. — Sic melius quam quod apud *Fest.* legitur : *Hosticapax.* Veram tamen dictionem esse reor *Hosticapus*, ut est *Urbicapus* ap. *Plaut.*

HOSTĬCĒ, adv. *Gloss. vet. S. Genov.* Hostice et Hostiliter, unum.

HOSTĪLĬTAS, atis, f. Injuria, noxa; hostes. *Cassiod. Var.* 4, 50. Campani, Vesuvii montis hostilitate vastati. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *sub fin.* Præoccupandus est aditus omnibus insidiis, ne hostilitas prior obrepens occurrat improvidis. *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 43. Reliquiæ ejus ab incendio hostilitatis ereptæ. Cf. *Cang.* (Inde gall. *hostilité.*) — Quum *Senecæ* locum *Forcell.* expungat, exempla desunt.

HOSTIŎLA, æ, f. Parva hostia. *Gloss. Cyril.* Θυμάτιον, hostiola.

HOSTŌRIUM, ii, n. (gall. *racloire*). *Onomast. lat. gr.* Hostorium, ὁμαλίστρα. *Thom.* p. 401. Ostorium (*sic*), lignum cum quo modius æquatur. — Mirabar non nisi grammaticum, *Priscianum* scilicet, a *Forcell.* laudari. Cf. *Cang.*

HOZIĒ, adv. Hodie. Vid. in v. MOZICIA.

HUMĀNOR, aris, ari, p. Incarnor. *Cassiod. Præf. in Psalter.* Quidam psalmorum promittentes Deum propter salutem credentium visualiter humanandum. *Epiphan. Hist. Eccl.* 6, 22. Verbum propter nos humanatum. Cf. *Cang.*

HŪMECTĀTIO, onis, f. Actus humectandi, humidum, uligo. *Isid. Or.* 4, 7. In vertice hominis arteriæ et venæ ventositatem ex resoluta humectatione gignunt. *Ib.* 20, 2. Et habet humectationis plus quam panis. *Cassiod. Var.* 10, 26. Eo quod ager, inundatione perfusus, sterilitatis vitia de inimica humectatione contraxerit. *Gloss. Cyril.* Ἐμβροχή, humectatio. *Ibid.* Ὑγρασία, humectatio, mador, liquor, udor, humor. Adde *Interp. Iren.* 1, 34, et 2, 14; *Thom.* p. 266.

HŬMĔRŬLUS, i, m. Parvus humerus; parvum fulcimentum. *Vulg.* 3. *Reg.* 7, 30. Per quatuor partes quasi humeruli subter laterem fusiles. *Ib. Ezech.* 41, 26. Cf. *Cang.*

HŬMĬLĬTŪDO, inis, f. Humilitas. *Gloss. Cyril.* Ταπείνωσις, humilitudo, humiliatio.

HŬMĬLO, as, are, a. Humilio. *Corip. Johan.* 6, 493. Nostros ut conterat hostes Omnipotens, humiletque tua virtute superbos. *Ib.* 7, 464. Dum relevat virtute humiles humilatque rebelles. — Credo equidem poetam non inscitia peccasse, sed duplicem fuisse declinationem *humilis* et *humilus*, ut *hilaris* et *hilarus*, *imberbis* et *imberbus*, etc. Inde verbum.

HYBRIS, idis, adj. m. f. Hybrida. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 454. Apris atque sui setosus nascitur hybris.

HYDRÆUS, a, um, adj. (ὑδραῖος). Ad Hydram pertinens. *Capel.* 7, p. 237. Eam hydræo germine pullulare.

HYDRASTINA, æ, f. (ὑδραστίνη). *Apul. Herb.* 114. Cannabis alia est usualis, alia agrestis quam nonnulli hydrastinam, Itali terminalem appellitant.

HȲDRAULIA, æ, f. Hydraulicum organum. *Serv.* ad *Virg. Eccl.* 7, 21, ed. *Lion.* Aquæ motus musicam efficit, ut in hydraulia vitrea videmus. — Mallem *hydrauli* vel *hydraulo*; nam græce ὕδραυλις et ὕδραυλον, non vero ὑδραυλία.

HȲDRŎMANTIS, is, et HȲDRŎMANTIUS, ii, m. (ὑδρόμαντις). Qui divinat per aquas. *Isid. Or.* 8, 9. Hydromantii ab aqua dicti. (Etiam *hydromancii* ap. *Hincmar.* c. 1, p. 125, auctore *Cang.*) *Gloss. Paris.* Hydromantes (male Hydromates), qui ex aqua divinant.

HȲDRŎMEL, ellis, n. Hydromeli. *Theod. Prisc.* 2, 2. Aquam calidam bibent in hydromelle. *Id.* 2, 17. Bene datur et hydromel tepidum. *Plin. Valer.* 1, 32. Cum hydromelle. — Sic declinatur *Oxymel.*

HYDROMELLUM, i, n. Hydromeli. *Gloss. vet. S. Genov.* Ydromellum, cum aqua mel mixtum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 630. Ydromellum, aqua mellita. *Id.* p. 291. Hydromelum (*sic*), aqua mellita. — Malo litteram *l* geminari.

HȲDRŎMĒLUM, i, n. (ὑδρόμηλον). Potus ex aqua et malis. *Isid. Or.* 20, 3. Hydromelum, quod fiat ex aqua et malis matianis. || Penultima correpta, vid. v. præced.

HȲMĔNÆUS, a, um, adj. (ὑμέναιος). Hymeneius. *Capel.* 8, p. 272. Lege hymenæa et culpæ velamine licentis obnuberis.

HȲMĔNAĬCUS, a, um, adj. Ad hymenæum pertinens. *Serv. Centim.* p. 11, ed. *Santen.* Hymenaicum metrum. (Male *Putsch.* p. 1820, *hirmenachium.*) *Plot.* p. 2639.

HYMNĀRIUM, ii, n. Liber hymnos continens. *Gennad. De Vir. illustr.* 48. Paulinus, Nolæ episcopus, fecit et sacramentarium et hymnarium. *Chart.* (an. 901) ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 218. Hymnaria duo. Cf. *Cang.*

HYMNĬDĬCUS, a, um, adj. Qui hymnos canit. *S. Greg. Ep.* 11, 46. Ab hymnidicis angelorum choris gloria in cœlo. Cf. *Cang.*

HYMNĬFĬCO, as, are, a. Hymnis celebro. *Commod.* 23, 5. Ipse tibi hymnificas etiam incinere de Verbo. *Id.* 60, 21. Hymnificato choro.

HYMNIZO, as, are, a. (ὑμνίζω). Hymnis celebro. *Interp. Iren.* 1, 20. Palinodias in quibus hymnizavit eam. *Id.* 1, 33. *Thom.* p. 287. Hymnizo, hymnos canere; quod etiam dicitur Hymnio, is. Cf. *Cang.*

HYOSCYĂMUM, i, n. Hyoscyamus. *Cels.* 2, 33. At simul reprimunt et refrigerant herba muralis... hyoscyamum, muscus, etc.

HȲPĂTIUS, a, um, adj. (ὑπάτιος). Ad hypaten pertinens. *Capel.* 9, p. 317. Hypatius exorsus.

HŸPĔRÆŎLIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPERDŌRIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPĔRHŸPĂTĒ, es, f. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1385. Quæ (chorda) quoniam super hypaten est addita, hyperhypate vocabatur.

HŸPĔRHŸPĂTIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPĔRIASTIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPERLŸDIUS, adj. m. Unus ex modis musicis, novissimus et acutissimus. *Cassiod. Music.* p. 587; *Isid. Or.* 3, 19; *Thom.* p. 631.

HŸPERMIXŎLŸDIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Boet. Music.* 4, 16, p. 1468. *Ibid.* non semel.

HŸPERPHRŸGIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPHĒ, es, f. (ὑφή). Figura quædam sententiæ. *Isid. Or.* 2, 21. Hyphe est quoties in eodem sensu diutius immoramur. *Pompej. gram.* p. 377.

HŸPOÆŎLIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPŎDŌRIUS, adj. m. Unus ex modis musicis, omnium gravissimus. *Boet. Music.* 4, 14, p. 1465. Efficiet modos septem, quorum nomina sunt hæc : hypodorius, hypophrygius, hypolydius, dorius, phrygius, lydius, mixolydius. *Cassiod. Music.* p. 587; *Isid. Or.* 3, 19.

HŸPOIASTIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587.

HŸPŎLŸDIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Boet. Music.* 4, 16, p. 1469; *Cassiod. Music.* p. 587; *Thom.* p. 631.

HŸPOPHRŸGIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Cassiod. Music.* p. 587. Toni sunt quindecim : hypodorius, hypoiastius, hypophrygius, etc. *Boet. Music.* 4, 14, p. 1465.

HŸPŎPŎDIUM, ii, n. (ὑποπόδιον). Suppedaneum. *Paul. Sentent. recept.* 3, 6, 65. Et scamna, et hypopodia, fistulæ, etc. — Sic *Furlan.* exhibet, pro *hypodia.*

HŸPŎTĔNŪSA, æ, f. (ὑποτείνουσα, scil. γραμμή). Linea quæ angulo recto obtenditur (gall. *hypoténuse*). *Boet. Geom.* 2, p. 1524. Unitas aggregetur, erit hypotenusæ pedatura. *Ibid.* sæpius. *Hygin.* in *Gromat. vet.* p. 190. Ejiciamus hypotenusas. *Nips. ibid.* p. 297. Cujus major hypotenusa est ped. XVII.

HŸPŎTĔNŪSĀLIS, e, adj. Ad hypotenusam pertinens. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 249. Limites hypotenusales. *Boet. Geomet.* 2, p. 1217. Ducatur hypotenusalis summa viginti quinque in se, etc.

HŸPŎTHĔTĬCUS, a, um, adj. (ὑποθετικός). *Cassiod. De Syllog.* p. 572. Alii (syllogismi) conditionales, quos hypotheticos dicimus. *Id. ib.* p. 569. Legat librum Marii Victorini, qui inscribitur De syllogismis hypotheticis. — Gall. *hypothétique.*

HŸPOZŸGOS membrana, f. (ὑπόζυγος). Membrana costas succingens, auctore Camerario. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 10, 104. Quæ (vomicæ) in diaphragmate, vel hypozygo membrana, aut jecore, aut liene generatæ rumpuntur.

HYSTĔRA, æ, f. (ὑστέρα). Vulva. *Interp. Iren.* 1, 35. In quibus dissolvere opera hysteræ adhortantur. Hysteram autem fabricatorem cœli et terræ vocant.

I

IAMBĔLĔGUS, a, um, adj. (ἰαμβέλεγος). Qui constat ex iambo et elego. *Serv. Centim.* p. 1825; *Plot.* p. 2622.

IĂS, adis, f. (ἰάς). Ionica. *Prisc.* p. 585. In *ne* autem desinentia (nomina) quæ sunt Iadis linguæ. *Ibid.* Cyclas, Ias, Troas. — Vox est ap. *Forcell.* ut nomen feminæ.

IĀSŎNIĒ, es, f. (Iason). Genus herbæ. *Plin. H. N.* 21, 65, 1. Iasonie unum folium habet. *Id.* 22, 29, 1.

IASTIUS, adj. m. (ἰάστιος). Unus ex quinque modis musicæ principalibus. *Capel.* 9, p. 317; *Cassiod. Music.* p. 579.

IATRIA, æ, f. (ἰατρεία). Curatio, medela. *Alcim. Avit. Ep.* 74. Supplicans ut stomachos, multis Saxoniæ deliciis nauseantes, tandem parcioribus iatriæ vestræ jejuniis alteratis.

ĪBȲCIUM metrum, n. (Ibycus). *Serv. Centim.* p. 1821.

ĪCŎNISMA, atis, n. (εἰκόνισμα). Iconismus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 527, et t. VII, p. 563. Iconisma, figura. *Gloss. Paris.* Imago, iconisma, vultus. *Ibid.* Iconisma, imago, figura imperatoris.

ĪCŎS, otis, n. (εἰκός). Verisimile. *Boet. Arist. Anal. pr.* 2, 17, p. 520. Icos est propositio probabilis. *Ibid.* Syllogismus imperfectus ex icotibus et signis.

ICTĔRUS, i, m. (ἴκτερος). Morbus arquatus (*jaunisse*). *Isid. Or.* 4, 8. — Avem tantummodo innuit *Forcell.*

ĪDENTĬTAS, atis, f. Natura quæ permanet eadem (gall. *identité*). *Cypr. De Cœn. Dom.*, *med.* Et caloris illius identitas ita corpori assidet ut a capite non recedat. *Boet. Arist. Anal. pr.* p. 492. Eo quod quandoque latet identitas horum. — Vocem addiderat *Bailey*, verum ex *Sarisber.*

ĬDIŌTĬCĒ, adv. Simpliciter. *Interp. Iren.* 1, *Præf.* Sed simpliciter et vere et idiotice ea, quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies.

IGNEFĂCIO, is, ere, a. Accendo. *Onomast. lat. gr.* Ignefacio, ignio, πυρόω. — Notum est *Ignefactus.*

IGNEO, es, ere, n. *Prisc.* p. 858. Ab igne, Igneo et Ignesco.

IGNĬCŎLOR, oris, et IGNĬCŎLŌRUS, a, um, adj. Igni concolor. *Juvenc.* 4, 157. Urgebit, veniet quum nubibus ignicoloris. *Ib.* 562. Per nubes ignicolores.

IGNĬPŎTENS, tis, adj. Qui igni viget. *Avien. Arat.* 710. Bis gemino discreta situ micat ignipotens lux. — Solenne est Vulcani nomen.

IGNŌMĬNIS, e, adj. Qui est sine nomine. *Onomast. lat. gr.* Ignomines, ἀνώνυμοι. — Sic declinatur *Cognominis.*

IGNŌMĬNIUM, ii, n. Ignominia. *Isid. Or.* 5, 27. Ignominium dictum eo quod desinat habere honestatis nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. *Commod.* 19, 1. Non ignominium est virum seduci prudentem? — Sic *margaritum*, *gazum*, etc.

ĪLĒTUM, i, n. Ilicea silva. *Gloss. Cyril.* Πρινών, hoc iletum.

ILLĂBŌRIŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Ἀκάματος, inlaboriosus, indefessus.

ILLĀMENTĀTUS, a, um, adj. Indefletus. *Vulg.* 2. *Macch.* 5, 10. Ipse et illamentatus et insepultus abjicitur.

ILLAPSUS, us, m. Allapsus. *Ambr. Ep.* 6, 42. Ideo delectatio sicut serpentino il-

lapsu humanis irrepsit affectibus. *Sil.* 3, 463. At gregis illapsu fremebundo territus acres Expavit moles Rhodanus. (Sic *Lemaire*, cum parte codd. Aliter, *allapsu.*) —Quem sensum *Forcell.* omittit, uno verbi citato exemplo.

ILLĀTOR, oris, m. Qui infert (aliquid). *Boet. Consol.* 4, *Pros.* 4. Miserior igitur tibi injuriæ illator, quam acceptor, esse videtur.

ILLĀTRIX, icis, f. Quæ infert. *Aug. Contr. Julian.* 4, 51. Sequitur ut pudicitia virginalis sit felicitatis illatrix.

ILLĔCEBRĀTUS, a, um, part. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 538. Pellecti, illecebrati.

ILLĔCEBRŌSISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. Ep.* 153, *Macedonio.* Si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis blandimenta contempsero.

ILLECTO, as, are, a. Freq. ab Illicio. *Ambros. In Luc.* 7, 12. Cupiditatum irrationabilis motus, voluptatis lenociniis illectans. *Pseudo-Tert. Carm. Adv. Marc.* 2, 56. Deumque futurum, Promissum patribus quos illectaverat ante. (Quem locum vitiose indicant Lexica.) *Sacerd.* in *Anal. gramm.* p. 6. Frequentativa species.... ut injicio, injecto; inlicio, inlecto; defendo, defenso; tueor, tutor. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 528. Inlectant, quod supra. Iniciant, inlectent, inlicita persuadeant. *Onom. lat. gr.* Illecto, as, ἐπάγομαι. Et *Thom.* p. 305. — Mirum est verbum apud auctores tam raro comparere, quum obvia sint *Illectamentum* et *Illectatio.*

ILLECTRIX, icis, f. Quæ illicit. *Cassian. Collat. Patr.* 20, 10. Materiam avaritiæ, illectricem suæ deceptionis, abscindat. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 23. Carnem ad lenocinia illectricem.

ILLĔMET, pron. *Diom.* p. 320. Egomet, tumet, illemet. Et 321. Illemet ipse. — In usu tamen esse non video.

ILLĒTĀBĬLIS, e, adj. (in, letum). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 528. Inletabilis, sempiternus.

ILLĒTĀLIS, e, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Inletales, immortales. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 528. Inletalis, sempiternus.

ILLĪBĀTĒ, adv. Sine jactura. *S. Greg. Ep.* 7, 33. Sed cuncta illibate et sine aliqua studeat refragatione servare.

ILLĬCĬTO, as, are, a. Illicio. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 412. Licet nos immanium expensarum pondus illicitet.

ILLINGUIS, e, adj. Vid. INLINGUIS.

ILLITTĔRĀTUS, a, um, adj. Qui litteras non exprimit, inarticulatus. *Boet. In Arist. De Interpr. ed. pr.* p. 221. Multi illitterati soni significant, ut sibilus aliquid interdum significat. (Sic iterum p. 310.) *Id.* p. 311. Illitterata vox. — Notissimum vocabulum, sensus autem memorandus.

ILLŎCĀLIS, e, adj. Qui nullum in universo spatio locum obtinet. *Eucher. De divin. Nomin.* p. 211. Inlocalis est (Deus) quia de loco ad locum nunquam transit. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 5. Omne incorporeum corporeo, et illocale locali.... in naturæ dignitate præponitur.

ILLŎCĀLĬTAS, atis, f. Conditio rei quæ illocalis est. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 17. Ut illocalitas animæ magis appareat.

ILLŎCĀLĬTER, adv. Non in aliquo loco. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 18. Unde datur intelligi, animam per tempus illocaliter moveri.

ILLŎQUĬBĬLIS, e, adj. Inenarrabilis. *Interp. Iren.* 1, 10. Inenarrabiles (litteræ) et inloquibiles. — Forte *ineloquibiles*, quæ vox ap. *Lact.*

ILLŪCESCO, is, ere, n. Luceo. *Ambr. In Luc.* 5, 5. Et clariorem (diem Dominus) ceteris fecit diebus, quum illucescerent elementa mundi. — Verbum pluraliter usurpatum ignorant Lexica.

ILLŪCŬLASCIT, n. Illucescit. *Fronto ad Anton.* 5. Quum serenus dies inluculascit.

ILLUĬBĬLIS, e, adj. Qui elui non potest. *Plaut. Men.* 1, 2, 57. Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illuibili. — Vulgo, *illutibili.* « Ab *illutus* fit *illutibilis*, » ait *Boxhorn.* Quum autem *lu* producatur, versus non constat. Egregie *Dübner* conjicit *illutili.*

ILLŪMĬNĀBĬLIS, e, adj. Qui illuminari potest. *Claud. Mamert. Stat. An.* 2, 2. Quia sit ille (Deus) lumen illuminans, et hæc (anima) lumen illuminabile.

ILLŪMĬNĀTRIX, icis, f. Quæ illuminat. *Isid. Or.* 7, 10. Maria, illuminatrix sive stella maris. *Gloss. Paris.* Mariam plerique existimant interpretari illuminatrix.

ILLUO, is, ere, a. Colluo. *Prisc.* p. 630.

A præsenti.... Macero, macies; luxurio, luxuries; illuo, illuvies. — Verbi solennem sensum retinui, nec arbitror Illuo negative dici posse, scil. sordido, inquino. *Illuvies* primum significat Eluvies, Diluvies, ut est ap. *Tac. Ann.* 12, 51. Zenobiam (flumini traditam), placida illuvie spirantem. (Etsi *Gronov.* conj. *eluvie.*)

ILLŪSŌRIUS, a, um, adj. Derisorius (gall. *illusoire*). *Ambr. In Luc.* 10, 23. Quid etiam corona, flagella, illusoria adoratio, arundo in manus tradita, capitis percussio significent.

ILLUSTRAS, atis, adj. Qui illustri loco est. *Cassiod. Var.* 6, 16. Qui codicillariis illustratibus probaretur ornari. (Sic etiam ed. *Garet.*)

ILLŪTĬBĬLIS vel ILLŪTĬLIS, e, adj. Qui elui non potest. Vid. ILLUIBILIS.

ĬMĀGĬNĀBĬLIS, e, adj. Qui mente concipi potest (gall. *imaginable*). *Boet. Consol.* 5, *Pros.* 4. Imaginabilia vel sensibilia comprehendit. *Ibid.* Imaginabilem sensibilemque rem. *Ib. Pros.* 5.

IMBĒCILLOR, aris, ari, p. Imbecillus sum. *Gloss. Cyril.* Ἀσθενῶ, ægroto, langueo, morbeo, languesco, imbecillor, infirmor.

IMBRĬCŬLUS, i, m. Parvus imbrex. *Isid. Or.* 19, 10, 14. Ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.

IMBRĬFĬCĀTUS, a, um, part. In imbrem resolutus. *Capel.* 1, p. 31. Modo nubibus imbrificatis.

IMBŬLUS, i, m. *Isid. Or.* 15, 2. Imbuli vel quia sub volumine sunt, vel quia sub iis ambulant : sunt enim porticus hinc inde platearum. *Gloss. Isid.* Imbulus, ab ambulando, ambulatorium. *Thom.* p. 294. Imbulus, porticus, vel locus ad ambulandum aptus, quod et deambulatorium dicitur.

IMMĂCŬLĀTĒ, adv. Sine macula. *Ven. Fort.* 10, *Exposit. Orat. dom.* Quisquis ergo Patrem illum appellat, sicut decet Filium, sic vitam suam immaculate dispenset.

IMMĂCŬLĀTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. De Natur. et Grat.* 63. Ut ad illam immaculatissimam puritatem Ecclesia sancta perveniat.

IMMĂDESCO, is, ere, n. Madesco, inebrior. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Immadescit, bibendo totus infunditur.

IMMĂDĬDO, as, are, a. Madefacio. *Ambr. In Luc.* 7, 9. Nubem quæ nos non pluvialibus aquis immadidet, sed, etc. — Locum breviuscule, ut solet, innuit *Bailey.*

IMMĂDĬDUS, a, um, adj. Madidus. *Avien. Progn.* 84. Aeris immadidum quoddam tellure creatum. (Græcum est ἔνυγρος.)

IMMĂNĬFESTUS, a, um, adj. Non manifestus. (Antequam de comparativo agam, forte non absurdum monere, vocabulum non *Rufino* peculiare, sed ap. *Boethium* frequentius esse, ut p. 671, 676, 677, 696, 726, etc.) || Compar. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 724. Nam immanifestius est semper in abscessu et inductione quod secuturum est.

IMMANSIO, onis, f. Mansio. *Boet. Arist. Top.* 4, 4, p. 691. Si memoriam immansionem scientiæ dicat, nam omnis immansio in mente, etc. (*Ibid.* quater dictio legitur.)

IMMASSO, as, are, a. Manduco. *Isid. Or.* 11, 1. Qui (molares dentes) concisa a prioribus atque confracta subigunt et molunt atque immassant.

IMMĔDIĀTĒ, adv. Proxime (gall. *immédiatement*). *Boet. De Unitat.* p. 1275. Eo quod immediate adhæret primæ unitati quæ creavit eam. (Quam vocem, ut barbaram, rejicit *Forcell.* in v. IMMEDITATE.)

IMMĔDIĀTUS, a, um, adj. Medio carens (ut ait *Boet.* p. 200), proximus (gall. *immédiat*). *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 203. Ægritudo et sanitas immediata contraria sunt. *Id.* p. 523. Est autem principium demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est qua non est alia prior. (Vox apud Nostrum frequentissima. Cf. p. 456, 523, 531, 543, 815, etc.)

IMMĔDIĔTAS, atis, f. Proximitas. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 456. Age enim, sint hujusmodi contraria, quæ sint immediata : genitum esse et ingenitum esse. In contrariis igitur immedietas idem privatoria affirmatio quod negatio valet.

IMMĔMŎRĀTIO, onis, f. Oblivio. *Vulg. Sap.* 14, 26. Dei immemoratio, animarum inquinatio.

IMMENSĬTER, adv. Immense. *Alcim. Avit. Homil. fragm. De Rogat.* p. 152. Ædes publica, quam præcelso civitatis vertice sublimitas immensiter fastigiata prætulerat.

IMMENSŪRĀBĬLIS, e, adj. Non mensurabilis. *Claud. Mamert. Stat. An.* 2, 4. Unde capias oportet indicium illius non pensi ponderis, et immensurabilis mensuræ, et innumerabilis numeri.

IMMENSŪRĀTUS, a, um, adj. Non mensuratus. *Salv. Adv. Avar.* 1, 16. Dura nonnulli hæc absque dubio et immensurata causantur.

IMMISCĬBĬLIS, e, adj. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 43. Immixtæ sunt contrariæ differentiæ, id est immiscibiles, quæ misceri non possunt.

IMMISSOR, oris, m. Qui immittit. *S. Greg. Ep.* 12, 30. Quia ex te immissus est (frater), ut quis esset ad conferendum præmium immissor putaret.

IMMŌBĬLĬTER, adv. Immutabiliter. *Prosp. In Psalm.* 118. Illam (legem) qua immobiliter fixum est ut omnis qui se exaltat humilietur. *Id. De Vit. contempl.* 8. Immobiliter credat. *Pompej. gr.* p. 190. Scire debes quod et immobiliter licet nobis declinare hoc nomen (paterfamilias).

IMMŎRĀTIO, onis, f. Moratio, perseverantia. *Interp. Iren.* 1, 1. In omnibus passionibus immorationem.

IMMŎRĀTUS, a, um, part. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 3. Quæ (acrimonia urinæ) insuete aliquando renibus immorata, etc.

IMMUNDĬTAS, æ, f. Immunditia. *Gloss. Cyril.* Ἀκαθαρσία, immunditas, immunditia, impuritia, spurcitia, illuvies.

IMMURMŬRĀTIO, onis, f. Murmuratio. *Ennod. Vit. B. Anton.* p. 425. Aliarumque belluarum minax immurmuratio.

IMMURMŬRĀTUS, a, um, part. *Cod. Theod.* 9, 38, 6. Diris immurmurata secretis mentis et corporis venena composuit.

IMPĀCĬFĬCUS, a, um, adj. Non pacificus. *Cypr. Sentent. ad Concil. Carthag.* Benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus.

IMPALPĀBĬLIS, e, adj. Intactilis (gall. *impalpable*). *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 190. Docebat Eutychius corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile.

IMPĂRĬTAS, atis, f. Natura imparis numeri. *Boeth. Arithm.* 1, 5, p. 1299. Sed ut in neutra divisione vel imparitati paritas, vel paritati imparitas misceatur. *Ibid.* Reliqua ab ejus imparitate non discrepat.

IMPARS vel IMPERS, tis, adj. Expers. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Impartes, expertes, sine parte. *Thom.* p. 295. Inpertes, expertes, sine parte. Et *Johan. de Jan.*

IMPARTĪBĬLIS, e, adj. Indivisibilis. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 18, p. 557. Iterum in his statur, quousque uti impartibilia stent et universalia. *Claud. Mamert. Stat. An.* 3, 5. Pars vero Dei nulla est quæ impartibilis non habet partem. Et vid. inf. in v. INVERTIBILIS.

IMPASSĬBĬLĬTER, adv. Sine passione. *Hilar. De Synod. adv. Arrian.* p. 130. Sine tempore et impassibiliter ex se eum (Filium) genitum demonstravit (Pater). *Ib.* p. 132. *Epiphan. Hist. Eccl.* 5, 20. Filium natum impassibiliter ex Deo. Et *Thom.* p. 440.

IMPAUSĀBĬLIS, e, adj. Inquietus. (Hoc vocabulo græcum *Alecto* vertit *Mythog. pr.* p. 40)

IMPENNĀTUS, a, um, adj. Qui est sine pennis. *Onomastic. lat. gr.* Impennatus, ἄπτερος. — Quod citant ex *Fest.* (v. PENNAS), de agna translate dictum est.

IMPENSĀTIO, onis, f. Inordinatio. *Isid. Or.* 4, 7. Paralysis dicta a corporis impensatione.

IMPENSĬBĬLIS, e, adj. (in, pensibilis). Qui expendi nequit (translate). *Onomast. lat. gr.* Impensibilis, ἀστάθμητος. — Unicum *Gellii* exemplum pro dubio datur : recte autem se habet.

IMPENSIO, onis, f. Impensa, pensio, summa. *S. Greg. Ep.* 1, 37. Impensionem sub festinatione transmittito. *Gloss. Cyril.* Δαπάνη, expensa, sumptus, impendium, impensio. *Pompej. gr.* p. 361. Sumptus.... quando impensionem significamus.

IMPENSO, as, are, a. *Gloss. Paris.* Impensat, consumit. *Thom.* p. 291. Impensare, consumere, abligurire, prodigere.

IMPĔRĀTIO, onis, f. Jussio. *Boet. Arithm.* 2, 1, p. 1322. Hoc autem trina rursus imperatione colligitur, eademque resolvendi ars.

IMPĔRĀTĪVUS, a, um, adj. Imperatus; qui imperat. *Salv. Adv. Avar.* 2, p. 256, ed. *Baluz.* Unde est quod eis Salvator in evan-

gelio non, ut ceteris, voluntarium, sed imperativum officium perfectionis indicit. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 324. Perfectæ orationis alia est deprecativa, alia imperativa, etc. — Lexica verbum habent, non vero satisfaciunt.

IMPĔREGRE, adv. Extra patriam. *Inscr. Lugdun.*, ed. *Boissieu*, p. 322. Dum ego imperegre eram. — Quum *Charis.*, p. 86, vetat dici *a peregre*, usum præpositionum castigat.

IMPĔRĬTĀBUNDUS, a, um, adj. Qui imperitat. *Onomast. lat. gr.* Imperitabundus, ἀρχικός.

IMPERMEĀBĬLIS, e, adj. Non permeabilis (gall. *imperméable*). *Jornand. De Reb. Get.* 1. Impermeabiles Oceani fines esse sentiuntur.

IMPERMIXTIOR, us, adj. compar. *Boet. Arist. Top.* 3, 4, p. 683. Ea quæ contrariis sunt impermixtiora.... ut album quidem nigro impermixtius.

IMPERMŪTĀTUS, a, um, adj. Non mutatus. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 142. Susceptibile ut ipsa permutata contraria suscipiat, non ut ipsa impermutata immutabilisque permaneat.

IMPERS. Vid. IMPARS.

IMPERSCRŪTĀBĬLIS, e, adj. Inscrutabilis. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 8. Secundum ipsius imperscrutabilem atque irreprehensibilem voluntatem. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, 14. Sicut et ipse Pater imperscrutabilis est.

IMPERSŌNĀLĬTER, adv. In tertia tantum persona (de verbo). *Donat.* ad *Ter. And.* 1, 1, 102. *Fletur.* Hic pæne impersonaliter : fletur ab omnibus. — Quem sensum innuit *Forcell.*, nullo allato exemplo. •

IMPERSPĬCĀBĬLIS, e, adj. Qui perspici nequit. *Cassiod. De Anim.* 3. Dum ad illam imperspicabilem majestatem mens humana non penetrat.

IMPĔS, etis, m. Impetus. *Prisc.* p. 702 Impes, impetis. *Onomast. lat. gr.* Impes et Impetus, ῥύμη, βία. (Vocem habet *Forcell.*, sed nominativum nullo auctore confirmat.)

IMPĔTEJUS, adj. m. Petax, violentus, *Gloss. Philox.* Impetejus, βίαιος.

IMPETRĀTUS, us, m. Impetratio. *Ambr. De Fide*, 5, 3. Posito tamen possibili impetratu hominibus quod posceretur.

IMPĔTUŌSĒ, adv. Cum impetu (gall. *impétueusement*). *Acro* ad *Hor. Carm.* 1, 29, 11. Proni dicuntur rivi de montibus effluentes qui impetuose fluunt.

IMPĔTUŌSUS, a, um, adj. Præceps, celer (gall. *impétueux*). *Gloss. S. German.* Fluvidus, impetuosus. (Adde *Johan. de Jan.*, qui nomen etiam exhibet *Impetuositas*, gall. *impétuosité*.)

IMPĬCĀTUS, a, um, part. Picatus. *Garg. De re Hort.* 4, 11, citante *Furlan.* Ex veteribus multi Suessatibus ollulis impicato singula poma clausere umbilico.

IMPĬGENS, tis, part. ab inusit. Impigeo. Indefessus, continuus. *Cæl. Aur. Acut.* 3, 11. Oscitatio jugis et impigens levandi voluntas.

IMPIGRĬTIA, æ, f. Industria. *Non.* p. 125. Impigritas pro impigritia. *Ambros. De Noe*, 2. Vestit velut quibusdam tegumentis indifferentibus, quæ sunt salus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, divitiæ, etc.

IMPLĬCĀTRIX, icis, f. *Gloss. Cyril.* Ἐμπλέκτρια, implicatrix, ornatrix.

IMPŎPŬLĀBĬLIS, e, adj. Incolumis. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 529, et *Gloss. Paris.* Impopulabile, illæsum. Iterum *Gloss. Paris.* in v. INLÆSUM.

IMPOSSĬBĬLIOR, us, adj. compar. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 268. Si ergo illud impossibilius est, hoc erit magis eligendum. *Id.* p. 433.

IMPOSSĬBĬLĬTER, adv. Impossibili modo, frustra. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 368. Id quod in nobis est, conjungere impossibiliter et copulare contendunt. Cf. *Cang.*

IMPOSTRIX, icis, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 295. Impostrix, deceptrix.

IMPRÆGNĀTA, part. f. Prægnans facta. *Mythog. sec. ap. Mai.* t. III, p. 117. Illa, ab eo imprægnata, vidit in somnis, etc. Cf. *Cang.*—Vocem *Imprægnatus* addidit *Bailey*, sed recentiore auctore arcessito.

IMPRÆGNO, as, are, a. Impleo (unde gall. *imprégner*). *Aug. Serm. de Adam et Eva*, ap. *Mai. Nov. Patr. Collect.* t. I, p. 1. Illic.... alumnis flatibus patrona temperies amicas auras imprægnat. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. de Spir. Sancto, sub init.* Aquas et terram et aerem hujus (animæ mundi)

semine impraegnari. — Huc recentiorem quemdam auctorem affert *Bailey*.

IMPRÆJŪDĬCĀTUS, a, um, adj. *Gloss. Plac.* p. 475. Impræjudicata, non judicata.

IMPRESSO, as, are, a. Freq. ab Imprimo. *Corip. Johan.* 5, 371. Siccis tunc faucibus ipsi Impressant flores. *Ib.* 6, 347. Ipsas impressat arenas Belliger ore.

IMPRĔTIĀBĬLIS, e, adj. Inæstimabilis, qui omne pretium superat. *Cassiod. Var.* 4, 1. Indicamus, nos venientibus legatis impretiabilis quidem rei.... suscepisse pretia destinata. *Ib.* 9, 6. Impretiabilis munere sanitatis. *Ib.* 11, 1. Et *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 24. — Vocabulum a *Furlan.* additum, sed cujus unum exemplum subjicit.

IMPRŌLŎQUĬBĬLE, adj. n. Quod proloqui non possunt. *Gloss. Philox.* Ἀλάλητον, improloquibile.

IMPRŎPĔRIUM, ii, n. Opprobrium. *Vulg. Tob.* 3, 4. In fabulam et in improperium omnibus nationibus. *Ibid.* sæpissime. *Ambr. In Psalm.* 43. Majoresque divitias æstimavit, et prætulit thesauris Ægypti, improperium Christi. *Cypr. Adv. Jud.* 3, 16. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 12. Propter delictum suum improperia digna portans Arrius. *Gloss. Paris.* Obproprium, maledictum, improperium, crimen turpe, probrum, etc. *Onomast. lat. gr.* Improperium, ὀνείδισις. Et *Thom.* p. 292. — Vix paucula habet *Forcell.*

IMPŪBESCO, is, ere, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 292. Inpubescere, crescere. *Ib.* p. 409. Et inde Pubesco, id est crescere; quod componitur Inpubescere. — Glossema apposite loco *Plinii* lumen affert, qui est 23, 64, 4. « Corticem ejus impubescentem puer impubis si detrahat. » Quod verbum cave mutes in *intumescentem*, ut *Harduin.*, et interpreteris ut *Forcell.* « Qui nondum lanuginem emisit. »

IMPŬDĬBUNDUS, a, um, adj. Impudens. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 242. Frontosus, impudibundus.

IMPŬDŌRĀTĒ, adv. Impudenter. *Interp. Iren.* 1, 29. Impudorate super omnes obtrectare Deum. *Id.* 2, 14. Impudorate audent docere, etc.

IMPUGNĀTOR, oris, m. Qui impugnat. *Ennod. Apol. pro Synod.* p. 327. De impugnatorum qualitate lati sunt canones. *Id. Ep.* 2, 17. Impugnator est sui qui prædicat, etc. *Isid. Or.* 8, 5. Chalcedonensium capitulorum impugnatores. — Apud *Forcell.* vanescit unica *Livii* auctoritas.

IMPULSO, as, are, a. Frequent. ab Impello. *Greg. Tur. Ex Mirac. Martyr.* 2, 2. Impulsante violentia.

IMPŪNĪTĒ, adv. Sine pœna. *Ennod. Vit. S. Epiphan.* p. 397. Qui criminosos patitur impunite transire.

IMPŪRĀTĒ, adv. Impure. *Interp. Iren.* 1, 29. Impurate blasphematus eum (scil. Deum) qui, etc.

IMPURPŬRĀTUS, a, um, adj. Purpura ornatus. *Charis.* p. 19. Hic clavus, id est impurpurata vestis. (Inde gall. *empourpré.*)

ĬNABLŪTUS, a, um, adj. Non ablutus. *S. Greg. Ep.* 2, 7, *Indict.* 11. Atque ita inabluta sorde peccati defunctos in tenebris.

ĬNABSCONDĬTUS, a, um, adj. Non absconditus. *Gloss. Cyril.* Ἄκρυπτον, incelatum, inabsconditum.

ĬNABSTĬNENS, tis, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Inabstinentes, impatientes. *Gloss. Hildeb.* Inabstinens (male Inabstinent), irreligiosus. Vid. v. seq.

ĬNABSTĬNENTER, adv. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 526. Inabstinenter, impatienter. *Gloss. Hildeb.* Impatienter, inabstinenter. — Non affirmare ausim hoc lemma a præcedenti differre : *Inabstinentes, impatientes.* Nempe *r* et *s* eadem littera in codicibus Longobard.

ĬNABSTĬNENTIA, æ, f. Frequentia. *Ennod. Ep.* 4, 12. Ubi fuit inabstinentia tabellarum non circa omnes in Liguria custodita.

ĬNABSTRACTUS, a, um, adj. *Boet. De Trinit.* 1, p. 1121. Nam quum tres sint speculativæ partes : naturalis, in motu, inabstracta, ἀχώριστος, id est inseparabilis.

ĬNACCESSĬBĬLĬTAS, atis, f. Locus inaccessus. *Arn. In Psalm.* 138. Ubicumque inaccessibilitas solet fugitivum abscondere.

ĬNACCŪSĀBĬLIS, e, adj. Irreprehensibilis. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singular. Cleric.*, *sub fin.* Ut singularitatis inaccusabilis successione fungantur. *Interp. Iren.*

4, 50. Nihil otiosum est eorum quæcumque inaccusabilia posita sunt in scripturis. *Id.* 2, 5. *Gloss. Philox.* Inaccusabilis, ἀνέγκλητος. *Gloss. Cyril.* Ἀκατηγόρητος, inaccusabilis. *Ibid.* Ἀνέγκλητος, inaccusabilis.

ĬNĂCERBO, as, are, a. Exacerbo. *Gloss. Cyril.* Δεινοποιῶ, acerbo, inacerbo.

ĬNĂDULTĔRĀTUS, a, um, adj. Non adulteratus. *Interp. Iren.* 3, 15. Regulam veritatis inadulteratam habentes.

ĬNÆQUĬMŎDUS, a, um, adj. Inæqualis. *Boet. De Syllog. hyp.* 2, 1, p. 626. Æquimoda propositio est si..., inæquimoda vero, etc.

ĬNÆSTĬMĀBĬLĬTER, adv. Supra omne pretium. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 20. Eminentior et inæstimabiliter dulcior est amore proximi amor Dei.

ĬNĂMĀRĬCO, as, are, a. Amarico. *Aug. In Psalm.* 5. Ipsi enim inamaricaverunt Deum.

ĬNĀNĪTIO, onis, f. Vacuitas. *Isid. Or.* 4, 6. Fit (spasmus) duobus modis, aut ex repletione, aut ex inanitione. — Exstat gallica vox *inanition.*

ĬNANTE, adv. Ante, in anteriore parte. *Veg. Mil.* 1, 20. Sinistrum pedem inante habere. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 16. Inante absidem rotundam habens.

ĬNĂRĀTUS, a, um, part. Aratus (ab Inaro). *Ambr. Ep.* 6, 39. Quorum (signorum) ad exortum duris inarata vomeribus findantur novalia. *Id. In Luc.* 8, 17. Dicat anima tua, Christo fertilitatis suæ jam conscia, et seminata Dei verbo, spiritalibus quoque inarata culturis.

ĬNARTĬFĬCIŌSUS, a, um, adj. Inartificialis. *Boet. In Topic. Cic.* 5, p. 846. Naturalia non naturalibus (excellunt), et artificiosa inartificiosis.

ĬNAUSPĬCĀBĬLIS, e, adj. Inauspicatus. *Gloss. Cyril.* Ἀόρατος, invisibilis.... inauspicabilis. (Profecto excidit græcum vocabulum.)

ĬNAUXĬLIĀTUS, a, um, adj. Qui sine auxilio est. *Vulg. Sap.* 12, 6. Parentes animarum inauxiliatarum.

ĬNĀVĀRUS, a, um, adj. Non avarus. *Cassiod. Var.* 1, 3. Publica privataque commoda inavarus arbiter æstimabas. *Ib.* 6, 9.

INCÆSPĬTĀTOR. Vid. INCESPITATOR.

INCANDEO, es, ere, n. Incandesco. *S. Greg. Ep.* 11, 40. Nunc vehementius fervor incandeat.

INCĂPAX, acis, adj. Non capax. *Aug. De Nat. et Grat.* 21. Quas videt ita nasci.... non solum præcepti incapaces, etc.—Mirum sane videbitur, vocabulum tantummodo a poeta, *Prudentio* scilicet, servatum.

INCĂPISTRO, as, are, n. Capistro coerceo. *Onomast. lat. gr.* Incapistro, φιμόω. — Verbum translate usurpavit *Apul.*

INCARDĬNĀTIO, onis, f. Promotio alicujus cardinalis. *S. Greg. Ep.* 1, 81. Abstinendum ab omni incardinatione memineris.

INCARDĬNĀTUS, a, um, part. *S. Greg. Ep.* 2, 25. In hac, in qua a nobis ordinatus es, incardinatus debeas ecclesia permanere.

INCARDĬNO, as, are, a. Cardino, cardinalem aliquem facio. *S. Greg. Ep.* 2, 25. Ad eam, in qua prius incardinatus es, ecclesiam revertaris. Et *Paul. Diac. Vit. S. Greg.*, auctore *Cang.* — Dicitur etiam *Cardinare.*

INCARNĀTIO, onis, f. Mysterium quo Christus homo factus est (*incarnation*). *Hier. Ep. Hedibiæ*, t. IV, p. 182. Ut humilitate et incarnatione Christi eos salvos faceret. *Ambr. Ep.* 8, 64. Dum nesciret dominicæ incarnationis sacramentum. *Aug. Exposit. super Magnificat.* Mysterium incarnationis Verbi. *Cassian. Incarn.* 1, 2. Quorum primus Hebion, dum incarnationem dominicam nimis asserit, etc. *S. Fulg. De Incarn.* 1. Maxime in mysterio dominicæ incarnationis. *Paul. Nol. Ep.* 11. Incarnationis, et Passionis, et Resurrectionis atque Ascensionis sacramenta. *Alcim. Avit. Ep.* 3; *Cassiod. De Anim.* 12; *Ven. Fort.* 11, *init.* — Vocabulum in *Vulgata* editione non occurrit; id modo non omisit *Forcell.*, et, quod magis miror, *Cang.*

INCARNĀTUS, part. m. De Christo dicitur qui homo factus est (gall. *incarné*). *Cassian. Incarn.* 1, 5. Non tamen quia incarnatus dicitur. *S. Fulg. De Incarn.* 14. Quoniam illi, qui incarnatus est, per consortium carnis fratres facti sumus. *Ambros. In Luc.* 10, 22. Venit incarnatus ex Virgine. — Voci fere nulla auctoritas ap. *Forcell.* Quæ non reperitur in *Vulgata.*

INCASTRĀTŪRA, æ, f. Commissura. *Vulg. Exod.* 26, 17. In lateribus tabulæ duæ incastraturæ fient. *Eucher. Exposit. divers. Rer.* ɼ. 287. Anconiscos, incastraturas. *Gloss. Paris.* Incastratura, compaginatio lignorum. — Vocem addidit *Bailey*, indicatis *Vulgatæ* exemplis.

INCĀSUĀLIS, e, adj. Qui non habet casus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 60. Aptota nomina, incasualia, ut *frugi*.

INCĂTHŎLĬCUS, a, um, adj. Non catholicus, infidelis. *Cassiod. De Anim.* 12. Ibi videbimus quam irrite ab incatholicis catholica lacerabatur ecclesia. — Sic opt. editio, cum var. lect. *a perversis*. Hoc habent vett. edd.

INCENSĪTUS, a, um, adj. Non censitus. *Cod. Theod.* 10, 23, 1. Ut classicorum numerus ex incensitis vel accrescentibus compleatur.

INCENSO, as, are, a. Freq. ab Incendo. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 291. Incensare, incendere, irritare, incitare, commovere. *Id.* p. 295. Cf. *Cang.* — Barbaram vocem exscribere placuit, ut verbi nostri *encenser* omnibus patefieret origo.

INCERTĪTŪDO, onis, f. Incertus status. *S. Greg. Ep.* 1, 50. Ita tamen ut, pro incertitudine temporis, locus super mare requiri debeat. — Gall. *incertitude*.

INCESPĪTĀTOR, oris, m. Sternax. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 11, 671. *Suffuso* (equo), casuro. Nam suffusi equi dicuntur quos vulgo *incespitatores* vocant. (Sic omnes, et recentior editio *Alberti Lion*, ubi tamen *cespitator* est pro var. lect. Hoc *Forcell.* exhibet, non sine aliqua dubitatione; fidentius *Freund.* Nomen sane *cesitator* facit cum verbo *cespito*. Composita vox *incespitator* idem significare videtur, et præpositio *in* vim habere augendi, non negandi.) Conf. CESPITO.

INCESSANS, tis, adj. Non cessans (gall. *incessant*). *Cassiod. In Act. Ap.* 11. Verbum Domini incessanti virtute prædicabunt. *S. Greg. Epist.* 4, 31. Incessantibus quotidie plagis ferior. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 138. Quanta bissexti anni particula per singulos annos.... et dies incessantes adimpleatur.

INCESTĀTOR, oris, m. Temerator. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 29. Ipse Jupiter.... incestator virorum.

INCESTUŌSUS, a, um, adj. Incestus (gall. *incestueux*). *S. Greg. Ep.* 12, 32. Incestuosus est talis coitus et abominabilis Deo. *Ibid.* ter repetitur. — Vox, *Val. Maximo* abjudicata, auctoritate carebat.

INCĬNĔFACTUS, a, um, part. In cinerem redactus. *Commod.* 41, 12. Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla.

INCIRCUMSCRIPTIO, onis, f. Natura incircumscripta vel infinita. *Hilar. In Epist. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 107). Totus enim in unumquemque est, propter naturæ incircumscriptionem, non secundum partes divisus.

INCIRCUMSCRIPTUS, a, um, adj. Non circumscriptus, infinitus. *Ambr. Precat. præpar. ad Miss.* 2. Incircumscriptus agnosceris (nempe de Deo dictum). *Hilar. De Trin.* 1, *sub init.* Ut illam incircumscriptam infinitatem in aliquo pulchræ intelligentiæ esse opinaretur ornatu. *Gloss. vet. S. Genov.* Incircumscriptus, termino carens. *Thom.* p. 546. Circumscriptus : componitur Incircumscriptus. — Non ignota prorsus dictio, quippe ap. *Prudent.* Sed hoc unicum erat exemplum, et poetæ.

INCĪSOR, oris, m. Carptor, qui carnes discindit (*découpeur*). *Alcim. Avit. Ep.* 77. Gula, aliquantula temporis mora, sub docti incisoris pependit arbitrio.

INCLAUDĬCĀBĬLIS, e, adj. Qui non claudicat. Vid. v. seq.

INCLAUSĬBĬLIS, e, adj. Qui non clauditur. *Gloss. Plac.* p. 471. Inclaudicabilis ad pedem refertur, Inclausibilis ad locum. Inclaudibilis vero irrationale.

INCLĪNĀTĪVÆ conjunctiones, f. pl. Encliticæ. *Prisc.* p. 1225. Hæc (conj. *que*), et aliæ duæ conjunctiones, *ve* videlicet et *ne*, sunt apud Latinos inclinativæ.

INCOCTĪLES, ium, m. pl. Incoctilia. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1891. Incoctiles numero x, scyphi dependentes, auro inluminati, numero v, etc.

INCŌGĪTĀTĒ, adv. Cum incogitantia. *Interp. Iren.* 2, 16. Incogitate dispositæ qualislibet motionis.

INCOGNOSCĪBĬLIS, e, adj. Qui cognosci non potest. *Ambr. De Vocat. Gent.* 1, 5. Qui

de incognoscibilibus devenire in convenientia præsumpserunt. *Interp. Iren.* 1, 12. Illud quod est inenarrabile et incognoscibile.

INCOHÆRENS, tis, adj. Qui non cohæret, non coaptatus. *Boet. Music.* 1, 1, p. 1371. Si dissipati (soni) atque incohærentes feriant sensum. — Vocem habemus *incohérent.*

INCOINQUĬNĀTUS, a, um, adj. Non coinquinatus. *Vulg. Sap.* 3, 13. Mulier incoinquinata. *Cypr. De Singul. Cleric., sub f.* In perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum prœlium vincens.

INCOLLECTĬLIS, e, adj. Unde nihil colligitur. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 4, p. 737. Incollectiles igitur simpliciter non sunt hujusmodi orationes, sed ad propositum incollectiles.

INCOMIUM, ii, n. Medicamenti genus. *Veg. Veter.* 6, 28, 18. Incomii pond. 2. — Vocem omittit *Forcell.*, habet *Scheller.*

INCOMMENSŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui commensurabilis non est (gall. *incommensurable*). *Boet. Arist. Top.* 8, 5, p. 731. Ut, latus incommensurabile esse diametro, si oportet ostendere. *Id. Arithm.* 1, 17, p. 1308. Rursus v et vii, [et] quos (numeros) procreant, si compares, hi quoque incommensurabiles erunt. *Id.* p. 669, 740, 748, et passim.

INCOMMŪNĬCĀBĬLIS, e, adj. Qui communicari non potest (gall. *incommunicable*). *Vulg. Sap.* 14, 21. Incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. *Boet. Arist. Analyt. post.* 1, 5, p. 526. Incommunicabilis qualitas est Platonitas. *Id.* p. 340 et 539.

INCOMMŪNĬCĀTUS, a, um, adj. Non communicatus. *Jul. Valer. Alex. Ort.* p. 73. E qua tibi spero filios privatos et incommunicatos alteri proventuros.

INCOMMŪNIS, e, adj. Non communis. *Boet. Arist. Top.* 3, 2, p. 682. Et quod magis proprium, eo quod communius et quod magis proprium, eo quod communius et quod magis incommunius.

INCOMMŪTĀTUS, a, um, adj. Incommutabilis. *Aug. De Morib. Manich.* c. 11. Nec incommutatus (Deus esse potest) qui ex aliqua parte mutatus est.

INCOMPACTUS, a, um, adj. Non compactus. *Onomast. lat. gr.* Incompactum, ἀσύνταχτον.

INCOMPĂRĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Ambr. De Isaac et Anim.* 8. Et quanto incomparabilior est illa divinitatis gloria.

INCOMPĔTUS, a, um, adj. Incompetens, inconveniens, pravus. *Gloss. vet. S. Genov.* Incompetum (male Incompotum), incompositum. *Enn.* ap. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 534. Squarrosa et incompeta rostra. (Hunc locum laudavit *Furlan.* In quo duplex error notandus fuit : versus est *Lucilii*, et legendum *incondita*, quod cum vocabulo ævi sui mutavit grammaticus. Vera lectio est ap. *Fest.* Varorum ac rupicum squarrosa, incondita rostra.)

INCOMPLEXĪVUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Δυσπερίληπτον, incomprehensibile, incomplexivum.

INCOMPŎSĬTUS, a, um, adj. Non compositus, simplex. *Ambr. Hexaem.* 1, 7. Incomposita copulabantur. Et *ibid.* sæpius. *Boet. Arithm.* 1, 17, p. 1307. Incompositus numerus. *Id.* p. 1310. Numerus primus et incompositus. *Id.* passim. — Notissimæ vocis ignotus sensus.

INCOMPREHENSĬBĬLĬTER, adv. Incomprehensibili modo. *Ambr. In Luc.* 2, 1. Incomprehensibilis enim incomprehensibiliter operabatur in matre.

INCONCĬLIĀTUS, a, um, adj. Qui nunquam conciliatur. *Boet. Introd. ad Syllog.* p. 564. Ut eis sit perpetua atque inconciliata discordia.

INCONFŪSĬBĬLIS, e, adj. Qui confundi vel erubescere non potest. *Vulg.* 2. *Paul. Ad Timoth.* 2, 15. Operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

INCONGRUENTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. De Dono Persev.* 61. Ita sane, sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum.

INCONGRUĬTAS, atis, f. *Prisc.* p. 1119. Quando ex duobus obliquis constructio fit, ἀσυμβάματα, id est incongruitates dicebant. (*Construction où il n'entre que des cas obliques, d'après les stoïciens.*) — Gallicam vocem habemus *incongruité.*

INCONJUNCTUS, a, um, adj. Non conjunctus. *Boet. Arithm.* 2, 32, p. 1345.

Quidquid in mundo est, permanere putat individuum inconjunctumque. *Id.* p. 332. Inconjunctæ orationes; p. 329. Inconjunctæ propositiones, et *ibid.* Inconjuncti termini.

INCONNEXIO, onis, f. *Jul. Rufin. De Schem. Lex.* p. 42 Asyndeton.... latine dicitur Dissolutio vel Inconnexio.

INCONSCIUS, a, um, adj. Non conscius. *Cassian. Cœnob. Inst.* 6, 20. Si, pro necessitate naturæ, nobis inconsciis concretiones egerantur obscenæ. *Cassiod. Var.* 10, 4. Præsumpsistis me inconscio susurrare. — Unum *Livii* exemplum *Forcell.* refert, quod rejicit.

INCONSENSUS, us, m. Discordia. *Gloss. Cyril.* Ἀσυμφωνία, inconsensus.

INCONSENTIENS, tis, adj. Non consentiens. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 433. Inconsentiens sit aliis propositionibus.

INCONSĔQUENTER, adv. Inconvenienter. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 4. Clysteribus utendum, ob avertendam materiam vel avocandam a locis patientibus, inconsequenter jubet Asclepiades. *Hillar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 86. Quibus inconsequenter simul et magnifice adjicit. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 527. Inconsequenter, inrationabiliter.

INCONSIGNĀTUS, a, um, adj. Non consignatus vel notatus, ignotus. *S. Greg. Ep.* 8, 46. Ut ii qui illic Deo propitio baptizantur, inconsignati non debeant remanere.

INCONSŎNANTER, adv. Discrepanter. *Interp. Iren.* 1, 18. Et esse eam (redemptionem) quæ ab ipsis varie et inconsonanter traditur. (Vocem etiam notavi ex *Prisciano*, sed locus excidit.)

INCONSŎNANTIA, æ, f. Absurdus sonus. *Prisc.* p. 784. Incommoditate vero vel inconsonantia, quam Græci ἀσυμφωνίαν vocant, deficiunt quædam.

INCONSŎNUS, a, um, adj. Qui non est consonus (gall. *dissonant*). *Boet. Music.* 2, 26, p. 1411. Si diapason consonantiæ addatur diatessaron, inconsonum fit. *Ib.* 1, 20, p. 1383.

INCONSPĬCĀBĬLIS, e, adj. Invisibilis. *S. Fulg. Pro Fide cathol., sub f.* Sine fine magnitudinem, inconspicabilem gloriam, bonitatem concupiscibilem, etc.

INCONSULTUS, a, um, adj. Non consultus, a quo consilium non est petitum. *Aug. Ep.* 63, *Severo.* Ut inconsulto fratre Carchedonio proficisceretur. *Ambros. Epist.* 6, 43. Quia te inconsulto uxorem acceperat. *Cod. Theod.* 15, 1, 37. Ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum. *Ib.* 15, 1, 44. Liceat, etiam inconsulta clementia nostra, imaginem reponere. *Ib.* 15, 15, 1. Nobis insciis atque inconsultis. *Novel. Theod., tit.* 7, 4. Inconsulto suo judice trahi non liceat. *Novel. Valent., tit.* 16, 1. Inconsulto pontifice. *Gloss. Cyril.* Inconsultus, ἀσύμβουλος. — Exemplum ex *Varrone, R. Rust.* 1, 10, omnes propinant, nemo unquam vidit. Quod dubitanter affert *Forcell.*, et ait *Scheller* se minime reperisse. Ideo miror V. Cl. *Freund* eumdem locum indicasse quasi certum. Nunc vero de vocabuli novo sensu nemo dubitabit.

INCONSUMPTĬBĬLIS, e, adj. Qui consumi non potest. *Cypr. De Cœna Dom., init.* Inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis.

INCONTEXTUS, a, um, adj. Non contextus. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 240. Quæ res sibimet incontextas copulant.

INCONTINGENS, tis, adj. Non contingens. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 426. Incontingens autem nullus dixerit quod est privatio. (Etiam dicitur *non contingens*, p. 427.)

INCONTĬNUUS, a, um, adj. Non continuus. *Boet. Music.* 2, 22, p. 1409. Verisimile est, ut est consonantia diatessaron consonantiæ, diapente continua, ita si diatessaron in duplici statuitur, diapente incontinua duplicis poni, id est triplicis. (Sic *Furlan.* Ed. *Basil.* habet divisim *in continua*, sed illud verum videtur.)

INCONTRĀ, præp. Contra. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 14. Quumque exercitus incontra jacula transmitteret. *Inscript. chrétiennes de la Gaule*, t. I, p. 197. Incontra columna VII (*sic*). — Inde gall. *encontre.*

INCONVENTUS, a, um, adj. Non aditus, non consultus. *Novel. Valent., tit.* 8. Quisquis inconvento domino possessorem de prædio rustico urbanoque depulerit. *Ibid.* Inconvento possessore.

INCONVERSĬBĬLIS, e, adj. Qui non potest inverti seu alio ordine poni. *Aug.*

Music. 5, 21. Itaque inconversibiliores, ut ita dicam, sunt quam illi qui aut omnibus brevibus, aut longis omnibus constant. — Opponitur *Conversibilis*, ut est *ibid.* 5, 27: Non conversibilibus semipedibus.

INCONVULSUS, a, um, adj. Non convulsus, firmus. *Ennod. Dict.* 21, p. 536. Inter omnes homines inconvulsa amor radice subsistet. *Novel. Valent., tit.* 30. Salva et inconvulsa debet conjunctionis affectio permanere. *Ib.* 31. Apud se posterosque suos inconvulsa mansura (n. pl.). *S. Greg. Ep.* 8, 33. Ea, quæ.... statuta sunt, inconvulsa consistant. *Ibid.* 12, 32. Et *Gloss. Paris., Append.* Inconvulsa, incommutabilis. — Omissum a *Forcell.* verbum leviter fulcit *Furlan.*

INCORPŎRĀTIO, onis, f. Incarnatio. *Ambr. De Fide,* 5, 6. Se ipsum secundum substantiam divinitatis incorporationisque describens. *Id. De Virginib.* 1, *post med.* Atque omne in eo et ingenitæ divinitatis et assumptæ mysterium incorporationis agnoscas. *Hilar. Adv. Arrian.* p. 131. De incorporationis suæ ac passionis sacramentis. *Cassiod. Inst. divin. Litt.* 32. Per incorporationis beneficium rumperet vincula peccatorum. *Gloss. Cyril.* Σωματικὴ νομή, incorporatio. || Adjunctio (rerum). *Cod. Theod.* 10, 9, 3. Et moris veteris instituto incorporationem bonorum anteferri competitionis effectui decernimus. *Ib.* 10, 9, 1. Incorporatio compleatur. *Ib.* 10, 9, 2. Pecuniæ fiscus incorporationem traditionemque percipiat. — Unde gall. *incorporation.*

INCORRĬGĬBĬLIS, e, adj. Qui corrigi non potest (gall. *incorrigible*). *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 15. Qui se incorrigibiles exhibuerint. *S. Greg. Ep.* 12, 32. At si incorrigibiles apparuerint, etc.

INCORRUPTĬBĬLĬTER, adv. Incorrupte. *Isid. Or.* 19, 6. Exstinctus (carbo) incorruptibiliter durat. — Vocabulum habet *Forcell.*, sed comparativo gradu et translate.

INCREĀTUS, a, um, adj. Non creatus (gall. *incréé*). *Ambr. Hexaem.* 1, 1. Et ea (principia) incorrupta et increata esse asseverarent. *Ib.* 1, 2. Et *ib.* 2, 1. Nam si increata materia. *Claud. Mam. Stat. An.* 2, 4. Si nihil increatum, nisi creator. *Vincent. Lirin. Common.* p. 336. Non alter increatus, alter creatus.

INCRĔPĬTĀTUS, a, um, part. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 1, 71. Hæc increpitata a Nerone.

INCRUSTĀTUS, a, um, part. *Poet.* ap. *Schol. Cruq.* ad *Hor. Sat.* 1, 3, 56. Nam vel regionibus illis Incrustatu' calix ruta caulique bibetur.

INCŪBA, æ, f. *Gloss. Isid.* Incuba, quæ res alienas tenet. — Eodem sensu apud *Forcell.* Incubo, onis.

INCULPĀBĬLĬTER, adv. Sine culpa. *Cassiod. Var.* 5, 27. Inculpabiliter necesse est vivat. *Ib.* 7, 32; 11, 18 et 19 et 36; 12, 2 et 16. *Liberat. Breviar.* p. 68. Sapimus recte et inculpabiliter. *S. Greg. Ep.* 2, 29. Inculpabiliter, in qua sunt, conversatione perseverant. *Id. ib.* 7, 15.

INCULPĀTIO, onis, f. Incriminatio, crimen (gall. *inculpation*). *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 729. Inculpatio vero orationis, et secundum ipsam orationem, et quando interrogatur, non eadem. *Ib.* p. 730. Orationis, autem secundum se ipsas quinque sunt inculpationes.

INCULPO, as, are, a. Culpo (ital. *incolpare*, gall. *inculper*). *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 730. Quod non similiter inculpandum. Iterum *ibid.*

INCUNCTĀBĬLĬTER, adv. Incunctanter. *Alcim. Avit. fragm. Sermon.* p. 194. Triplicis linguæ pagina fuit, ut a toto mundo incunctabiliter crederetur.

INCŪRĀTĒ, adv. Sine cura. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 384. Quod autem dicitur, perobscurum est, et expositum a pluribus incurate.

INCURGĬTO, as, n. Antique pro Ingurgito. *Cato* ap. *Charis.* p. 78.

INCURSŌRIUS terminus, adj. m. *Auct. Cas. litter.* in *Grom. vet.* p. 336.

INCURVĀBĬLIS, e, adj. Qui curvari non potest. *Cassiod. Var.* 10, 30. In modum columnarum rigentes atque incurvabiles (pedes elephantum) jugiter perseverant. *Fulg. Contin. Virg.* p. 758. Ferrea turris erecta et incurvabilis.

INDĀGĀBĬLIS, e, adj. Qui indagat. *Isid. Or.* 3, 23. Quæ (astronomia) cursus siderum.... indagabili ratione percurrit. — Vox incerta ap. *Forcell.*

INDĀGUS, a, um, adj. Qui indagat. *Gloss. Plac.* p. 471. Indagus, a, um, participia sunt, cum ut tantum. — Corruptus locus, in quo significatio præcipui verbi non ambigenda mihi videtur.

INDĒCEPTĬBĬLIS, e, adj. Qui decipi non potest. *Boet. Arist. Top.* 5, 3, p. 698. Quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab oratione.

INDĒCĬDUUS, a, um, adj. Non deciduus. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 706. Alius (locus est) si secundum metaphoram dixit : ut scientiam indeciduam, terram autem nutricem.

INDĒCĪSUS, a, um, adj. Non decisus (unde gall. *indécis*). *S. Greg. Ep.* 12, 3. Et indecisa inter partes contentio remansisset.

INDĒLĪBĔRĀTUS, a, um, adj. Non deliberatus (gall. *indélibéré*). *Cassiod. Var.* 7, 8. Nihil subitum aut indeliberatum jubemus assumi. *Ibid.* 12, 22. Qui est indeliberata dicturus.

INDEMNĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ἀζήμιον, indemnatio, indemnitas.

INDĒMONSTRĀTUS, a, um, adj. Non demonstratus. *Boet. Arist. Anal. pr.* 2, 1, p. 502. Indemonstrata propositio. Iterum *ibid.*

INDĒMŪTĀBĬLĬTER, adv. Immutabiliter. *Ennod. Ep.* 6, 10. Ego ut tarde amicos eligo, ita in his indemutabiliter persevero.

INDĒPRENSĬBĬLIS, e, adj. Indeprehensibilis. *Inscr. Orel.* t. I, p. 342. Indeprensivilis (*sic*) Dei sacerdos.

INDĒSĬNENS, tis, adj. Continuus. *Ennod. Ep.* 5, 21. Indesinentes pro vobis ducat excubias. *Id. Vit. B. Epiph.* p. 398. Ubi caminis indesinentibus fidei pyra succenditur.

INDESPONSĀTA, adj. f. Innupta. *Ambr. In Luc.* 2, 1. Causam autem mentiendi indesponsata habuit, desponsata non habuit.

INDĒTERMĬNĀTĒ, adv. Non determinate (gall. *indéterminément*). *Boet. Arist. Elench. sophist.* 8, 3, p. 727. Ponendo aut probabilem aut improbabilem positionem (forte propositionem), et aut simpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, etc.

INDĒVŎRĀBĬLIS, e, adj. Qui devorari non potest. Vid. DEVORABILIS.

INDĒVŌTĒ, adv. Irreligiose. *Ambr. In Luc.* 7, 9. Indevote Dominum refutantes.

INDĒVŌTIO, onis, f. Irreligiositas. *Alcim. Avit. Ep.* 84. Nihil indevotioni pius arbiter, nihil imputet tarditati. — Quem sensum de more omittunt Lexica.

INDĒVŌTUS, a, um, adj. Irreligiosus. *Ambr. In Luc.* 7, 9. Devotus admittitur, indevotus excluditur. *Ibid.* Ex indevotis devotos fecisset. *Alcim. Avit. Ep.* 84. Alios quoque facere studeat indevotos.

INDĬCŬLUM, i, n. Indiculus. *Alcim. Avit. Ep.* 28. Quædam responsionis nostræ indicula. — Quod nominis genus nullo satis certo exemplo confirmat *Forcell.*

INDĪGESTUS, a, um, adj. Indigestibilis (gall. *indigeste*). *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Ut est phlegmatis terminus, humidum primum a cibo, indigestum; unum enim primum, non multa, quare superfluum indigestum appositum.

INDĪGESTUS, us, m. Indigestio. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 4, 67. Escis futuris stomachi indigestum parare.

INDĬGĬTAS, atis, f. Indigentia. *Onomast. lat. gr.* Indigitas, ἔνδεια. (Sic enim corrigo, quum sit *ingitas*, barbare. Comparari possunt *prodigentia* et *prodigitas*.)

INDĪRECTŌ, adv. Non directo. *Ven. Fort.* 5, 4, *Ep. ad Syagr.* Quia, etsi indirecto, pervenit (epistola) ad terminum.

INDĪRUPTĒ, adv. Indissolubiliter. *Cassian. Collat. Patr.* 21, 14. Si quis jejuniorum rigidam observantiam indirupte voluerit retentare. *Ib.* 2, 25. Quomodo hic modus a nobis indirupte valebit custodiri?

INDĪRUPTUS vel INDISRUPTUS, a, um, adj. Non diruptus. *Cassian. Collat. Patr.* 16, 3. In his tantum indirupta potest dilectio. *Ib.* 2, 22. Indisrupta valebit jugitate servare. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 9. Charitatis unitas indisrupta servetur. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 563. Indirupta et inconvulsa firmitatis censura semper acuitur. *Alcuin.* p. 1141. Indisruptæ pacis.

INDISCRĔPANTER, adv. Sine differentia. *Boet. Arithm.* 2, 38, p. 1351. Idem in infinitum facere libeat, indiscrepanter incurrit.

INDISCRĒTIO, onis, f. Imprudentia (gall. *indiscrétion*). *Corip. Johan.* 2, 36. Heu! du-

cis ignavi quanta indiscretio bellum Movit! *S. Greg. Epist.* 8, 24. Ne culpam indiscretionis incurrat, si, quod ultra facere debuerat, admonita differendum putaverit. *Ibid.* 4, 34; 6, 30; 8, 12. (Opponitur *Discretio*, scil. cura, vigilantia, ap. Nostrum, *Ep.* 7, 10.) Vid. v. seq.

INDISCRĒTUS, a, um, adj. Imprudens, incautus (gall. *indiscret*). *S. Greg. Ep.* 6, 30. Quia eorum judicio indiscretus esse ex hac tali admonitione reprehendor. — Quod voci præcedenti fulciendæ inservit. Nullum exemplum ad personam pertinens referebatur.

INDISCUSSUS, a, um, adj. De quo cognitio non habita est (*sur qui on n'a pas fait d'enquête*). *Alcim. Avit. Ep.* 3. Non impunitus tantummodo, verum et indiscussus interiit. *S. Greg. Ep.* 1, 42. Conductor Campaniæ, quem liberum reliquerat, atque esse indiscussum concesserat. — Unum exemplum, ad res pertinens, exhibet *Forcell.* ex *Claud. Mamert.* Adde *S. Greg. Ep.* 4, 24, et 10, 35.

INDISJUNCTUS, a, um, adj. Non disjunctus. *S. Greg. Ep.* 4, 29. Si locis corpore dividimur, charitate semper indisjuncti sumus. — Notum est adv. *Indisjunctim.*

INDISPŎSĬTUS, a, um, adj. Imparatus. *Aug. Ep.* 59, *Victorino.* Me valde indispositum invenit (epistola), ut occurrere omnino non possem. — De rebus dictum in unico exemplo quod refert *Forcell.* Nollem addidisset : « Apud solum Tacitum. »

INDISPŬTĀBĬLIS, e, adj. De quo disputari non potest. *Cassiod. Var.* 12, 21. Indisputabile testimonium, vox antiquarum chartarum.

INDISRUPTUS. Vid. INDIRUPTUS.

INDISSĔCĀBĬLIS, e, adj. Insecabilis. *Isid. Or.* 3, 5. Sed partes ejus (numeri) mox indissecabiles permanent.

INDISSĬMŬLANTER, adv. Aperte. *Gloss. Placid.* p. 459. Exerte, indissimulanter atque ostentabiliter. (Idem est in *Gloss. ms. Bibl. Imper.* n. 7642.)

INDISSŎCIĀBĬLĬTER, adv. Indissolubiliter. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 18. Anima conspicatur incorporeas illocaliter formas, quibus indissociabiliter juncta, etc.

INDISSŎLŪTUS, a, um, adj. Qui non dissolvitur, continuus. *Boet. Music.* 1, 3, p. 1374. Definitur sonus, acris percussio indissoluta usque ad auditum.

INDISSUĀSĬBĬLIS, e, adj. Qui dissuaderi non potest. *Boet. Arist. Top.* 5, 2, p. 696. Qui posuit scientiæ proprium, opinionem indissuasibilem a ratione. *Id.* p. 700 et 713.

INDĬVĬDUĒ, adv. Specialiter, separatim (*individuellement*). *Boet. Introd. ad Syllog.* p. 569. Singulariter atque individue differentias quantitatis habere. *Id.* p. 881.

INDĪVĪSIO, onis, f. Id quod dividi non potest. *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 12, p. 533. Erit syllogismus deceptivus in indivisionibus. — Exstat gallica vox *indivision.*

INDŎLENS, tis, adj. Non dolens. *Hier. Comment. in Epist. Ephes.* cap. 4. Exprimamus, si possimus, verbum de verbo, et dicamus ἀπηλγηκότες indolentes sive indolorios. — Alio sensu dicimus *indolent.*

INDŎLŌRIUS, a, um, adj. Non dolens. Vid. in v. præced. — Unde dubia fit declinatio *indoloris*, ad quam *Forcell.* exemplum refert quod in *Gloss. Philox.* Indoloria, ἀνάλγητα. Ceterum ambigunt an nomen *indoloria* sit ap. *Cic.* Quod tueri possis et ex adjectivo *indolorius.*

INDŎMĬNĬCĀTUS, a, um, adj. Ad dominum pertinens, proprius, non datus in feudum. *Diplom. Chlodov.* (an. 499) ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 35. Trado etiam illam villam meam indominicatam. Cf. *Cang. Id.* in v. DOMINICATUS.

INDORMIS, e, adj. Insomnis. *Gloss. Cyril.* Ἀκοίμητος, insomnis, indormis.

INDORMĪTĀBĬLIS, e, adj. Insomnis. *Faustin. Libel. Prec.* p. 25. Gravius exsilium temporale esse crediderunt quam perpetuam pœnam secundum Esaiam indormitabilis vermis et ignis inexstinguibilis.

INDŬBIĒ, adv. Sine dubio. *Cassiod. fragm.* ap. *Mai.* t. III, p. 355. Ista sic admiranda sunt ut constanter indubieque credantur. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 9. Quia non imparatos et in locis suis indubie fortiores futuros sciebat. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 564. Indubie, non dubitanter.

INDŬBĬTĀTIM, adv. Indubitate. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 528, et t. VII, p. 564.

INDUCTĪVUS, a, um, adj. Qui inducit. *Prisc.* p. 1144. Nec possunt aliter suppositiva vel inductiva, quæ Græci ὑποθετικὰ vocant, proferri, nisi per subjectivum. *Boet. Anal. post.* 1, 9, p. 530. Si sit propositio inductiva. *Id.* p. 671. Inductivas rationes.

INDUCTŌRIUM, ii, n. Medicamentum quod inducitur. *Plin. Val.* 1, 3. Figatum perdicis cum felle aut certe de vulture totum insimul cum aliis speciebus facies inductorium.

INDUCTŌRIUS, a, um, adj. Qui inducit aut invitat. *Aug. Contr. Acad.* 1, 4. Quamvis tuam sitim noverim, gustum tamen mittere volui, quem tibi suavissimum et, ut ita dicam, inductorium fore, puto ne frustra speraverim.

INDULCĀTUS, a, um, part. *S. Optat. De Schism. Donat.* 6, 6. O aqua.... ut naturalem amaritudinem perderes, indulcata ligno!

INDŪMEN, inis, n. Indumentum. *Interp. Josephi* ap. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 282. Unde Josephus in XVII : Quando in civitatem intrabat, privatis induminibus utebatur. *Thom.* p. 288. Indumen, indumentum. *Gloss. vet. S. Genov.* Indumina, indumenta.

INDŪRĀTOR, oris, m. Qui indurat, qui (ferrum) temperat. *Gloss. Cyril.* Στομωτής, indurator.

INDUSTRIO, as, are, a. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 564, et *Gloss. vet. S. Genov.* Industriare, docere.

ĪNĒLĪMĀTUS, a, um, adj. Non limatus. *Ennod. Epist.* 4, 7. Epitaphium, vix una hora habens tractandi spatium, inelimata velocitate composui.

ĪNĒLUCTĀTUS, a, um, adj. Ineluctabilis. *Ennod. Dict.* 1, p. 645. Novellis te adhuc impositæ dignitatis labantem vestigiis ineluctati temporis suscepit adversitas.

ĪNĒNARRĀBĪLĪTER, adv. Ineffabiliter. *S. Fulg. Ad Monim. Contra Arrian.* p. 57. De Domino inenarrabiliter natus est Dominus. *Cassiod. fragm.* ap. *Mai.* t. III, p. 336. Omnia inenarrabiliter pius arbiter administret. *Bed. Eccl. Hist. Angl.* 5, 22. Semper inenarrabiliter posset invenire. — Unicum exemplum, ex *Livio* scilicet, pro incerto datur.

ĪNĒNARRĀTĪVUS, a, um, adj. Ineffabilis. *Tertul. Adv. Valent.* 27. Christum substantia corporali inenarrativa stipant.

ĪNERTĬCŬLUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* Inerticulus, remissus. — Quod prætermisissem, nisi *inerticula vitis* huic adjectivo auctoritatem faceret.

ĪNERTĬCUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 292. Inerticus, iners, remissus, etc. *Id. Prol.* p. 3. Quoniam igitur adeo desipiscentes, adeo inertici esse approbantur, etc. — Vocem exscripsi ob deminutivum *inerticulus*.

ĪNERTĪTŪDO, inis, f. Inertia. *Gloss. Philox.* Inertitudo (male Inersitudo), ἀδρανία.

ĪNĒVĪDENS, tis, adj. Non evidens. *Boet. In Porphyr.* 1, p. 46. Sed eas imaginationes confusas atque inevidentes sic sumunt.

ĪNEXCEPTIŌNĀLĪTER, adv. Sine exceptione. *Chlodov. Diplom.* (an. 508) ap. *Mabil. Diplom.* p. 463. Inexceptionaliter tradimus quidquid, etc.

ĪNEXCŌGĪTĀBĪLĪTER, adv. Inexcogitabili modo. *Cassiod. fragm.* ap. *Mai.* t. III, p. 352. Tanta tamque mirifica opera.... spiritu divino sustentare, inexcogitabiliter, ineffabiliter.

ĪNEXCŪSĀBĪLIOR, us, adj. compar. *Ambr. De Vocat. Gent.* 2, 4. Sed malitia pertinax facta est inde inexcusabilior unde debuit esse correctior.

ĪNEXCŪSĀBĪLĪTER, adv. Ita ut aliquis venia indignus sit. *Alcim. Avit. Ep.* 3. Inexcusabiliter jam perseverabis incredulus. *S. Greg. Epist.* 8, 23. Omnem subjectorum in te culpam inexcusabiliter noveris redundare. *Ibid.* 9, 45.

ĪNEXCŪSĀTUS, a, um, adj. Inexcusabilis. *Gloss. Cyril.* Ἀπαραίτητος, inexcusabilis, inexcusatus.

ĪNEXISTENS vel ĪNEXSISTENS, tis, part. Existens. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 1, 9, p. 741. Sunt autem hi binarii quidem inexistentes, illi autem non sic. *Id.* p. 553. Inexistens Trinitati. *Id.* p. 518.

ĪNEXPĔRIENS, tis, adj. Non experiens. *Boet. De Divis.* p. 638. Nec putet supervacuam loquacitatem harum rerum inexperiens, rudis, insolensque novi, audientium mentes habere.

ĬNEXPĔRIENTER, adv. Non experienter. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 678. Quod juste est, scienter et experienter est; quod injuste est, ignoranter et inexperienter est. Iterum *ibid.*

ĬNEXPERS, tis, adj. Inexpertus. *Avien. Descr. Ter.* 919. Ignorant flavæ Cereris commercia, Bacchi Semper inexpertes, animam traxere ferinam. *Ib.* 1391. *Cypr. De Laud. Martyr., sub init.* Inexpertes cujusdam cladis initia et strages populatarum urbium intuemur. *Interp. Iren., Præf.* Transducunt sensum eorum qui sunt inexpertiores.

ĬNEXPERTĒ, adv. Inexperienter. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, 1, p. 746. Circa omnia exercitatus esse videbitur, et in nullo se inexperte habere.

ĬNEXPLĒBĬLĬTER, adv. Inexplebili modo. *Prosp. De Vit. contempl.* 1, 1. Ut inexplebiliter auctorem beatitudinis suæ conspiciat. *Ibid.* 1, 8. Inexplebiliter diligat.

ĬNEXPUGNĀBĬLĬTER, adv. Inexpugnabili modo. *Alcim. Avit. Homil. fragm.* p. 162. Quorum inexpugnabiliter, recte ut confidimus, plus hæc basilicis, quam propugnaculis, urbs munitur.

ĬNEXPUGNANDUS, a, um, adj. Inexpugnabilis. *Jornand. De Reb. Get.* 7. Taurus mons naturali constructione præstat inexpugnanda munimina.

ĬNEXQUĪSĪTUS, a, um, adj. De quo non inquisitum est. *Diplom. Chlodov.* (an. 499) ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 35 et 36. Res inexquisita.

ĬNEXSISTENS. Vid. INEXISTENS.

ĬNEXSŎLŪBĬLIS, e, adj. Insolubilis, inenodabilis. *Ambr. Epist.* 9, 70. In medio earum (caudarum) inseruit facem, nodoque adstrinxit inexsolubili.

ĬNEXSŬPĔRĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Liv.* 36, 17. Inexsuperabilior saltus ad amnem Aoum fuit. — Sic pars codicum, sed alii et optt. edd. *inexsuperabilis magis.* Illud malim, vel ex eo quod *magis* in multis libris omissum est.

INFALLĬBĬLIS, e, adj. Non fallens (gall. *infaillible*). *Bed. Mund. Sphær.* t. I, p. 440. Nec est in homine posse.... ad infallibilem et exquisitam normam scire, dicere aut scribere.

INFALSO, as, are, a. Adultero, perverto. *Vincent. Lirin. Common.* 28, p. 361. Infalsare vetustæ legis regulas. Cf. *Cang.*

INFĀMIUM, ii, n. Infamia. *Isid. Or.* 5, 27. Hoc quoque et infamium, quasi sine bona fama. (Sic vulgo. Ed. *Lindem.* exhibet *infamia*, præpostera emendatione. Item dicitur istis temporibus *ignominium.*)

INFASTĪDĪBĬLIS, e, adj. Qui fastidium non sentit. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 16. Sancti Augustini viginti duo libros.... infastidibili sedulitate percurramus.

INFĂTUĀTUS, a, um, part. *Hier. Ep.* 2, 6, *Ad Heliod.* Infatuatum sal ad nihil est utile. || Translate. *Cypr. Concil. Carth., Sent. Lucii Castrag.* Quum ipsi, ab ecclesia, quæ una est, recedendo, infatuati contrarii facti sint. *Lact. Fals. Relig.* 1, 5. Infatuata pravis opinionibus consuetudo. — Hoc unum exemplum habet *Forcell.*, quod contra varias lectiones defendit.

INFECTIO, onis, f. Contagium. *S. Greg. Ep.* 5, 36. Et innocentes animæ.... hæreticorum infectione non pereant. *Id. ib.* 6, 33. Infectione veneni. — Bonus sensus, qui desiderabatur.

INFERTOR, oris, m. Qui mensis fercula infert, minister. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 9, 109. *Archimagiri, Carptores.* Infertores, [et] qui illata carpunt. *Id.* ad *Sat.* 5, 83. Ministri, infertoris. *Id.* ad *Sat.* 11, 145. Infertor noster furtum facere ignorat. *Gloss. Cyril.* Παραθέτης, structor, infertor. — Nota vox tantummodo ex *Gloss. Philox.*

INFĔRUS, i, m. Infernus (*l'enfer*). *Vulg. Matth.* 16, 18. Portæ inferi non prævalebunt adversus eam. *Ven. Fort.* 3, 9, 79. Inferus insatiabiliter cava guttura pandens. Cf. *Johan. de Jan.*

INFĬGŪRĀTUS, a, um, adj. Non figuratus. *Cassiod. De Anim.* 4. Forma animæ valde infigurata atque incorporalis.

INFĪNĪTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. Arithm.* 1, 4, p. 1298. In infinitissimas minui parvitates. *Id.* p. 29. Infinitissimis temporibus. — *Infinitior* est ap. *Cic.*

INFIRMANS, tis, partic. Infirmatus, languens, æger. *S. Greg. Ep.* 12, 31. Quod uni personæ infirmanti conceditur. — Non rara sunt activorum participia neutrali sensu.

INFIRMĬTER, adv. Infirme. *Bed. Vit.*

Cuthbert. cap. 5. Pastorum tuguria quæ, æstate infirmiter posita tunc, jam deserta patebant.

INFIRMĬTŪDO, inis, f. Infirmitas. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 8. Quo neque infirmitudini esset, neque oneri.

INFLĀMEN, inis, n. Inflatus (tibiæ). *Fulg. Mythol.* 3, 9. In aqua faciem suam speculata (Minerva), dum turpia adjudicasset buccarum inflamina, tibias jacit. (Quod etiam habet *Mythogr. prim.* ap. *Mai.* t. III, p. 45.)

INFLAMMĀTOR, oris, m. Qui inflammat. *Gloss. vet. S. Genov.* Succensor, inflammator. — Jam notum erat v. *Inflammatrix.*

INFLĀTĬLIS, e, adj. Qui inflatur. *Cassiod. Music.* p. 587. Instrumentorum musicorum genera sunt tria : percussionale, tensibile, inflatile. *Thom.* p. 209. Inflo, as, et inde Inflatus, Inflatio et Inflatilis.

INFLĀTOR, oris, m. Qui inflat vel sufflat. *Gloss. Cyril.* Φυσητής, inflator. *Ibid.* Ἐμφυσητής, inflator.

INFLEXIO, onis, f. Translate, ut apud grammaticos (gall. *inflexion*). *Boet. In Top. Cic.* 3, p. 805. Quoniam dura est hujus nominis per casus inflexio. *Id.* p. 792. Parva nominis inflexione sejungitur. *Id.* p. 870. Nominis inflexió in adverbium. — Qui sensus pœnitenda sane omissione deest.

INFLEXUŌSUS, a, um, adj. Rectus. *Isid. Or.* 12, 4. Cenchris, serpens inflexuosus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 528. Inflexuosus, qui non flectitur. *Thom.* p. 294. Inflexuosus, inflexibilis.

INFLEXUS, a, um, adj. Non flexus, indeclinabilis. *Capel.* 3, p. 80. *Virus* Lucretius dixit *viri*, quanquam rectius inflexum maneat.

INFLUESCO, is, ere, n. Influo. *Cassiod. Var.* 12, 12. Non guttis impluit, sed quibusdam repentinis torrentibus influescit.

INFLUXUS, a, um, adj. Non fluxus, stabilis. *Avien. Or. marit.* 256. Eamque (insulam) pridem, influxa et est satis fides, Tenuere Cempsi.

INFORMĪDĀTUS, a, um, adj. Non formidatus. *Sil. Ital.* 15, 241. Hinc tacite nitens informidatus adire Ductor Dardanius.

INFRACTOR, oris, m., et INFRACTRIX, icis, f. *Prisc.* p. 1282. Nomen verbale (ab Infringo) *Infractor*, femininum *Infractrix*, ipsa res *Infractio*, nomen rei *Infractus*, *Infractura.*—Gallicum est nomen *infracteur.*

INFRACTŪRA, æ, f. Vid. v. præced.

INFRACTUS, us, m. (Vid. *Prisc.* in v. INFRACTOR.) *Auct.* in *Anal. gramm.* p. 437. Accitu, ructu, fractu, infractu, etc.

INFRASCRIPTUS, a, um, part. *Cassiod. Var.* 4, 21. Infrascriptis brevibus. *Marc. Emp.* 29. Ad coli dolorem scribere debes in lamina aurea de graphio aureo infrascriptos characteres.

INFRENDIS, e, adj. Nefrendis. *Onomast. lat. gr.* Infrendes, ἀνόδοντες.

INFRĔQUENTER, adv. Non frequenter. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 378. Contingit enim ut rarius infrequentiusque contingant.

INFRONTUŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 295. Infrontuosus, audax, impudibundus. — Hoc omisissem nisi vidissem adv. *Infrontate* ap. *Forcell.*, quod addidit *Furlan.*

INFULGEO, es, ere, n. Fulgeo. *Cassiod. De Anim.* 8. Quum tamen ei (animæ) gratia Divinitatis infulserit. *S. Greg. Ep.* 7, 126, *Indict.* 2. Infulget lux veritatis.

INFULLŌNĬCĀTUS, a, um, adj. Non a fullone laboratus. *Gloss. Cyril.* Ἄχναφος, rudis, infullonicatus, impolitus.

INFŪMO, as, are, a. Fumum excito (gall. *enfumer*). *Isid. Or.* 12, 4. Hic (chelydros serpens), per quam labitur, terram fumare facit : quem sic Macer describit : Seu terga exspirant spumantia virus, Seu terram infumat qua teter labitur anguis. (Sic haud dubie legendum, ut Isidorum ipsum interpretem sequamur. Vulgo *terram fumat.* Edit. Lindem. *terra fumat.* Alii, e conj., *terræ fumant.*)

INFURCO, as, are, a. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 294. Infurcare, suspendere. (Inde nostrum v. *enfourcher.*)

INFŪSŌRIUM, ii, n. Infundibulum. *Vulg. Zachar.* 4, 2. Septem infusoria lucernis. Cf. *Johan. de Jan.*

INGĔMISCO, is, ere, a. Deploro. *Ambr. De Bono Mort.* 2. Sapientes viri, qui longævitatem peregrinationis ingemiscebant. — Notum est gerund. *Ingemiscendus.*

INGEMMESCO, is, ere, n. Gemmesco. *Isid. Or.* 16, 14. Dracontites ex cerebro draconis eruitur; quæ nisi ex viventibus abscisa fuerit, non ingemmescit.

INGĔNĔRĀTUS, a, um, adj. Non generatus, qui per se ipse est. *Boet. Arithm.* 2, 27, p. 1342. Primævam ingeneratamque unitatem. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 396. Utrum sit generata anima an ingenerata.— Notum erat participium, contrario sensu.

INGESTIO, onis, f. Actus ingerendi. *Cod. Theod.* 9, 24, 1. Eis meatus et os faucium.... liquentis plumbi ingestione claudatur. — Propriam vocis significationem Lexica ignorant.

INGLŌRIŌSUS, a, um, adj. Qui non gloriatur. *Arn. In Psalm.* 130. Judex ille refertur humilis, nos superbi; ille ingloriosus, nos e contrario gloriosi. || Inglorius. *Gloss. Cyril.* Ἄδοξος, ingloriosus, ignobilis, sine gloria. *Johan. de Jan.* Inglorius, idem quod Ingloriosus.

INGLŪTĬNO, as, are, a. Glutino (translate). *Prosp. De Vit. contempl.* 2, 4. Quibus (feminis) tanto inglutinantur affectu ut, etc. *Thom.* p. 323. Linire, inglutinare.

INGLŪTIO vel INGLUTTIO, is, ire, a. Deglutio. *Isid. Or.* 4, 9. Catapotia, eo quod modicum potetur vel inglutiatur. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 551. Vorat, ingluttit. (Unde gall. *engloutir.*)

INGRASSOR, aris, ari, d. Grassor, invado. *Greg. Tur. Ex Mirac. Martyr.* 2, 15. Ad hoc levitas ejus, inimico ingrassante, convaluit, ut, etc.

INGRĂVANTER, adv. Ingravate, ultro. *S. Greg. Ep.* 2, 59, *Indict.* 11. Ad prædictum locum, quum postulaverint, ingravanter accedas. *Ibid.* 8, 3.

INGRĂVĒDO, inis, f. Displicentia. *S. Greg. Ep.* 7, 110, *Ind.* 2. Omnibus capitulis, quæ in altercationem venerant, terminatis, nulla in hac contentione ingravedo vires accipiat.

INGUĬNA, æ, f. Contusum inguen. *Isid. Or.* 4, 6. Ipsa et inguina ab inguinum percussione. (*Lindem.* inguinia; *Areval.* inguinaria. Hoc verum puto.) *Onomast. lat. gr.* Inguina, βουβῶνες. (Imo βουβών, siquidem *inguina* non plurali numero. Et hic legendum suspicor *inguinaria.*)

INGUĬNĀRIA, æ, f. Inguinaria lues. Vid. v. præced.

INGUĬNĀRIUS, a, um, adj. Qui pertinet ad inguen. *Gloss. Paris.* et *Thom.* p. 329. Lacerdus, clades inguinaria. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 5. Hujus tempore, quum lues illa, quam inguinariam vocant, per diversas regiones desæviret. *Id. Ex Glor. Martyr.* 1, 51. Quum autem ad Arvernam regionem lues illa inguinaria adveniret.

INGUĬNIA, æ, f. Vid. INGUINA.

ĬNHĂBĬTĀTRIX, icis, f. Quæ inhabitat. *Isid. Or.* 12, 7. Domorum semper blanda inhabitatrix (turtur).

ĬNHĀLĀTIO, onis, f. Exhalatio. *Cassiod. De Anim.* 17. Eorum et ipse odor acerbus est, nisi quum suavissimis inhalationibus superstites condiuntur.

ĬNHIĀTIO, onis, f. Aviditas. *Cod. Theod.* 10, 10, 15. Plerumque ita in nonnullis inverecunda inhiatione constringuntur ut, etc. — Bonum hunc sensum frustra in Lexicis requiras.

ĬNHŎNESTĬTAS, atis, f. Inhonestas. *Gloss. Cyril.* Ἀσχημοσύνη, inhonestitas. — Dicitur et *Honestitas.*

ĬNHŎNŌRĀTIO, onis, f. Dedecus. *Vulg. Sap.* 1, 38. Ne forte adducas animæ tuæ inhonorationem.

ĬNHŎNŌRĒ, adv. Sine honore. *Cassiod. Var.* 3, 53. Nec dulcis necessariaque inhonore contemni (aqua debet).

ĬNHŪMĀTOR, oris, m. Qui inhumat, vespilio. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 540. Pollinctores, inhumatores.

ĬNINTENSĬBĬLIS, e, adj. Qui intendi vel tendi non potest. *Boet. In Porphyr.* 5, p. 107 (ex Victorino). Et differentia quidem inintensibilis est et irremissibilis.

ĬNINVĬCEM, adv. Invicem. *Prosp. De Promiss. Dei,* 1, 7. Quinarius et senarius numerus conjuncti numeri ac multiplicati ininvicem. *Ib.* Dum multiplicantur ininvicem. — Sola auctoritas est *Not. Tir.* in Lexic. *Forcell.*

INJECTĪVUS status, m. *Aggen.* in *Gromat. Vet.* p. 25 et 67.

INJŪRIĀTUS, a, um, part. Injuria affectus. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 14, p. 554. Achilles et Ajax quid unum omnes habent? Non tolerare injuriati. *Cassiod. Var.* 12,

11. Nullis maculis injuriata. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 13. Firminum a comitatu urbis graviter injuriatum. Et *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 281.

INJŪRIO, as, are, a. Injuria afficio (unde gall. *injurier*). *S. Greg. Ep.* 2, 34. Pro nulla alia causa, nisi pro eo quod te injuriaverat. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 14, p. 554. Aut impassibilitas.... aut non tolerantia quum injuriantur. Cf. *Cang.*

INLINGUIS, e, adj. Elinguis. *Glossar. Hildeb.* Inlinguis, mutus. *Ibid.* Mutus, inlinguis, elinguis.

INLŎQUĬBILIS. Vid. ILLOQUIBILIS.

INLŪDUS, adj. m. Qui est sine ludis. *Inscr. Pompej.* ap. *Garuc.* tab. XX. Januarius inludus.

INNASCĬBĬLĬTAS, atis, f. Conditio ejus qui est innascibilis, æternitas. *Hilar. De Synod. adv. Arrian.* p. 128. Ubi nascendi tempus excluditur, illic opinio videtur innascibilitatis admitti. *Ib.* p. 129 et 131.

INNĀTŪRĀLIS, e, adj. Non naturalis. *Boet. In Arist. Prædicam.* 3, p. 178. Si hoc ex innaturali passione contigerit, naturali facies rubore perfunditur.

INNĀTUS, a, um, adj. Non natus. *Interp. Iren.* 2, 13. Pater qui non est emissus cum ea quæ emissa est, et innatus cum ea quæ nata est. — Notissimum est participium, contrario sensu.

INNĀVĬGO, as, are, n. *Avien. Or. mar.* 167. Et si quis hanc innavigando accesserit. — Alii *in navigando*. Participium *innavigans* est ap. *Forcell.*

INNEXO, as, are, a. Nexo. *Gloss. Cyril.* Ἐμπλέκω, implico, innexo. *Ibid.* Ἐνδεσμῶ, implico, innexo. *Ibid.* Ἐνδεσμῶ, innexo, innodo.

INNŌDO, as, are, a. Nodo. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 8. Altis enim cervicibus cito laqueus innodatur. — Unum norunt exemplum, et translato sensu.

INNŌMĬNĀTUS, a, um, adj. Non nominatus. *Boet. In Arist. De Interp.* 2, *ed. sec.* p. 250. Prius enim dictum est, quod homo nomen esset, non homo vero innominatum quidem apud antiquos, sed nunc infinitum nomen. *Id.* p. 525. Aut si sit quidem, sed innominatum. *Id.* p. 380 et 382. *Interp. Iren.* 1, 23. Innatum autem et innominatum Patrem, videntem perditionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum, etc.

INNORMIS, e, adj. Enormis. *Gloss. Paris.* Inormis (*sic*), inmanis, vel plus a mensura, immensus, infinitus, maximus. *Ibid.* (*Append.*) Inormis, immensus, infinitus. *Gloss. Hildeb.* Inormis, immanis, vel plus a mensura. Cf. *Cang.* — *Salm.* defendebat *inormis* ad *Spart. Æl. Ver.* 1, ex mss. Hæc solennis scriptio, etsi vitiosa.

INNŎTĀTUS, a, um, part. *Prud. Cathem.* 6, 128. Te chrismate innotatum. — De verbo *innotare* dubitat *Forcell.*

INNŌTESCENDUS, a, um, part. fut. Notificandus. *Eucher. In Genes.* 1, p. 2. Non nostris ampliandus (Deus) laudibus, sed suis innotescendus collaudatur operibus. *Cassiod. Var.* 1, 24. Innotescenda magis sunt Gothis, quam suadenda, certamina. *S. Greg. Ep.* 1, 38. Quam rem venerationi tuæ innotescendam providimus. Vid. v. seq.

INNŌTESCO, is, ere, a. Notifico, significo. *Liberat. Breviar.* 11. Innotuit hoc episcopo Eusebius episcopus. *S. Greg. Ep.* 3, 2. Peto ut fraternitas [tua], quæ adhuc cognoverit, mihi modis omnibus innotescat. *Id. ib.* 4, 17. Tres subdiaconos, quos fraternitas vestra lapsos innotuit. *Ib.* 10, 22. Neque enim volo, si qua dixisse me contingit, ea facile hominibus innotesci. (Verbo *Ulpianum* usum esse, *Salmas.* ait.) Vid. v. præced. — Quem sensum vix pauculis contemptim innuit *Forcell.* Non equidem verbi activam vim defendo, sed frequentem apud seriores usum indicandum putavi.

INNŎVĀTOR, oris, m. Novator (gall. *innovateur*). *Gloss. Cyril.* Καινιστής, innovator.

INNOX, adj. *Isid. Or.* 10, *litt. I.* Innox, quod non noceat. *Gloss. Philox.* Innox, ἀβλαβής. — Vox non omnino ignota, ut arbitratur *Forcell.*, solas *Reinesii* inscriptiones laudans.

INNUCLEĀTUS, a, um, adj. Qui nucleo caret. *Plin. Valer.* 1, 47. Uncias uvæ passæ innucleatæ quatuor, nuclei duas.

INNŬMĔRANDUS, a, um, adj. Innumerabilis. *Jornand. De Reb. Get.* 54. De innumeranda variaque multitudine hostium.

INNUPTUS, adj. m. Cælebs. *Tert. De*

Pudic. 16. Quia innupti de Domino curent quomodo placeant Deo, nupti vero de mundo recogitent.

ĬNŎBĒDIENS, tis, adj. Non obediens. *Aug. De Gen.* 11. Quum in corpore inobedientium hominum.... inobedientium membrorum tumultum mors concepta versaret.

ĬNOBLITTĔRĀBĬLIS, e, adj. Qui oblitterari non potest. *Eucher. ad Valerian., init.*, p. 295. Certa quippe et inoblitterabilis hæc gloria est.

ĬNOBTEMPĔRANS, tis, adj. Inobediens. *Gloss. Cyril.* Ἀπειθής, ὁ αὐθάδης, contumax, inobtemperans, inobediens.

ĬNŎDŌRĀTUS, a, um, adj. Non odoratus. *Gloss. Cyril.* Ἄνοσμον, inodoratum.

ĬNOFFENSĒ, adv. Sine offensione. *Ambr. Apolog. Dav.* 1. Job sanctum currentem inoffense. *Id. In Psalm.* 118, *Sermon.* 20. Quis enim inoffense tibi prosperorum eventuum secundo successu fieret ingratus? *Cassiod. Var.* 11, 35. Qui ad designatum tempus inoffense meruit pervenire. *Th. Prisc.* 2, 2, 5. Ventris officium inoffense procurabis. *Thom.* p. 398.

ĬNOFFĬCIŌSĬTAS, atis, f. Illiberalitas. *Salv. Ep.* 3. Si excusare inofficiositatem meam apud sanctimoniam tuam cupiam. *Id. ib.* 4. *Alcim. Avit. Ep.* 62. Cogitans atque pertractans, inofficiositatem vestram qua ultione percellerem. — Quod vocabulum vix innuit *Bailey.*

ĬNŎPĔRĀTIO, onis, f. Operatio. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 75). Et confirmationem baptismatis ab inoperatione illa Spiritus Sancti. *Ibid.* p. 91. Nobis laborem ad virtutum inoperationem injicere. *Ib.* passim. — Notum est v. *Inoperor.*

ĬNŎPĔRĀTUS, a, um, adj. Non factus, increatus. *Ambr. De Fide,* 3, 7. Ἀκατέργαστον enim dixit Verbum, hoc est inoperatum atque increatum. *Gloss. Cyril.* Ἀκατέργαστον, inoperatum, infectum. — Exstat vocabulum, sed activo sensu : Qui non operatur (*oisif*).

ĬNŎPĪNĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Boet. Arist. Top.* 8, 3, p. 727. Ut faciat respondentem dicere inopinabiliora quam ea quæ, etc. *Id.* p. 730.

ĬNŎPĪNĀBĬLĬTER, adv. Inopinanter. *Epiphan. Hist. Eccles.* 1, 3. Conscriptor quoque inopinabiliter apparebit. *Id.* 8, 1. Plurima inopinabiliter miracula faciebat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 397. Opinor.... unde Opinabiliter; et componitur Inopinabiliter.

ĬNŎPĪNĀLIS, e, adj. Inopinus. *Interp. Iren.* 1, 34. Conturbatis omnibus ad novam vocem et inopinali nuncupatione.

ĬNOPPORTŪNĬTAS, atis, f. Intempestivitas (gall. *inopportunité*). *Idac. Chron.* ad ann. 467, citante *Furlan.* Expeditio ad Africam adversus Vandalos.... navigationis inopportunitate revocatur.

ĬNORDĬNĀBĬLIS, e, adj. Inordinatus, impudicus. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric., sub init.* O quam inordinabilis feminæ propinquitas jaculatur, cujus vicinia est delictorum latrocinium! — Sic gallice dicimus *dérangé.*

INORMIS. Vid. INNORMIS.

INQUASSĀTUS, a, um, adj. Inconcussus. *Gloss. Cyril.* Ἄθραυστος, inquassatus, infractus. *Ibid.* Ἀσάλευτος, immotus, inquassatus, inconcussus. *Ibid.* Ἄσειστος, inquassatus. *Ibid.* Ἀσύντριπτος, inquassatus. *Ibid.* Ἀτίνακτος, inquassatus. — Primum ex his indicavit *Forcell.* Cetera non facile invenisses.

INQUIENS, tis, part. a v. Inquam. *S. Greg. Epist.* 8, 24. Paratam se inquiens.... respondere. *Ibid.* 12, 8.

INQUIĒTĀTOR, oris, m. Qui inquietat, litigator. *Cod. Theod.* 6, 10, 1. Si quis.... temerarius in census discussiones, peræquationes, aliam denique rem inquietator exstiterit. — Unicum laudatur ex *Tertull.* exemplum, et quidem translato sensu.

INQUIĒTOR, aris, ari, d. Inquieto. *Prisc.* p. 799. Preco et precor, quirito et quiritor (male quærito et quæritor), quadruplo et quadruplor, quieto et quietor, inquieto et inquietor (male nequito et nequitor), rimo et rimor, etc. — Monstra verborum *nequito* et *nequitor* emendat *Krehl.* in *nequit* et *nequitur.* Obest autem quod eo loco omnia verba *Prisc.* prima persona recenset.

INQUĬNĀTIO, onis, f. Pollutio. *Vulg. Sap.* 14, 26. Dei immemoratio animæ inquinatio. *Gloss. Hildeb.* Inquinatio, sodor (lege *sordes*, cum *Gloss. Labb.*).

INQUĪSĪTĪVUS, a, um, adj. Qui inquirit. *Boet. Arist. Top.* 1, 2, p. 663. Quum dialectica sit inquisitiva, ad omnium methodorum principia vim habet. || Qui sensum habet inquirendi. *Prisc.* p. 1163. Desiderativa vel inquisitiva (verba) accusativo sociantur : Quæro te.

INSÆVIO, is, ire, n. Valde sævio. *Cassiod. Var.* 1, 37. Videmus arietes pro suis ovibus capitaliter insævire.

INSALLIO, is, ire, a. Sallio. *Gloss. Cyril.* Ἁλίζω, insallio.

INSĂLŪTĀTUS, a, um, adj. Non salutatus. *Hier. Ep.* 3, 1, *Vit. Paul.* Cur me, Paule, dimittis? Cur insalutatus abis? *Ennod. Ep.* 7, 4. Ut proficiscentes insalutatum me linqueretis. — In loco *Virgilii*, quem citant, tmesis est : *Inque salutatam linquo.*

INSĀNĀBĬLĬTER, adv. Insanabili modo. *Faustin. Libel. Prec.* p. 19. Quum solo animi morbo insanabiliter ægrotant.

INSĂPŌRO, as, are, a. Saporo. *Cassiod. Var.* 12, 4. Licet ingeniosa Græcia vina sua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus insaporet.

INSĂTIĀTRIX, icis, f. Insatiabilis. *Ven. Fort.* 2, 4, 12. Insatiatrici morti famis accidit illinc. (Vulgo *fames*. Sed antique dictum esse *famis*, videmus ex *Varr. R. Rust.* 2, 5. Algor eas et famis macrescere cogit.)

INSAUCIĀTUS, a, um. Non sauciatus. *Ambr. De Dignit. sacerd.* 5. Ut nihil ex totius corporis compage insauciatum possit evadere. *Cassian. Cœnob. Instit.* 12, 6. Ut hujus inimici telum possit insauciatus evadere.

INSCRŪTĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Aug. De Don. Persever.* 21. Inscrutabiliora sunt judicia Dei.

INSCRŪTOR, aris, ari, d. Scrutor. *Interp. Iren.* 1, 20. Et universam magiam adhuc amplius inscrutans.

INSECTĬBĬLIS, e, adj. Insecabilis. *Bed. De Temp. Rat.* t. II, p. 53. Atomum græce, hoc est indivisibile sive insectibile nominent.

INSECTUS, a, um, adj. Non sectus. *Fest.* Insecta, non secta. Sed aliquoties significat secta.—Hunc unum sensum habet *Forcell.* Ceterum nonnulla adjectiva duo oppositos intellectus habent, ut *infractus, ingenitus*, etc.

INSĒMĬTĀTIO, onis, f. Semitarum privatio. *Gloss. Philox.* Ἀνοδία, insemitatio.

INSENSĀTĒ, adv. Stolide. *Vulg. Sap.* 12, 23. Qui in vita sua insensate et injuste vixerunt.

INSENSĀTIO, onis, f. Stoliditas, dementia. *Interp. Iren., Præf.* Et præcipias eis observare se a profundo insensationis. (Scil. cavere ab, φυλάξαι.)

INSENSĬBĬLĬTAS, atis, f. Sensus vacuitas (gall. *insensibilité*). *Ambr. De Bono Mort.* 7. Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 677. Veluti (necessarium est) visum sequi sensum, cæcitatem autem insensibilitatem. Opponitur enim sensus insensibilitati. *Id.* p. 702. *Claud. Mam. Stat. An.* 1, 3. Vulnerari ergo potuit, etsi sentire non potuit, unumque fuit insensibilitatis, aliud incorruptibilitatis.

INSENSĬBĬLĬTER, adv. Sine sensu, sensim (gall. *insensiblement*). *Cassian. Collat. Patr.* 14, 10. Insensibiliter sui capiunt incrementa. *Id. ib.* 7, 3. *S. Greg. Ep.* 1, 24. Qui (capilli) dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, etc. *Ibid.* 7, 44. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 56. Unus affectus in alium subito et insensibiliter mutatur.

INSESSOR, oris, m. Vector (*passager*). *Jul. Valer. Alex. Ort.* 1, 2. Simul cum submersione illius ceræ et cereis insessoribus. (De incantatione agitur.) — Verbi unum exemplum norunt, alio sensu. Huc addendus *Merob. Paneg.* v. 24. Insessor Libyes.

INSĬDIĀTUS, a, um, part. Qui insidias locavit. *Plin. H. N.* 9, 83, 3. Insidiatus duci. Adde *Virg. Æn.* 9, 59; *Ov. Her.* 10, 6; *Curt.* 8, 8, 6.

INSIGNĬFĬCĀBĬLIS, e, adj. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 289. Insignificabilis, quod non potest significari. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 564. Insignificabile, quod [non] significabile.

INSIGNĪTĪVUS, a, um, adj. Qui insignit (*qui détermine*). *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 14. Insignitiva (ratio) proprietatis illius.

INSŌLERS, tis, adj. Non solers. *Boet. De*

Syllog. categ. 2, p. 591. Si vero insolertior compositio (domus) fiat, etc.

INSŌLERTER, adv. Non solerter. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 1. Quod intentionem cujusque libri insolerter interpretaretur.

INSŎLŪTUS, a, um, adj. Inseparabilis. *Aggen.* in *Grom. vet.* p. 6. Ubi insoluta loca remanserunt.

INSONTIA, adj. m. pl. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 42. Insontia membra.

INSŎNUS, a, um, adj. Mutus. *Isid. Or.* 1, 4. (Locum vide in v. SEMISONUS.)

INSORS, tis, f. Mála sors. *Gloss. Plac.* p. 477. Insortem, infelicitatem. — Similis compositio in vocabulo nostro *malheur*.

INSPECTĀTĪVUS, a, um, adj. Speculativus. *Isid. Or.* 2, 24. Alii definierunt philosophiæ rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectativa est. (*Ibid.* quater legitur.) — Sic plerique. Sed *Furlan.*, locum exscribens in *Lexico Forcell.*, variam lectionem *inspectiva* elegit : quæ non contemnenda.

INSPECTĀTOR, oris, m. Inspector. *Mythogr. prim.* p. 54. Inspectator suarum calamitatum. — De unico *Symmachi* exemplo dubitabat *Forcell.*

INSPECTĪVUS, a, um, adj. Qui inspicit. *Prisc.* p. 1342. Nominaverunt quidam has (quæstiones) activas, illas autem inspectivas vel intellectivas. *Boet. Geom.* 2, p. 1537. Inspectiva mentis sublimitate.... agnoscere mundi factorem. — Vox ap. *Forcell.* incerto exemplo nititur. Cf. sup. INSPECTATIVUS.

INSPĒRĀTĒ, adv. Insperato. *Vulg. Sap.* 11, 8. Dedisti illi abundantem aquam insperate. *Cassiod. Var.* 7, 6. Dum venit insperate (Nilus), diluvium (est). *Thom.* p. 547. — *Insperatius*, ex *Val. Maximo*, ad solennem formam *insperato* referri potest.

INSPĪRĀMEN, inis, n. Inspiratio. *Cassiod. De Anim.* 7. Conceptus mystico inspiramine, natus ex Virgine. *Isid. Sentent.* 3, 13. Ad fidem divino inspiramine provocari.

INSPISSO, as, are, a. Spisso. *Boet. De Unit.* p. 966. Sed paulatim deorsum fluens (aqua) in paludibus et stagnis inspissatur et obscuratur.

INSPLENDESCO, is, ere, n. Splendesco. *Gloss. Cyril.* Ἐνλάμπω (l. ἐλλάμπω), insplendesco.

INSTĂBĪLIO, is, ire, a. Stabilio. *Hyg. De Castr. met.* p. 9. Angulos castrorum circinare oportet, et quia faciunt coxas instabiliuntque opus, propugnatione tutari.

INSTANTĪVUS, a, um, adj. Qui instat. *Boet. Arist. Top.* 8, 5, p. 733. Est enim (syllogismus) dialecticus, propositivus et instantivus.

INSTRICTŪRA, æ, f. *Isid. Or.* 19, 10. Intinctio ferri in aquam instrictura est. (Male vulgo *instructura*, quum præcedat *instringere*. Melius ed. Areval. *strictura*.)

INSTRINGO, is, ere, a. Stringo, vincio. *Isid. Or.* 19, 10. Constructio autem vel instructio vocata eo quod instringat et cohærere faciat. — Vox est apud *Forcell.*, sed leviter fundata.

INSUĀDĬBĬLIS, e, adj. Incredibilis. *Hilar. In Ep. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 90). Ne ista talia insuadibilia esse viderentur. *Ibid.* Et quod videbatur in illis esse insuadibile. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 564. Insuadibile, incredibile.

INSUĀSUS, a, um, adj. Non suasus. *Gloss. Philox.* Insuasum, ἀσυμβούλευτον.

INSUĀVĬTER, adv. Non suaviter. *Boet. Music.* 1, 8, p. 1377. Quum alter sonus alteri officit, ad sensum insuaviter uterque transmittitur. *Ib.* 5, 10, p. 1475.

INSUBDĬTĪVUS, a, um, adj. Non subditivus. *Tert. Adv. Valent.* 27. Nec matris semen admisit injurias, æque insubditivum, et ne ipsi quidem Demiurgo compertum.

INSUBSTANTIĀLIS, e, adj. Non substantialis. *Gloss. Pap.* Nichil, nomen insubstantiale est.

INSUBSTANTĪVUS, a, um, adj. Qui caret substantia. *Ambr. Hexaem.* 1, 2. Minuta et insubstantiva principia. *Id. De Fide*, 3, 7. Non potest insubstantivus filius Dei esse, per quem cuncta subsistunt. *Interp. Iren.* 1, 1. Denudabit et insubstantivum ostendet figmentum eorum. *Id.* 1, 10.

INSUFFLĀTIO, onis, f. Actus insufflandi (ad res creandas). *Alcim. Avit. Ep.* 1. Insufflationis carnale commentum. *Interp. Iren.* 1, 34. Quippe a factore tantummodo insufflationem mundialem habentes. — Vocem *Forcell.* omiserat : addidit *Furlan.*, non tamen hoc sensu, qui innuitur in verbo *insufflo*. (Exstat gallica vox *insufflation*.)

INSULSOR, aris, ari, p. Insulsus fio. *Gloss. Cyril.* Βλαροῦμαι (l. Βλαδαροῦμαι), insulsor. (Et *ibid.* Βλαρός, insulsus. Lege Βλαδαρός.)

INSUSPECTĒ, adv. Non suspecte. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 724. Insuspecte se habent respondentes ad nos.

INSUSPĪCĀBĪLIS, e, adj. Non suspicabilis. *Vulg. Eccli.* 11, 5. Et insuspicabilis portavit diadema. *Ib.* 25, 9.

INTĔGĬMENTUM, i, n. Integumentum. *Ambr. De Isaac et Anim.* 4. Hoc integimento animæ piorum indutæ. *Id. ibid.* 6. Sine integimento. — Juxta in usu fuerunt *tegimen, tegmen; tegimentum, tegmentum.* Vid. TEGIMENTUM.

INTEGMENTUM, i, n. Integumentum. *Ambr. Ep.* 7, 44. Nam et sine integmento in hoc mundo nascitur. (Nisi legendum *integimento*, quo Noster non semel usus est.)

INTELLECTĪBĪLIS, e, adj. Qui intellectu percipitur. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 2. Est intellectibile quod nullis unquam sensibus, sed sola tantum mente intellectuque capitur. *Ibid.* Intellectibilia egomet, mea verbi compositione, vocavi. *Id.* p. 129, et passim. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 403. Physica alia intellectibilis, ut angeli; alia intelligibilis, ut Deus.

INTELLECTĪVUS, a, um, adj. In intellectu positus (gall. *intellectif*). *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 1, p. 552. Omnis doctrina, et omnis disciplina intellectiva ex præexistente fit cognitione. *Prisc.*, cujus locus refertur in v. INSPECTIVUS.

INTELLECTUĀLĬTER, adv. In intellectu. *Cassian. Coll. Patr.* 6, 10. Quam virtutem ita poterimus nos quoque intellectualiter possidere. *Boet. De Trin.* 2, p. 1122. In divinis intellectualiter versari oportebit. *Claud. Mamert. Stat. An.* 2, 5.

INTELLĬGĬBĪLIOR, us, adj. compar. *Boet. De Divis.* 1, p. 642. Divisio autem.... debet ad intelligibiliora deducere.

INTENSĪBĪLIS, e, adj. Non tensibilis. *Boet. In Porphyr.* 5, p. 107. Differentia quidem intensibilis est et irremissibilis.

INTENTĀTOR, oris, m. Qui non tentat (ut videtur). *Vulg. Jacob*, 1, 13. Deus enim intentator malorum est; ipse autem neminem tentat. *Aug. De Peccat. Merit.* 2, 4. Non quod ipse Deus tali tentatione aliquem tentet; nam Deus intentator malorum est, etc.

INTENTIŌSĒ, adv. Animose. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 11, 15. Intentiose emunt quæ carius distrahuntur.

INTENTUS, us, m. Intensio. *Apul. Apol.* p. 423. Seu, intentu aeris fracti, resultant (imagines) ad facies suas reduces. (Quem sensum præcipuum ignorant Lexica.) || Animi intentio (*attention*). *Gloss. Cyril.* Προσοχή, attentio, intentus. || Cogitatio (*intention, dessein*). *S. Greg. Ep.* 1, 81. Ab intentus sui pravitate (Liberatum) compesce.

INTĔRÆSTUO, as, are, n. Subinde æstuo. *Ambr. Hexaem.* 5, 11. Requiescendum, ne interæstuare incipiamus ingenio, et nobis etiam verba deficiant.

INTERCESSĪVUS, a, um, adj. Qui intercedit. *Cassian. Incarn.* 7, 22. Numquid in ascensione hac intercessivam opem indicavit alterius? — Sic equidem legi in vetere quodam codice *Bibliothecæ Sanctæ Genovefæ:* et hoc melius quam quod in editis, *intercessuram.*

INTERCĪSĪVUS limes, m. *Aggen.* in *Grom. vet.* p. 2. *Ibid. Colon.* lib. 1, p. 213 et 223. Et *Boet.* p. 1538.

INTERCULTUS, a, um, adj. Qui modo cultus, modo incultus est. *Sicul. Flac.* in *Gromat. vet.* p. 7, ed. *Gœs.* Et si intercultis finibus, aut prope fines disponuntur. — Aliter *Lachm.* p. 143. Si inter culta finibus, etc.

INTERCŬTĀNEUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Subcus, subcutaneus.... intercus, intercutaneus, intercutitus (male intercutatus). *Onomast. lat. gr.* Intercutaneus, ὑποσαρκίδιος.

INTERCŬTĪTUS, a, um, adj. Intercutaneus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 295. Intercutitus, qui aliquid inter cutem patitur. *Gloss. Isid.* in v. præced.

INTERDENSĀTUS, a, um, part. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 289. Interdensatus, spissus.

INTERDICTŌRIUS, a, um, adj. Qui interdicit. *Salv. Adv. Avar.* 3, 17. Quod præcepto interdictorio generaliter jubet (Deus).

INTERDŪCA, æ, f. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 292. Interduca, nomen Junonis, quæ

domum ducebat virgines. Et *Johan. de Jan.* (Forte legendum *introduca.*)

INTĔREMPTIO, onis, f. Interfectio. (Vox sane cadentis latinitatis, quam in multos auctorum locos intruserunt librarii, et certatim docti expungunt : unde fit ut ejus exempla vix suppetant. Cf. *Forcell.*) || Translate. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, 7, p. 755. Non tamen est explorata per cujus interrogationum interemptionem vel divisionem solvenda sit. (Ibidem vocabulum iteratur, et præcedunt verba : *Quæ interrogationum interimenda est.*)

INTĔREMPTŌRIUS, a, um, adj. Letalis. *Isid. Or.* 17, 10. Alii dicunt fungos vocatos quod sint ex eorum genere quidam interemptorii : unde et defuncti.

INTERFECTŌRIUS, a, um, adj. Letalis. *Aug. De liber. Arbit.* 3, 25. Unde factum est ut pœna hominem susciperet emendatoria potius quam interfectoria. *Isid. Or.* 17, 6. Hæc in Perside fructum generat interfectorium.

INTERFĔMUS (vel INTERFĔMUR), oris, n. Quæ pars est inter femora. *Gloss. Cyril.* Μεσομήριον, interfemus.

INTERFĪNES, m. pl. *Gloss. Cyril.* Μεθόρια, interfines.

INTERFĪNIUM, ii, n. Intervallum. *Isid. Or.* 11, 1. Medium autem (narium vocatur) interfinium.

INTERFŒDĀTUS, a, um, part. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 290. Interfœdatus, varie maculatus.

INTERGĔRĪVUS, a, um, adj. Qui (paries) est inter duas possessiones. *Inscr.* edita a *Noël Desvergers,* in miscellaneo libro cui titulus : *Revue de Philologie,* t. I, p. 527. Hic paries communis est intergerivos cum Ilisso Cæsaris Aug. Diogenia. — Inde tandem vera vocabuli scriptio ostendatur, quod *Forcell.* quidem recte exhibet, sed variam lectionem referens *Intergerinus,* ut etiam est ap. *Fest.*

INTERMĪNA, æ, f. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 529, et VII, 565, et *Gloss. vet. S. Genov.* Intermina, internuntia.

INTERMĬNĀBĬLIS, e, adj. Interminatus, infinitus. *Boet. Music.* 2, 3, p. 1394. Estque ad minimum terminata (unitas), interminabilis ad majus. *Salv. Adv. Avar.* 1, p. 223, ed. *Baluz.* Habentes.... nec inserta nubibus aerio habitatore fastigia, non denique fundos interminabiles. — De tempore tantummodo dictum in Lexicis.

INTERMISSĒ, adv. Cum intermissione. *Bed. De Numer.* t. I, p. 160. Si volueris per singularem numerum dividere decenum vel centenum aut millenum, vel simul aut intermisse.

INTERMŪNUS, eris, n. Munus. *Ennod. Dict.* 21. Quidquid non dare prævales, ceu intermunus computa, si dedisti. — Sic omnes. Nondum mihi liquet.

INTERNĂTO, as, are, n. et a. *Avien. Or. marit.* 410. Vis belluarum pelagus omne internatat. *Ibid.* 129.

INTERNECTUS, a, um, part. ab Interneco. *Prisc.* p. 623.

INTERPRĔMO, is, ere, a. Premo, calco. *Onomast. lat. gr.* Interpremo, διαπιέζω.

INTERPRĔTĀTŌRIUS, a, um, adj. Interpretationi utilis. *Tertul. Ad Nation.* 2, 14. Quod si nomen istud proprium divinitatis, et simplex, nec interpretatorium in illo Deo reprehensum, etc.

INTERRĬGO, as, are, a. *Rutil. Numat.* 1, 291. Et tamen insanas cedendo interrigat undas.

INTERSECTUS, a, um, part. ab Interseco. *Stat. Silv.* 3, 5, 9. Non intersectas commenta retexere telas.

INTERSTERNO, is, ere, a. Insterno. *Onomast. lat. gr.* Intersterno, διαστρώννυμι.

INTERSTINCTUS, a, um, part. Exstinctus. *Capel.* 9, p. 310. Nivalibusque Interstinctus aquis, triumphat ardor. — Quem sensum *Forcell.* in verbo exhibet, non item in participio. *Furlan.* conjicit *irrestinctus.* Illud vero ferendum : scil. ardor quem aquæ exstinguere nituntur.

INTERVĂCO, as, are, n. Per intervalla vaco. *Onomast. lat. gr.* Intervaco, διακενοῦμαι.

INTEXTIO, onis, f. Intextus. *Ambr. In Luc.* 10, 23. At vero Marcus, tanquam purpuræ fulgore contentus, sine ulla intextione verborum : Initium, inquit, evangelii, etc.

INTHRŎNISMUS, i, m. Ad episcopatum evectio (gall. *intronisation*). *Liberat. Breviar.* p. 135. Expositio quæ ab eo dicta est in inthronismo.

INTHRŎNIZĀTUS, a, um, part. *Liberat. Breviar.* p. 100. Inthronizato autem eo, divisio et discessio populi orta est.

INTHRŎNIZO, as, are, a. Ad episcopatum eveho (gall. *introniser*). *Liberat. Breviar.* p. 98. Ordinatus ergo Proterius, præsentibus supra memoratis episcopis, inthronizatur. *Ibid.* p. 142. Inthronizaverunt autem Gaianum, qui fuit tunc archiepiscopus, etc. *Epiphan. Hist. Eccl.* 12, 8. Qui Proclum inthronizare prohibuerunt. *Thom.* p. 290. Inthronizare, aliquem in dignitatem ponere. Cf. *Cang.*

INTĬTŬBANTER, adv. Non dubitanter. *Boet. Arithm.* 2, 1, p. 1323. Eamdem convenientiam intitubanter inveniet. *Thom.* p. 295. Intitubanter, indubitanter.

INTĬTŬLO, as, are, a. Titulum impono (gall. *intituler*). *Rufin. Invect. in Hieron.* 1, 8. In illo libello quem De optimo genere interpretandi intitulavit. *Gennad. Vit. Vincent. Lirin.* Disputationem quam, absconso nomine suo, intitulavit : Peregrini adversus Hæreticos. Et *Thom.* p. 585. Cf. *Cang.*

INTŎLĔRĀBĬLISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Cassian. Incarn.* 5, 15. Quod intolerabilissimum et indignissimum est.

INTŎLĔRĀBĬLĬTAS, atis, f. Intolerantia. *Gloss. Cyril.* Ἀνυποιστότης, intolerabilitas. *Ibid.* Ἀφορητότης, intolerabilitas.

INTORTĒ, adv. Perplexe, obscure. *Aug. De Nat. et Grat.* c. 49. Intorte hoc dixit, et ideo subobscure. — Nullum dant exemplum gradus positivi nec translati sensus.

INTRĀCLŪSUS, a, um, part. *Frontin. Limit.* 2, in *Grom. vet.* p. 31. Ut intraclusi modus enuntietur.

INTRĀJECTUS, a, um, adj. Interjectus. *Frontin.*, ed. *Gœs.* p. 112. Quorum limitum cursus nulla intrajecta distantia.... concurrunt.

INTRANSGRESSĬBĬLIS, e, adj. Quem transgredi non possunt. *Eucher. In Genes.* 1, p. 5. Intransgressibilem terminum superiorum aquarum. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, 14. Unde et intransgressibilem habet filiationem Unigenitus tuus.

INTRANSĬBĬLĬTER, adv. Intransibili modo. (Quod exscripsi tanquam ex *Eucherio*. Locus autem excidit.)

INTRANSMEĀBĬLIS, e, adj. Non transmeabilis. *Jornand. De Reb. Get.* 1. Oceanus intransmeabilis. *Claud. Mam. Stat. An.* 9, *sub init.* Intransmeabile chaos. *Clemens* ap. *Isid. De Nat. Rer.* p. 258. Oceanus intransmeabilis est hominibus.

INTRĀRIUS, a, um, adj. Interior. *Onomast. lat. gr.* Intrarius, ἐνδόμυχος. — Pervulgatum est oppositum adj. *Extrarius.*

INTRĔMĔFACTUS, a, um, part. Tremens. *Publil. Optat. Organ.* v. 50. Quodque queat minimum ad motum intremefacta frequenter Plectra adaperta sequi.

INTRINSĔCUS, a, um, adj. Interior (gall. *intrinsèque*). — Vox recentiorum philosophorum, cujus non eosdem auctores habeo atque adjectivi *Extrinsecus.* Videmus tantum *Intrinseci cives* (ann. 1278) ap. *Cang.*

INTRŌCLŪDO, is, ere, a. Includo. *Onomast. lat. gr.* Introcludo, ἐγκατακλείω.

INTRŌDŪCA. Vid. INTERDUCA.

INTRŌPŎSĬTUS, a, um, part. Intromissus. *S. Greg. Epist.* 5, 15. Sed etiam intropositæ (oves) ferinis dentibus laniandæ crudeliter exponuntur. (Sic ed. Paris., 1605. Divisim autem scribit ed. Bened., quæ locum exhibet *Ep.* 6, 15. Illud autem non displicet.)

INTROSPECTUS, a, um, part. *Macr. De Verb.* p. 2754, ed. *Pustch.* Græci, introspecta solertius jubendi natura, etc.

INTUĬTIO, onis, f. Intuitus (gall. *intuition*). *Interp. Iren.* 1, 5. Invisibile ejus magnam mentis intuitionem et sensibilitatem omnibus præstat potentissimæ et omnipotentis eminentiæ.

INTUO, is, ere, a. Intueor vel intuor. *Commod.* 31, 1. Intuite dicta Salomonis, judices omnes. *Id.* 39, 5.

INTURBŬLENTUS, a, um, adj. Non turbulentus. *Cic. Partit.* 22. Et omne quod est ejus generis, grave, sedatum, inturbulentum. (Vexatissimus locus. *Orel.*, cum ed. *Milan.* 1498, quam vidi, et ed. *Delphin.*, exhibet *sedatum, non turbulentum.* Alii : *grave insedatum et turbulentum ; grave sedatum vel non turbulentum.* Vox quidem ignota *inturbulentus ;* sed ignota etiam, imo vana, *insedatus*, quam tamen exhibent Lexica. Non multum a conjectura nostra absunt *inturbatus*, *inturbidus*. Dictu pro-

num est quomodo prima syllaba *in* exciderit, quum præcedens vocabulum desinat in *um*. Multa sunt hujus generis : unum referam. *Non.* p. 394. « Siccum dicitur et sobrium, madidum. » Egregie et certissime *Merc.* conjecit *immadidum*; quo verbo usus est *Avien. Prognost.* 84. Adde quod in *Ciceronis* loco addita syllaba verbo *insedatus* ad v. *turbulentus* pertinere videtur. Ceterum tutius addi potest *in* quam *non.*)

INTŪS, udis, f. Incus. *Isid. Or.* 19, 7. Veteres autem non *incudem* vocabant, sed *intudem*, eo quod in ea metallum tundatur.

ĬNŪBĔRO, as, are, n. Exubero. *Alcim. Avit. Ep.* 48. Omnis in commune prædicationum vestrarum cultus inuberat.

ĬNŪNO, as, are, a. Aduno. *Gloss. arab. lat.* Inuno, colligo. — Perrarum etiam verbum exstitit *Exunare.*

ĬNUSTUS, a, um, adj. Non ustus. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 4. Nec remansit in ea (urbe) locus inustus. *Ib.* 2, 1. — Notum est participium, contrario sensu.

INVECTĀTIO, onis, f. Invectio, maledictum. *Cassiod. Var.* 5, 41. Obtinuit ille sæpius invectationibus nostris quod in consistoriis agi solebat antiquis. (Verbum *Invectare* est ap. *Thom.* p. 295.)

INVECTRIX, icis, f. Quæ invehit, causa. *Ambr. Ep.* 10, 82. Etsi neget invectricem mali esse voluptatem.

INVERTĬBĬLIS, e, adj. Immutabilis. *Hilar. In Epist. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 100). Jam ultra peccare non poterimus, et invertibiles permanebimus in bonis. *Fragm. Vatic. Arian.* ap. *Mai. Nov. Collect.* t. III, p. 233. Confitemur, credimus Deum Patrem omnipotentem sine initio esse, innascibilem, impartibilem, invertibilem.

INVĔTĔRĀTOR, oris, m. Veterator, deceptor (scil. diabolus). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 565. Inveterator, malitiosus. *Cassiod. Complex. Apocal.* 17. Illos inveterator malorum persequi non desinit.

INVIŎLĀBĬLĬTER, adv. Inviolate. *Boet. Consol., Pros.* 3, 10. Vide quam id sancte atque inviolabiliter probes. *Cassiod.* ap. *Mai. Auct. Class.* t. III, p. 353. Quod si fixe atque inviolabiliter credimus. — Vocabuli non satis firma auctoritas ap. *Forcell.*

INVIŎLENTUS, a, um, adj. Non violentus. *Not. Tir.* Violentus, inviolentus. *Cassiod. Inst. divin. Litt.* 20. (Sic recentt. edd. Sed vide locum in v. PERVIOLENTUS.)

INVISCO, as, are, a. Visco. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 619. Viscus.... Et componitur Inviscare, id est per viscum aliquid rapere. — Verbum addiderat *Furlan.* ex *Not. Tir.* Quibus nova, etsi non magna, accedit auctoritas.

INVĪSĒ, adv. Latenter. *Mythogr. prim.* ap. *Mai.* t. III, p. 81. Maritus, ut invise vespertinus advenerat, ita crepusculo incognitus discedebat. — Unde apparet, nihil mutandum esse in *Fulgentii* exemplo quod refert *Furlan.*

INVĪTĀLIS, e, adj. Non vitalis, inanimatus. *Boet. De Syllog. hypoth.* 1, p. 619. Invitale autem potest esse, si sit insensibile, ut lapis. *Id.* p. 621, 622, 634 et 636.

INVĪTŌ, adv. Invite. *Char.* p. 182. Invito, ut Falso. Plautus in Cæco aut in Prædonibus : Neque eam invito a me abduces. — Quanquam sæpius in talibus duplex forma est, quidni ablativum casum hic videamus?

INVITTĀTUS, a, um, adj. Non vittatus, discinctus. *Hieron. Reg. S. Pachom.* 101. Nullus vadat ad collegium vel ad vescendum habens galliculas in pedibus, vel palliolo lineo invitattus.

INVŎCĀTĪVUS, a ,um, adj. Qui invocat. *Boet. Introd. ad Syll.* p. 561. Orationis species sunt quinque : Interrogativa.... invocativa, etc.

INVŎCĀTOR, oris, m. Qui invocat. *Cod. Theod.* 9, 16, 5. Quicumque.... vel invocatorem dæmonum vel hariolum invocaverit.

INVŎLĀTUS, a, um, part. Subductus, spoliatus. *S. Optat. De Schism. Donat.* 4, 6. De subducto vestimento aut de involato gremio.

INVŎLŪBĬLIS, e, adj. Qui non volvitur aut vertitur. *Ambr. Hexaem.* 1, 6. Nam hoc ipso quod diversæ eadem sint elementa naturæ, simplicem et involubilem motum habere non possunt.

INVŎLŪMEN, inis, n. Involumentum. *Gloss. Cyril.* Ἐνείλημα, involumen.

INVŎLUNTĀRIĒ, adv. Non voluntarie (gall. *involontairement*). *Boet. Arist. Top.*

4, 2, p. 688. In iis, quæ involuntarie locum ex loco permutant, dicitur latio.

INVŎLŪTIUS, adv. compar. *Vincent. Lirin. Common.* p. 324. Veteris cujuspiam viri scripta paulo involutius edita.

IŌN pes, m. Ionicus. *Ter. Maur. Metr.* v. 2882. Nec mirum puto, quando Varro versus Hos, ut diximus, ex ione natos Distinguat numero pedum minores. *Id.* v. 2877 et 2047.

IRRĂTIŌNĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Ambr. Hexaem.* 5, 10. Sed vide ne tu tibi magis incipias esse contemptui, si irrationabili irrationabilior deprehendaris.

IRRĔCŌGĬTĀTUS, a, um, adj. Incogitatus. *Gloss. Cyril.* Ἀνεπιλόγιστος, irrecogitatus. — Hinc versimilior vox *irrecogitatio* ap. *Tertull.*

IRRĔCŪSĀTUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Ἀπαραίτητος, inexcusabilis, inexcusatus, irrecusatus.

IRREDDĬBĬLIS, e, adj. Qui reddi non potest. *Boet. Arist. Top.* 4, 4, p. 690. Donum est datio irreddibilis.

IRREFLEXUS, a, um, adj. Non reflexus. *Boet. Consol. Carm.* 4, 7. Ultimus cœlum labor (Herculis) irreflexo Sustulit collo.

IRREFRĀGĀBĬLIS, e, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 294. Irrefragabilis, irresistibilis. (Unde gall. *irréfragable.*)

IRRĔMĔDIĀBĬLĬTER, adv. Sine remedio (translate). *Ambros. Lect. S. Evang. sec. Luc.* Ostendit divitem purpuratum irremediabiliter apud inferos tortum.

IRRĔMISSĬBĬLIS, e, adj. Qui remitti vel laxari non potest. Vid. in v. ININTENSIBILIS. — Propria significatio desiderabatur.

IRRĔMISSĬBĬLĬTER, adv. Irremissibili modo (gall. *irrémissiblement*). *S. Greg. Ep.* 8, 16. Si quando vos quisquam offenderit, dolorem irremissibiliter retinetis.

IRRĔMISSUS, a, um, adj. Non remissus. *Eucher. Epist. ad Valerian.* p. 301. Præceptorumque ejus custodiant irremissa lege famulatum. *Gloss. Paris.* Severus, districtus.... irremissus, tristis.

IRREPREHENSĬBĬLĬTER, adv. Sine reprehensione. *Prosp. De Vita contempl.* 3, 2. Nobis autem irreprehensibiliter vivere velle non sufficit. *Ib.* 3, 30. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 3. Irreprehensibiliter te dixisse arbitreris, etc. *S. Greg. Ep.* 1, 24. Et tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur quum, etc. *Id. ib.* 2, 15, *Indict.* 11. Qui vobis antistes irreprehensibiliter ordinetur. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 2. Deo omnipotenti irreprehensibiliter serviens.

IRRĔSISTĬBĬLIS, e, adj. Vid. in v. IRREFRAGABILIS. (Gallica vox est *irrésistible.*)

IRRĬGUĒ, adv. Irrigando. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 70. Ac postquam irrigue fluviali more cucurrit.

IRRĬGUĬTAS, atis, f. Irrigatio, humor. *Ennod. Ep.* 3, 12. Et siccitatem labiis æstuante animo irriguitas vivi fluminis gignit.

IRRĪSŌRIĒ, adv. Ironice. *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 7, 27. *Ultra placitum,* id est nimie : irrisorie.

IRRĪTĀTRIX, icis, f. Quæ irritat. *Vulg. Ezech.* 24, 3. Et dices per proverbium ad domum irritatricem parabolam.

IRRĪTĀTUS, us, m. Lacessitio. *Paul. Sentent. recept.* 1, 15, 3. Qui irritatu suo feram bestiam.... in se proritaverit.

IRRĬTĒ, adv. Frustra. *Cassiod. Var.* 1, 4. Ad Atticum legationis est officio non irrite destinatus. *Ibid.* 3, 27; 12, 2.

IRRŌRĀTIO, onis, f. Adspergo. *Cassiod. Var.* 12, 14. Olus illic omne saporum est marina irroratione adspersum.

IRRŌSUS, a, um, adj. Non rosus. *Gloss. Cyril.* Ἄβρωτος, inrosus, inesus.

IRRŪGĀTUS, a, um, part. *Hier. In Epist. ad Galat.* cap. 5. Fronte severis moribus irrugata (bonitas).

IRRŬGIO, is, ire, n. Valde rugio. *Vulg. Genes.* 22, 34. Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno.

IRRUMPĬBĬLIS, e, adj. Infragilis. *Gloss. Cyril.* Ἄρρηκτος, irrumpibilis.

IRRUPTUS, a, um, part. ab Irrumpo. Cum impetu superatus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 529. Donec male Brictio motus Irruptis foribus, sancto et convitia vergit. — Sic optima editio *Romana.* Alii omittunt *et.*

IRRŬTĬLO, as, are, n. Rutilo. *Ambros. De Fide Resurrect., sub init.* Non semper ortu lucis albescit, radiis solis irrutilat. *Id. Ep.* 5, 31. Clari splendore fulgoris irrutilat (luna). *Id. In Luc.* 8, 17. Fructus

jam formatus irrutilat. *Id. De Isaac et Anim.* 7; *Hexaem.* 3, 11, *fin.*

ISĂGŌGUS, i, m. (εἰγαγωγεύς). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 530. Isagogus, instructor litterarum.

ISCHIA, æ, f. Ischias. *Th. Prisc.* 4, 1. Ad ischiam et podagram.

ISCURRA, æ, m. Scurra, parasitus. *Isid. Or.* 10, *litt. I.* Iscurra vocatur quia escæ causa quemlibet consectatur. — Plebeia, ut videtur, vocabuli depravatio.

ISCUS, i, m. *Isid. Or.* 20, 4. Discus antea *iscus* vocabatur, a specie scuti.

ĪSĬCIĀLE vel INSĬCIĀLE, is, n. *Gloss. Isid.* Insiciale, jus.

ISMIRUS, i, m. Vid. SMYRIS.

ISŎPLEUROS, on, et ISŎPLEURUS, a, um, adj. (ἰσόπλευρος). Qui æquis lateribus est. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 4, p. 525. Et par et impar numero, et primum et compositum, et isopleurum et altera parte longius. *Id.* p. 526. Isopleuron triangulum. *Id. Geom.* 2, p. 1521. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 249 et 354 et 404, et passim.

ISŎSYLLĂBUS, a, um, adj. (ἰσοσύλλαβος). Qui parem syllabarum numerum habet. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 156. Nominativus pluralis.... isosyllabus esse debet.

ISOX, ocis, m. (ἴσοξ). Esox. *Isid. Or.* 20, 2. Isocem piscem quemdam vocant, ex quo primum isicia facta sunt.

ISPORTŬLA, æ, f. Sportula. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1867. Cum isportulis aram dono dedit. Cf. v. seq.

ISTĪPENDIUM, ii, n. Stipendium. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3742. Eques.... istipendiis octo. Cf. v. præced.

ĬTĔRĬTAS, atis, f. Redintegratio. *Boet. Geom.* 2, p. 1525. Quatenus.... cautissima ad id, ad quod desiderant accedere, iteritatis linea absque dubio perducat.

ĬTĬNĔROR, aris, ari, d. Iter facio. *Onomast. lat. gr.* Itineror, ὁδοιπορέω. *Salv. Gub. D.* 1, p. 9. Adde illatos itinerantium castris alituum greges. Cf. *Cang.*

ĬUGO, is, ere, vel IUGIO, is, ire, n. Milvino more clamare. *Fest.* Iugere milvi dicuntur quum vocem emittunt. (Vulgo *jugere:* quod onomatopœa non æque probat.) *Gloss. Isid.* Iugit milvus quum vocem emittit. (Item *Gloss. Pith.*, nisi quod habet *ingit.*) *Gloss. Vat.* t. VII, p. 565. Iugit milvus quum clamat. *Gloss. Philox.* Iugit, ιϰτινδωα (l. ἰϰτὶν βοᾷ). — Cf. *Forcell.* in v. JUGO. Etiam videndi *Thom.* et *Aldhelm.* infr. in v. LUPIO.

IXIOS vel IXOS, i, m. *Gloss. Paris.* Ixon, avem (male avis) de genere vulturis, etc. *Vulg. Deut.* 14, 12. Immundas ne comedatis, aquilam scilicet, et gryphem, et haliæetum, ixion, et vulturem ac milvum.— Vox non satis certa, quam non exhibent Septuaginta interpretes. Lucem dant nec græca lingua, nec *Plin.*, nec *Isid.*

J

JĂCĬTŪRUS, a, um, part. fut. a v. Jaceo. *Stat. Theb.* 7, 777. Aut vetito nudus jaciture sepulchro.

JACTIO, onis, f. Jactus. *Gloss. Cyril.* Ῥιπτασμός, jactio.

JACTĪTĀTOR, oris, m. Jactator. *Alcim. Avit. Ep.* 4. Ipse operis jactitator.

JĂCŪLĀTUS, a, um, part. a Jaculor. Qui jaculatus est seu misit; qui percussit. *Hor. Od.* 1, 2, 2. Et rubente Dextera sacras ja-

culatus arces. *Virg. Æn.* 2, 276; *Ovid. Met.* 7, 139; *Fast.* 5, 41.

JĂCŬLO, as, are, a. Jaculor. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 139. Prensus in arte, ferox jaculabat probra beato. *Isid. Or.* 18, 7. Virgilius ait Turnum falaricam jaculasse. *Onomast. lat. gr.* Jaculo, ἀκοντίζω. — Verbi nullum exemplum invenisse se fatetur *Forcell.*

JĔCŎRĀRIUS, m. Vid. v. seq.

JĔCŬNĀNUS, i, m. *Fest.* Jecunanum, victimarium. — Sic et *Dacer.* Aliter *incumanum* vel *jecorarium. Dacer.* conj. Jecinorum, victimarum.

JŎCISTA, æ, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Jocista, qui verbum jocatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 288. Jocista, ille qui ludit: qui et ludius dicitur, et joculator, et ludicrus, et ludibundus. *Id.* p. 282. Jocista, ille qui sæpe jocos intendit. *Id.* p. 292. Jocista, qui verbis ludit. (Etiam *verbis* aut *verbo* velim in *Gloss. Isid.*, non *verbum.*)

JŎCŬLĀRĬTAS, atis, f. Scurrilitas. *Hier. Comment. in Epist. ad Ephes.* cap. 5. Scurrilitas de prudenti mente descendit....quam nos jocularitatem alio verbo possumus appellare.

JŎCŬLĀTRIX, icis, f. Quæ joculatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 324. Ludia, joculatrix. *Id.* p. 478. Pantomima, joculatrix.

JŪCUNDĀTIO, onis, f. Delectatio. *Arn. In Psalm.* 146. In quo Deo nostra fit jucundatio.

JŪCUNDĬTER, adv. Jucunde. *Gloss. Paris.* Eliganter, jucunditer.

JŪDAIDIO, as, are, n. Judaizo. *Commod.* 37, *in lemmate.* Qui judaidiant fanatici.

JŪDAIZO, as, are, n. Judæorum mores imitor (gall. *judaïser*). *Vulg. Galat.* 2, 14. Quomodo gentes cogis judaizare?

JŪDĬCĀTĪVUS, a, um, adj. Aptus ad judicandum. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 18, p. 557. Habent animalia connaturalem potentiam judicativam.

JŬGĀMENTUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 280. Hoc jugamen; unde jugamentum. *Id.* p. 288. Jugamentum, conjunctio vel ligamentum. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 565. Jugamenta, juncturæ artuum. *Gloss. vet. S. Genov.* Jugamenta, juncturas arcuum (*sic*). — Magna lis est inter *jugamentum* et *jugumentum*. Hæc ideo exempla referre libuit.

JŬGĀRIS, e, adj. Jugarius. *Gloss. Philox.* Jugaris, ζευγηλάτης.

JUGO, is, n. Vid. IUGO.

JŬGŬLĀTOR, oris, m. Qui jugulat. *Hier. Ep.* 2, 22, *Ad Heliodor.* Julianus, proditor animæ suæ, et christiani jugulator exercitus.

JŪMENTĀLIS, e, adj. Qui ad jumentum pertinet. *Ambr. Hexaem.* 5, 3. Et homo ista procuras, interpres adulterii jumentalis.

JŪMENTĀRIUM, ii, n. Equile, stabulum. *Gloss. Cyril.* Κτηνοστάσιον, jumentarium.

JŪMENTĀRIUS, ii, m. Qui jumenta educat. *Gloss. Cyril.* Κτηνοτρόφος, jumentarius. — *Forcell.* vocem profert ex *Inscr.*, sed de sensu ambigit.

JUNCTĪVUS, a, um, adj. *Prob. fragm.* ap. *Mai.* t. V, p. 289. Modo conjunctivo sive junctivo, tempore præsenti sive instanti.

JUNCŬLUS, i, m. Dimin. a v. Juncus. *Onomast. lat. gr.* Junculi, σχοινία. Juncus, σχοῖνος.

JŪNĬPĔRUS, a, um, adj. Ex juniperi ligno confectus. *Sic. Flac.* in *Grom. vet.* p. 138. Palos pro terminis observant, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero juniperos.

JŪRĀTĬCUS, i, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Juraticus, scholasticus, jurisperitus.

JŪRISDOCTOR, oris, m. *Gloss. Philox.* Jurisdoctores, αὐθένται τῶν (nomen excidit). — Uno verbo, ut *Legisdoctor.*

JŪRISPĔRĪTIA, æ, f. Scientia juris. *Boet. In Cic. Topic.* 4, p. 809. Nescio an quisquam jurisperitiæ professor tales tutelæ partes ediderit.

JURĬTHEUM vel JURĬTHEUS, i, n. vel m. Potionis quoddam genus. *S. Greg. Ep.* 6, 37. (Vid. locum in v. COGNIDIUM.) — Alii libri exhibent *viritheum.* In quo juxta trepidant interpretes. Cf. *Cang.*

JUSTĬFĬCĀTOR, oris, m. Qui justificat. *Aug. De Spirit. et Litt.* c. 26. Indigere se gratia Justificatoris. *Ibid.* 29. Sed per fidem concilians Justificatorem. — Et hic ludibria casus mirari possumus, quum *Justificatrix* sit in Lexicis ex *Tertul.*

JŬVĀBĬLIS, e, adj. Delectabilis. *Boet.*

Arist. Top. 6, 4, p. 714. Si delectatio est juvantia, et delectabile juvabile.

JŬVĀMEN, inis, f. Auxilium. *Cassiod. Var.* 12, 2. Te, cum Dei juvamine, possessores præcipimus admonere. *Boet. In Cic. Top.* 5, p. 835. Quæsiti extrinsecus juvaminis indigentia. *S. Greg. Ep.* 8, 20. Ut hujusmodi pietas in vestro esset patrona juvamine. *Ibid.* 8, 12. *Gloss. Cyril.* Ὄνησις, juvamen. *Onomast. lat. gr.* Juvamen, ὠφέλημα. — Solus citatur *Pseudo-Macer*, quem nihili esse sciunt.

JŬVANTIA, æ, f. Delectatio. Vid. in v. JUVABILIS.

JŬVENCŬLUS, i, m. Adolescentulus. *Hier. Ep.* 2, 16, *Ad Gaudent.* Nunquam juvenculos, nunquam cincinnatos videat. *Ambr. Apol. Dav.* 3. Quæ figura in illis juvenculis, nisi animarum quæ triumphalem psalmum concinunt Christo? *Porphyr.* ad *Hor. Carm.* 2, 8, 21. Juvenci ergo non tantum boves dicuntur, sed homines, quamvis in usu sit ut non nisi per diminutionem juvenculos dicamus. *S. Greg. Ep.* 3, 12. Juvenculos filios. *Thom.* p. 288. Juvenculus, juvenis. *Id.* p. 279. Juvenculus non solum pro parvo bove, sed pro juvene dicitur; unde Josephus in primo : Sodomitæ, respicientes juvenculos præcipue decoros, ad vim inferendam conversi sunt. — Cujus vocabuli evanescebat auctoritas, quum *Forcell.* merito *Catulli* locum expungeret : unde hoc omisit *Freund.* Crebriora sunt exempla feminini *Juvencula.*

JUXTĀPŎSĬTUS, a, um, part. (gall. *juxtaposé*). *Prisc.* p. 1067. Personis absentibus, vel præsentibus, vel juxtapositis. — Scribunt etiam divisim.

L

LABERNA, f. Vid. LAVERNA.

LĀBĪNA, æ, f. (labi, bor). *Isid. Or.* 16, 1. Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a labe. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 531. Labina (male Lavina), lapsum inferens. *Gloss. Pith.* Labina (male Lubina), lapsum inferens. *Gloss. Isid.* Labina, labrum inferius (leg. lapsum inferens). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 565. Labina (male Kabina), labrum inferius. *Ib.* p. 566. Labina, lapsum inferens, vel aquæ per vim alluviones, vel terra aquosa et mobilis in qua labimur. *Thom.* p. 323. Labina, terra labilis.

LĂBIŎLUM, i, n. Labellum. *Johan. de Jan.* Labiolum, parvum labrum.

LĂBĬTO, as, are, a. Freq. a Labo. *Hilar. Arelat.* seu *Victorin. Macchab.* 87. Regnaque quæ parvo labitantia tempore dantur. — Duo codd. dant *labentia.*

LĂBŌRĀTUS, us, m. Labor. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 13. Non minore laboratu. Cf. *Cang.*

LABRĀTUM, i, n. *Gloss. Philox.* Labratum, ἀσπαστικὸν βασιλέως. Labratum, φίλημα βασιλικόν. (De osculis dictum videtur quibus principum imagines adorabant. Cf. *Cang.*)

LABRĀTUS, a, um, adj. Magna labra habens. *Char.* p. 78. Unde chilones improbius labrati.

LABRŌSUS, a, um, adj. Qui labra habet prominentia. *Gloss. Cyril.* Πρόχειλος, labrosus. *Thom.* p. 329. Labrosus, grandia habens labra. — Vocis proprius sensus omittebatur.

LĂCĔRĀTRIX, icis, f. Quæ lacerat (translate). *Edict. Diocl.*, *Præf.* Laceratrices centesimæ. Cf. *Cang.*

LACERDUS, i, m. INGUINARIUS.

LĂCĔRUS, a, um, adj. Lacer. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 116. Suppliciis lacerus, flagris datus, urbe repulsus. *Ibid. sub. f.* Mente hebes, ore putris, lacerus pede, mente refrictus. *Onomast. lat. gr.* Lacer, Lacerus, διερῥωγώς. *Charis.* p. 109. Lacer an Lacerus? ut Puer, Tener. (Sic manifesto emendandum, pro vulgata *an laceris*. Erravit librarius ob lemma præcedens : *Later an lateris*.) Cf. *Cang.* — Sic *Prosper* et *prosperus*, *Conger* et *congrus*. Nihilominus nominativum *Lacer* cum *Charisio* probare debemus.

LACRĬMĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 17. In Hieremiæ Threnis lacrimabilior series sub hac littera est. *Salv. Gub. D.* 6. Quid lacrimabilius hac stultitia?

LACRĬMANDUS, a, um, part. fut. Lacrimabilis. *Stat. Theb.* 9, 99. Ne non mœrentibus Argos Exsequiis lacrimandus eat. *Id. Silv.* 5, 2, 93.

LACTĬCŬLĀRIUS, adj. Vid. v. seq.

LACTĬCŬLŌSUS, a, um, adj. Qui lacte indiget (scil. de catulis dictum). *Gloss. Cyril.* Λιπογάλακτος, lacticularius, lacticulosus. *Gloss. Philox.* Lactigulosus (*sic*), λιπογάλακτος. *Thom.* p. 329. Lacticulosus, lac desiderans.

LACTĬNEUS, a, um, adj. Lacteus, albus. *Ven. Fort.* 8, 1, 27. Regia lactineo commutans pallia cultu. (*Lactineo pallio* est in *Vit. S. Fulg.* ap. *Cang.* Etiam *Lactinus* apud eumdem.)

LĂCUS, i, m. Lacus (us). *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 359. Fundit et october vina Falerna lacis. (Sic vulgo, defendente *J. Scalig.* Temere *Heins.* substituit *lacu*, probante *Forcell.*) *Cassiod. Var.* 11, 14. Laci purissimi vastitatem. *Ib.* Laci altitudinem. *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 76. Lemanni laci. *Isid. Or.* 13, 19. Est autem in Judæa omnibus lacis salubrior. — Miror equidem veteres grammaticos, et imprimis *Nonium*, non hanc declinationem ex veteri quodam scriptore memorasse; namque *laci* dici debuit ut *soniti*, *tumulti*, etc.

LÆTĂNIA. Vid. LETANIA.

LÆTĬTIES, ei, f. Lætitia. *Gramm.* ap. *Mai.* t. V, p. 9. Immo hoc addimus, quod tres vel quatuor declinationes plerisque nominibus eveniant, sicut est Lætitia, Lætities, Lætamen.

LĂGĒNĀRIS, e, adj. *Auct. Lim.* in *Grom. vet.* p. 344. Terminus lagenaris, vel orcularis, a lagena, vel orcula.

LAMBDA, n., et LAMBDA, æ, f. (λάμβδα). Nomen litteræ apud Græcos. *Auson. Epig.* 128, 8. Cui ipse linguam quum dedit suam, lambda est. *Ter. Maur. Syll.* v. 61. Alpha, iota, lambda, sigma, legem metri cogimur, etc. *Interp. Iren.* 1, 13. *M* littera ex duabus lambdis consistente. (Vulgo *duobus*. Sed vid. DELTA. Litterarum nomina neutra non declinantur.)

LĀMENTĀBĬLĬTER, adv. Lamentabili modo (gall. *lamentablement*). *Bed. Vit. Cuthb.* c. 20. Unus e duobus (corvis), sparsis lamentabiliter pennis.... veniam precabatur.

LĀMENTĀTOR, oris, m. Qui lamentatur. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3989. Qui sacro tumulo locavit membra dilecti pignoris, lamentator ætatis adultæ. — Unicum exemplum ex *Gloss. Philox.* proferunt.

LĀMENTĀTRIX, icis, f. Quæ lamentatur, præfica. *Vulg. Jerem.* 9, 17. Vocate lamentatrices, et veniant. — *Forcell.* nihil affert nisi versum cum tmesi ex suspecto *Calp. Pisone.*

LĀMENTO, as, are, n. Lamentor. *Diom.* p. 360. Et *Vulg. Matth.* 11, 17. Lamentavimus, et non planxistis. *Ib. Luc.* 7, 32. *Ven. Fort. Vit. S. M.*, *supplem.* 1, 19. Non jam sola suas lamentet Troja ruinas. (*Lamentor* passive usurpatur ab *Apul.* ap. *Forcell.*)

LĀMĬNŌSUS, a, um, adj. Qui laminas habet. *Isid. Or.* 16, 4. Batrachites similis est testæ laminosæ, scissibilis.

LAMIRO, onis, m. (λαμυρός). *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Paris.* Lamiro, blandus. *Gloss. Hildeb.* Lamyro, blandus.

LAMPĂDA, æ, f. Lampas. (Vid. quæ citantur in novissima ed. *Forcell.*) *Ennod. Vit. B. Epiph.* p. 398. Quis quærit noctis lampadam, ubi solis jubar effulgurat? *Id. Vit. B. Anton.* p. 418. Coruscantem germinis sui lampadam transcendit. *Id. ib.* p. 427. Gestorum suorum lampadam. *Eu-*

chor. Hebr. Nom. et *Isid. Or.* 7, 9. Philippus, os lampadarum. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 52. Cum luminibus lampadarum. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 582. Tædæ, lampadæ. Cf. *Cang.* — Hactenus incertum vocabulum, quod impugnant *Bentlejus, Ruhnken.* et alii. Talia vero serioribus scriptoribus placuerunt, ut *Decada, Hebdomada, Lebeta, Phalanga*, etc.

LAMPĒNA, æ, f. *Gloss. Plac.* p. 480. Lampenæ, stellæ sic dictæ. Et *Johan. de Jan.* — Italis *lampana* est lampas.

LAMPIUM, ii, n. Vid. in v. ANALOGIUM.

LAMPO, as, are, n. (λάμπω). Luceo, fulgeo. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 21. Ejus (Hieronymi) quoque ab Oriente lamparet eloquium. *Id. Complex. in Psalm.* 44. Forma ejus decore lactei coloris eluxit, aut flavo crine lampavit. *Id. In Apocal.* 26. Cujus (angeli) claritas in toto orbe lampavit. — Verbum activo sensu est ap. *Cang.*

LANCEĀTUS, a, um, adj. Lancea instructus. *Vulg.* 2. *Reg.* 23, 7. Armabitur ferro et ligno lanceato.

LANGUĬTAS, atis, f. Vid. v. seq.

LANGUĬTŪDO, inis, f. Languor. *Gloss. Cyril.* Ἀσθένεια, ægritudo, ægrimonium, imbecillitas, languitudo, languitas, languor.

LANGUON, onis, adj. m. *Schol. Virg.* ap. *Mai.* t. VII, p. 259. Sive quod languon est juxta dialecticos pedibus infirmus.... Unde et pigros et otio deditos languonas vocarunt.

LĂNIĀMENTUM, i, n. Laniatio. *Aug. Epist.* 2, 26. Quæris utrum nunc corpus Domini ossa et sanguinem habeat aut reliqua carnis laniamenta. *Id. ibid.* Ac per hoc etiam valet membra mortalia, laniamentis manentibus, firmare.

LĀNĬLŌTOR, oris, m. Qui lanam lavat. *Gloss. Paris.* Lanilotor, lanilavius (male lamilabius). *Gloss. Cyril.* Ἐριοπλύτης, lanilotor (male lanitor).

LĂNIUM, ii, n. Laniena. *Onomast. lat. gr.* Lanium, κρεωπώλιον. — Non huc referam locum *Phædri*, 3, 4 (*Pendere ad lanium*), ubi *ad lanium* de homine dicitur. Sed evidenter *Lanium* prima figura est deminutivi *Laniolum*.

LANNA, æ, f. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 105. Lanna, λοβὸς ὠτίου. *Gloss. Cyril.* Λοβὸς ὠτίου, lanna (male lamna).

LĂPĪDĀRIS, e, adj. Lapideus. *Inscr. Orell.* t. II, p. 271. Gallicles et Galliole (*sic*) filius terminos lapidares de officina Pandionis, etc.

LĂPISCŬLUS, i, m. Lapillus. *Alcim. Avit. Ep.* 78. Quibus lapisculus, ob hoc ipsum quæsitus, oblongus scilicet, et acutis capitibus formatus, indetur. *Marc. Emp.* 8, 2. Hirundinis ventriculo scisso, albi ac nigri lapisculi inveniuntur.

LĂPISTRUS, i, m. *Isid. Or.* 17, 10. Lapistrus, lapathium. (Locus satis incertus. Ed. *Lindem.* habet *Lapisthus.*)

LAPSĀBUNDUS, a, um, adj. Lapsans. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, 4. Undante lapsabundi corporis motu. Cf. *Cang.*—*Forcell.* unicum affert *Senecæ* exemplum, quod rejicit.

LAPSĀTUS, a, um, part. *Tertul. Carm. ad Senat. de Isiacis.* Lapsatosque tenent extento poplite lumbos. — An *laxatos?*

LARGIUSCŬLĒ, adv. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 531. Largiuscule, largius.

LARVĀTIO, onis, f. Epilepsia. *Isid. Or.* 4, 7, 6. Eadem (passio) et larvatio, et morbus comitialis, etc.

LARVEUS, a, um, adj. Insidiosus. *Ven. Fort.* 5, 6, 12. Serpens elatus, zelator, larveus hostis (scil. de diabolo).

LASCĪVANS, tis, part. Lasciviens. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 446. Cedat Cecropii lascivans bucula fabri.

LASCIVIŌSUS, a, um, adj. Luxurians, nimius. *Isid. Or.* 6, 8. Panegyricum est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum. || Lascivus. *Gloss. vet. S. Genov.* Petulans, improbus, lasciviosus. *Ibid.* Petulans, libidinosus, lasciviosus. *Thom.* p. 322. Lasciviosus, id est luxuriosus.

LĂSĔRĀTUS, a, um, adj. Lasere conditus. *Plin. Valer.* 1, 21. Cinis cum aceto laserato mixtus. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 119. Tali tempore utere calidis et laseratis cibis.

LĂSIT, n. ind. Laser. *Isid. Or.* 17, 9. Cujus succus dictus primum lasit.

LĂTEBRO, as, are, n. Latibulo, latebras

quæro. *Onomast. lat. gr.* Latebro, bras, ἐμφωλεύω. Cf. *Cang.*

LĂTEBRŌSUS, a, um, adj. Latens, abditus. *Sen. tr. Œd.* 152. Perdidit pestem latebrosa serpens. (Notissimi verbi ignotus sensus.)

LĂTĔRĀLĬTER, adv. Laterum respectu. *Boet. Geom.* 2, p. 1529. Quamvis enim aut angulariter aut lateraliter a supradictis parallelogrammis dissideant. *Ibid.* 1530 et 1531. Cf. *Cang.*

LĂTĔRO, as, are, a. *Prisc.* p. 1258. Latero, latus, lateris; operor, opus, operis. — Exempla desunt, nec obvius sensus est.

LĂTIĀTIM, adv. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 329. Laciatim (*sic*), latine, lacialiter.

LĂTĪNĬGĔNA, æ, m. Qui ex Latio est. *Prisc.* p. 1285. Latinigena, quomodo Trojugena, Grajugena.

LĀTIO, onis, f. Portatio. *Boet. Arist. Topic.* 4, 2, p. 688. Pæne enim in iis, quæ involuntarie locum ex loco permutant, dicitur latio. (*Ibid.* sæpius.) *Id.* p. 709. Solis latio est super terram (scil. iter, cursus). — Proprium sensum omittunt Lexica.

LĀTŎMUS, i, m. (λατόμος). Lapicida. *Hier. Ep. critic.* t. II, p. 610, *Ad Dardanum.* Et ipsum templum septuaginta millium latomorum. *Vulg.* 3. *Reg.* 5, 15. Octoginta millia latomorum in monte. *Eucher. Exposit. divers. Rer.* p. 287. Latomi, lapidum cæsores. *Gloss. Paris.* Latomorum, qui lapides cædunt (male cæderunt). *Thom.* p. 326. Lapidum cæsor, qui et lapidicida et latomus (male latomius) dicitur.

LATRĀBĬLIS, e, adj. Qui latrat. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 52. Ut si quis dicat: Nomen canis plura significat, et hunc latrabilem quadrupedemque, et cœleste sidus, etc. *Id.* p. 871. Latrabile animal. *Id.* passim. — Dictionem exhibet *Forcell.*, non primum sensum.

LATRĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui latrat. *Isid. Or.* 19, 23. Horrent et male tecti cum latratoriis linguis Scotti. (Vulgo *latratoribus.* Illud ipse conjeceram. Nunc vero certissima lectio est, quum eam exhibeat ed. *Lindem.* ex uno cod. *Guelph.* 1.)

LATRIA, æ, f. (λατρεία). Cultus Dei, adoratio. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 38. Divitiis aut deliciis temporalibus quosdam latriam exhibere. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 531. Latria (vel Latriam : male Latrium), servitium. *Thom.* p. 328. Latria, deitas (corrupte). *Johan. de Jan.* Latria est servitus quæ uni Deo debet exhiberi et exhibetur. Cf. *Cang.*

LĀTRIX, icis, f. Portatrix. *S. Greg. Ep.* 1, 63. Eamdem domum præsentium latrici Theodoræ restituas. *Id. ib.* 2, 41, *Ind.* 11; 6, 41; 7, 23, *Ind.* 2, et sæpius.

LAUDĀTŌRIUM, ii, n. Laudes. *Hier.* t. II, *part. alt.* p. 544, *Dardano.* Græce psalterium, latine vero laudatorium dicitur.

LAUDEA, æ, f. Priscum nomen lauri arboris. *Isid. Or.* 17, 7, 2.

LAURA, æ, f. (λαύρα). Via, vicus. *Arnob. Adv. Gent.* 3, p. 124. Ex eo quod Græci vicos cognominant lauras. — Cf. *Cang.*, qui græcam interpretationem laudat δημοσίαν ὁδόν. Alias *Laura* est monasterium.

LAUREO, as, are, a. Laurea insignio. *Onomast. lat. gr.* Laureo, as, δαφνιόω. *Gloss. arab. lat.* Laureo, corono. *Thom.* p. 329. Laureare, coronare. — Verbum exhibet *Forcell.*, laudatis præter morem recentioribus auctoribus. Cf. *Cang.*

LAURIO, onis, m. *Plin. Valer.* 1, 33. Serpyllum item herbam, quæ gallice laurio dicitur, jejunus diu commanduces.

LAURO, as. Vid. v. seq.

LAUSO, as, are, a. Lavo. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 566. Lausantes, lavantes. (*Gloss. Vat.* t. VI, p. 531, habet *Laurantes.*) Cf. *Cang.*

LĂVĀTUS, a, um, part. *Arat.* 2, 780. Fonte lavatæ, Ad vitam gradiuntur oves. *Plaut. Pœnul.* 1, 2, 22. Nam quæ lavata est. (Alii, *elauta.*) *Prisc.* p. 920. Secundum Terentium *lavatus* et *lavaturus* debet proferri, qui supinum *lavatum* protulit in Eunucho. *Id.* p. 851 et 864, *lavatum* (supin.). *Gloss. Paris.* Lotus, lavatus, ablutus. *Gloss. vet. S. Genov.* Lotus, et lavatus et honestus intelligitur. *Ov. Fast.* 3, 12. Sacra lavaturas mane petebat aquas. — *Forcell.* exhibet v. *Lavatus*, sed exempla profert de quibus dubitat.

LĂVERNA, æ, f. Lavernio, fur. *Aus. Epist.* 4, 103. Hic est ille Theon, poeta falsus, Bonorum mala carminum laverna. (Hoc *Forcell.* laudat, cum var. lect. *taberna*, quam in ed. *Bip.* video.) *Gloss. Isid.* La-

berna, ferramentum latronum vel grassatorum vel furum. Laberna, gladiator. Laberna, latro, aut qui filios alienos seducit. *Gloss. Paris.* Laberna, ferramenta latronum, gladiator, vel dea furum, vel qui filios alienos seducit. *Gloss. vet. S. Genov.* Laverna (male Kaberna), gladiator sive fur. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 530. Laberna, latro, aut qui filios alienos seducit, aut ferramenta latronum. *Gloss. Hildeb.* Laberna, ferramenta latronum. Labernas, qui filios alienos seducit. Laverna, dea furum. (Ubi vid. Not.) — Ex his apparet *lavernam* dici pro fure; quod ad Theonem plagiarium convenit.

LAXĀMEN, inis, n. *Gloss. Isid.* et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 329. Laxamina, habenæ.

LEÆNUS, a, um, adj. (λειαίνω). Lævis, depilatus. *Gell.* 16, 8. Atque item Laberius.... appellat hominem leænum pro lævi. (Alii aliter.)

LĔBĒTA, æ, f. Lebes. *Gloss. Plac.* p. 481. Lebeta, olla, generis feminini. *Eucher. De Exposit. divers. Rer.* p. 287. Lebetæ, ahenei minores, in usum coquendi parati. In Paralipomen. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis et cacabis et ollis. (In editis *Vulgatæ* legitur *in lebetibus;* sed illud verum judico.)

LĔCĀCĬTAS vel LECCĀCĬTAS, atis, f. Gula, helluatio. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Lenocinium, lecacitas. Et *Johan. de Jan.* Vid. v. seq.

LĔCĀCĬTER, adv. Gulose. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 324. Lenocinari, lecaciter vivere.

LĔCĀTOR vel LECCĀTOR, oris, m. Helluo. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Lecator, gulosus. *Thom.* p. 324. Lurco, vorator, lecator. *Id.* p. 262, et 324, et passim. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.* (Apud Gallos exstat prisca vox *léchéor*, *lécheur*, *licheur*, *lichou*, eodem sensu. Legitur in poemate cui nomen *Gérard de Viane*, p. 87. *Ne vos movez*, léchéor, *pautonnier!*)

LECTĪCĀLIS, is, m. *Gloss. Paris.* Lecticales, qui lectos faciunt. *Gloss. Isid.* Lecticalis, qui lectulos facit. (Sic etiam *Gloss. Vat.* t. VI, p. 531, nisi quod habet *Lecticulis.*)

LECTĪCĀRIUS faber, m. Qui lecticas facit. *Inscr. Orel.* t. II, p. 252. L. Amphio, faber lecticarius. — Qui sensus in Lexicis desideratur.

LECTISTERNIUM, ii, n. Stragulæ vestes quibus lecti instruuntur (gall. *garniture de lit, literie*). *S. Greg. Ep.* 6, 23. Ancillis Dei.... lectisternia emere disposui, quia in lectis suis gravi nuditate in hujus hiemis vehementissimo frigore laborant. *Ibid.* 12, 16. Cognovimus lectos vel lectisternia in gerontocomio deesse. *Ib.* 11, 20. *Thom.* p. 324. Lectisternium, stratio. *Johan. de Jan.* Lectisternium, lectus stratus et præparatus. Cf. *Cang.*, qui, ex laudatis pluribus exemplis, exponit: « Lecti apparatus et instrumentum, vel lectus ipse. » (Interpres est *S. Greg. Ep.* 10, 12, quum ait *lectum stratum unum.*) — Quem sensum omittit *Forcell.*

LECTO, as, are, a. Freq. a v. Lego, is. *Char.* p. 142; *Mar. Vict.* p. 2472. Verbum etiam exhibet *Johan. de Janua.* — Quod et asserendum *Horatio, Sat.* 1, 6, 122, Aut ego lecto, Aut scripto. De quo dubitat *Forcell.*, post *Bentl.* Verbum etiam rejicit *Orel.* Vid. inf. v. SCRIPTO.

LECTRUM, i, n. Vid. ANALOGIUM.

LECTUS, us, m. Lectio (ἡ ἀνάγνωσις). *Prisc.* p. 1221. — Quem sensum *Forcell.* ignorat.

LĒCȲTHUS, i, m. (λήκυθος). Ampulla. *Vulg.* 3. *Reg.* 17, 12. Et paulum olei in lecytho. (*Ibid.* ter occurrit.) *Gloss. vet. S. Genov.* Lechitus (*sic*), ampulla olearia. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 402. Orca, urceus, urceolus, seria, fidelia, obba, lecythus, omnia ista dicuntur pro parvis vasculis.—*Forcell.*, omisso vocabulo, citat, in v. *Lecythinus*, ex *Gloss. Isid.* « Lecythus, ampulla olearia. » Quod ibi non reperio.

LEDO, onis, m. Maris æstus lenior (ex v. saxon. *leid*, lenis). *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 378. Sunt æstuationes majores et minores, scilicet malinæ et ledones. Ledones a quinta luna, similiter a vigesima incipiunt, etc. *Id. De Tempor. Rat.* t. II, p. 117. Et crescentes quidem malinas, decrescentes autem placuit appellare ledones. *Ibid.* non semel. (Vid. in v. MALINA.) *Gloss. Isid.* Ledo, maris æstuatio. *Thom.* p. 326. Ledo, maris exæstuatio. Cf. *Cang.*, qui de hoc

fusius agit. (Ledonem Galli nunc vocant *morte-eau.*)

LĒGĀTA, æ, f. Quæ legatione fungitur. *Cic. ad Attic.* 14, 19. Cærellia missa est legata ad me.

LĒGĬFER, era, erum, adj. Qui leges fert. *Inscript. chrétiennes de la Gaule*, t. I, p. 51. Milite legiferum moderatus corde tribunal.

LĒGISDĂTIO, onis, f. Legislatio. *Interp. Iren.* 4, 22. Major est igitur legisdatio quæ in libertatem quam quæ data est in servitutem.

LĒGISLĀTIO, onis, f. *Vulg. Ep. ad Rom.* 9, 4. Testamentum, et legislatio, et obsequium. *Hier.* 14, *In Isai*, 53, 9. Testamentum, et legislatio, et prophetæ. (Gall. *législation.*)

LĒGUMLĀTIO, onis, f. *Arn. Adv. Gent.* 6, p. 210. Quod si metus aliquos infligerent simulacra mortalibus, legumlatio cessaret. — Alii scribunt divisim. Sed placet *legumlatio* ut *legislatio*.

LENDĬCŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 327. Lendicosus, lendibus plenus.

LĒNICRĔPĬTANS, tis, adj. *Gloss. Paris.* Lenicrepitans, leniter sonans.

LĒNO, as, are, a. Corrumpo, prostituo. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 6, 231. Socius filiam suam lenat. — Verbum non active usurpatur ap. *Forcell.*

LENTĬGRĂDUS, a, um, adj. Qui lente graditur. *Tert. Carm. Genes.* 1008. Sed quia lentigrado serpebant agmine fetæ.

LENTŬLIZO, as, are, n. Lentulum imitor. *Consent.* p. 2063.

LĔPĬDA herba, f. Quoddam herbæ genus. *Isid. Or.* 4, 8, 11.

LĔPŎRĪNA, æ, f. Leporina caro. *Gloss. Cyril.* Λαγεῖον κρέας, leporina.

LEPTŎLŎGIA, æ, f. (λεπτολογία). Minutarum rerum narratio. *Aquil. Fig. Sent.* p. 16. Leptologia.... Quas (res orator) ita persecutus est ut etiam minima quæque demonstraret.

LEPTYNIS, idis vel is, f. (Λεπτυνίς). Proserpinæ nomen. *Inscr.* ap. *Fabret.* p. 330. Tota garrula (de luscinia), tota festiva, latitas modo inter pulla Leptynis loculamenta.

LĒRIÆ, arum, f. pl. (λῆρος, λήρημα). *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 99. Hæ leriæ, φλυαρίαι.

LESBIUS lapis, m. Marmoris genus. *Isid. Or.* 16, 5, 13.

LĔTĂNIA, æ, f. Litania. *S. Greg. Ep.* 2, 54, *Indict.* 11. In letaniis solennibus. *Bed. De sex Ætat. Mundi*, t. II, p. 193. Agentibus lætanias (*sic*) crebras civibus. *Thom.* p. 323; *Johan. de Jan.*

LĒTHARGUS, a, um, adj. Lethargicus. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 9. Multa adhibenda sunt lethargis, quæ phreneticis sunt ordinata. *Ibid.* Miseriores igitur lethargis phrenetici judicandi. *Id. Acut.* 2, 1, 6, et passim.

LEUCŎPORPHY̆RUS, a, um, adj. (λευκοπόρφυρος, ut conjicere licet). Qui colore est albo et purpureo. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil. Diplom.* p. 462. Vela tramoserica leucoporphyra II.

LEUCŎRHŎDĪNUS, a, um, adj. (λευκορόδινος, a v. λευκόροδον). Qui est colore albo et roseo. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Vela tramoserica leucorhodina II. *Ibid.* iterum.

LEUDES, m. pl. Vassalli nobiliores (gall. *leudes*). *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 23. A leudibus suis defensatus est. Cf. *Cang.*

LEUDUS, i, m. Germanorum cantilena. *Ven. Fort.* 7, 8, 69. Nos tibi versiculos, dent barbara carmina leudos. *Id.* sup. in v. BOMBICO.

LEUNCŬLUS, i, m. Scymnus leonis. *Vulg.* 3. *Reg.* 10, 20. Duodecim leunculi stantes super sex gradus. (Septies in *Vulg.* legitur.) *Johan. de Jan.* Leunculus (male Lenunculus), diminutivum, parvus leo. — Vocabulo nulla apud *Forcell.* auctoritas, nisi *Not. Tir.*

LEUVA vel LEWA, æ, f. Leuca (gall. *lieue*). *Bed. De Numer.* t. I, p. 163. Mille passus, id est milliarium et dimidium, leuvam faciunt. *Isid.* in *Grom. Vet.* p. 370. Mensuras viarum nos miliaria dicimus, Græci stadia, Galli lewas.... Lewa finitur passibus mille D. (Vulgo edd. *Isid. Or.* 15, 16, habent *leucas* vel *leugas*; sed in posteriore loco vetus quidam codex exhibet *leuva.*) Cf. *Cang.* in v. LEUA.

LĔVĀTĒ, adv. Sublevando. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Paulo levatius capite collocato.

LĔVĀTOR, oris, m. Qui levat. *Epitom. Iliad.* 121. Ad quem sic loquitur curarum operumque levator. — Hunc sensum ignorat *Forcell.*, et de verbo ipso dubitat. Quod est ap. *Cang.*

LĔVĬGO, as, are, a. Levo, sublevo. *S. Greg. Ep.* 7, 76, *Ind.* 2. Ipsum levigantes pondus sollicitudinis. (Mox sequitur : Ut levationem aliquam habeat.) *Supplem. ad Vit. S. Medard.* ap. *Cang.* Extollunt super ulnas beatissimi funeris sarcinam adeo levigatam ut putares pro æris gravedine stipulæ accessisse levitatem. — Non probandus *Cang.* qui verbum in eodem lemmate exponit atque *Lævigare* vel *Levigare.* Hæc enim quantitate differunt, et seorsim tractanda.

LĪBĀTŌRIUM, ii, n. Vas quo libatur. *Vulg.* 1. *Macch.* 1, 23. Antiochus accepit et libatoria, et phialas. Cf. *Cang.* || Locus ubi sacrificatur. *Thom.* p. 326; *Johan. de Janua.*

LĪBELLĀRIUS, a, um, adj. Qui in libello scribitur. *Cassiod. Var.* 5, 7. Prædia honesto viro Thomati libellario titulo commisisse.

LĪBELLĀTĬCUM, i, n. Pensio quæ pro libellariis prædiis quotannis exsolvitur, ut *Cang.* exponit. *S. Greg. Ep.* 1, 42. Sed et ipsa libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur.

LĪBĔRĀTRIX, icis, f. Quæ liberat (gall. *libératrice*). *Prosp. Epist. ad Rufin. De lib. Arbit.* Liberatrix regeneratio in ipso exhalandi spiritus fine sanctificet. *Cassiod. De Anim.* 10. Ad liberatricem pœnitudinem trahit. — Vocem *Forcell.* omiserat; unum exemplum addidit *Furlan.* ex nummo.

LĬBĬTUS, us, m. Libitum. *Alcim. Avit. Carm.* 3, 142. Et curvata caput libitus assuesce viriles.

LĪBRILLA, æ, f. *Fest.* Librilla appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta. (Sic *Dacer.*, qui tamen suffragatur *Jos. Scaligero*, legenti *librilia.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 326. Librilla, baculus cum corrigia. *Johan. de Jan.* Librilla. A libra dicitur hæc Librilla, æ : baculus cum corrigia plumbata ad librandum carnes (*sic*). Et Librilla dicitur instrumentum librandi, id est percutiendi lapides in castra.

LICINUS, i, m. (Hanc vocem frustra proferunt ex *Gloss. Isid.* « Licini, candelæ, lucernæ vel cicindilia. » Quod emendandum ex vetustissimo nostro *Glossar. Paris.* Lychni, candelæ, lucernæ, cicendilæ. Etiam *Gloss. Vet. S. Genov.* Licni, candele, lucerne, accendalia.)

LĪENTĔRIA, æ, f. (λειεντερία). Intestinorum lævitas. *Theod. Prisc.* 2, 2. Lienteria si obvenerit. *Isid. Or.* 4, 7, 37. Cf. *Cang.*

LĪGNĀMEN, inis, n. Lignorum strues. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 228. Terræ situm fertilem, fecundum; ignis ad usum lignamen. Cf. *Cang.*

LIGNĀRIUM, ii, n. Locus ubi ligna asservantur (*bûcher*). *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 24. Sumpsit de lignario suo senex virgultum. *Gloss. Cyril.* Ξυλόβολον, ἤγουν Ξυλοθήκη, lignaria cella, lignarium. Cf. *Cang.*

LIGNĪLE, is, n. Locus ubi ligna colliguntur. *Onomast. lat. gr.* Lignile, ξυλών.

LĬGŬRITIUM, n. Vid. v. seq.

LĬGŬRIUM, ii, m. Genus oleris. *Isid. Or.* 17, 11. Ligurium a regione nomen accepit: nascitur enim plurimum in Liguria, odore aromatico et gustu acri. (Sed in scriptura est magna varietas : *liguritium, ligusicium, ligustinum.*)

LĬGŪRIUS, ii, m. Lapis, qui idem esse videtur ac Lyncurius. *Vulg. Exod.* 28, 19. In tertio ligurius, achates et amethystus. *Hier. Epist. ad Fabiol. De Vestitu Sacerd.* Satisque miror cur hyacinthus, pretiosissimus lapis, horum numero non ponatur; nisi forte ipse est alio nomine ligurius. *Isid. Or.* 12, 2, 20 (ubi vocem a lynce deducit). *Ib.* 14, 4, 19. Gignit gemmas, syrtiten, ligurium et corallium. *Id.* 16, 8, 8. — Non dubitandum quin vox *ligurius* vel *lingurius* corrupte in usu fuerit.

LĬGŬSICIUM. Vid. LIGURIUM.

LĪLIĀCEUS, a, um, adj. E liliis confectus. *Th. Prisc.* 4, 1. Bulbum liliaceum coques ex aqua. — Exemplum quod *Forcell.* citat ex *Palladio*, in lemmate est; unde suspectum habere possis. (Gall. *liliacée.*)

LĪMĀTIO, onis, f. Imminutio, tabes. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 11. Videmus ob has causas studentium corpora fieri tenuiora, lima-

tione quadam, jugi cogitatione atque disputatione.

LĪMĀTŪRA, æ, f. Ferri scobis (*limaille*). *S. Greg. Ep.* 3, 30. Si tamen hanc (partem catenæ) tollere limando prævaluero.... Ut parum quid ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 573. Peripsema, rasura aut limatura cujuscumque rei. *Onomast. gr. lat.* Limatura, ῥίνημα.

LĪMĒ, adv. Oblique. *Gloss. Cyril.* Λοξῶς, lime.

LIMENSIS, e, adj. *Isid. Or.* 16, 5. Est et limensis τέφρια appellatus a colore cineris, cujus alligatio contra serpentes laudatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 328. Limensis, quoddam genus marmoris. — In loco *Isidori* vulgo est *limensis*. Duo libri habent *liniensis*. Ed. *Lindem.* post *Areval.* Lunensis, ex *Plin. H. N.* 36, 7, Luneuse marmor. Etiam *Maius* ad *Thom.* conj. *Lunensis;* quod simile veri est.

LĪMĬTĀNUS, a, um, adj. Limitaneus. *Prisc.* p. 593. Limes, limitis, limitanus.

LIMPĬDĒ, adv. Clare (translate). *Commod.* 76, 16. Limpide respondes. — Solum comparativum video ap. *Forcell.*

LIMPĬDĬTAS, atis, f. Perspicuitas (gall. *limpidité*). *Th. Prisc.* 4, 1. Ladanum in vino vetere infusum.... simul conteris usque ad limpiditatem. *Ibid.* Et teris usque ad summam limpiditatem. *Jornand. De Reb. Getic.* 16. Flumen quod nimiæ limpiditatis est.

LINCTIO, onis, f. Linctus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 327. Ligurrimen, linctio.

LĪNEĀRĬTER, adv. Per lineas. *Boet. Music.* 3, 9, p. 1424. Id autem lineariter fiat. — Sic legitur in margine; in contextu *linealiter*. Illi autem scripturæ favet adjectivum *linearis*, quod Noster usurpat, p. 1328.

LĪNEĀTIM, adv. Per lineas. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 299. Sicut pictores solent designare lineatim corpus. Cf. *Cang.*

LĪNEĀTUS, a, um, adj. Qui lineas habet. *Isid. Or.* 12, 4. Albis maculis lineatus (basiliscus). *Ib.* 16, 12. Aliæ (gemmæ) longis colorum ductibus lineatæ. — Nihil ad hunc sensum proficit verbi *Lineo* participium.

LINGUĀTIO, onis, f. Linguæ amputatio. *Gloss. Cyril.* Γλωσσοτομία, linguatio. (An *elinguatio?*)

LINGUAX, acis, adj. *Gloss. Paris.* Linguax, copiosus linguæ. *Onomast. lat. gr.* Linguax, λάλος, ἀθυρόγλωττος. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 325. Linguatus, loquax, verbosior.... linguax, etc. — *Forcell.* quidem *Gellium* laudat, sed variæ lectioni favet (*lingulacas*).

LĪNĬFĬCIUM, ii, n. Lini labor. *Varr.* ap. *Non.* p. 180. Levis tippula linificii frigidos transit lacus. (Quæ lectio valde dubia. *Linifici* ante *Mercer.*, sed hic editor et *Gerlach.* ex codd. *limfon.*) *Notit. Imper. Occid.* Procurator linificii Ravennatium. Et *Polyptych. Irmin.* ap. *Cang.*

LĬNĪTIO, onis, f. Unctio. *Vulg. Eccli.* 38, 24. Cor suum dabit ut consummet linitionem.

LINNA, æ, f. Vestis Gallicæ genus. *Isid. Or.* 19, 23. Quibusdam nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sarabaræ, Gallis linnæ, Germanis renones.... Linnæ saga quadra et mollia sunt. De quibus Plautus : Linnæ cooperta est textrino Gallia. (Sic vulg. Alii *lenæ*, non bene, quum hæc vox latina sit, et ipsæ *lenæ* paulo infr. describantur.) *Thom.* p. 328. Linna, sagum quadrum. *Johan. de Jan.* Linna, id est sagum quadratum et molle : et est Gallorum. (Sed *Gloss. Isid.* « Luma, sagum quadrum. » Quod defendit *Salmas.*)

LĪRO, as, are, a. (lira). Aro. *Gloss. Paris.*, *Gloss. Hildeb.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 532. Lirantes, arantes.

LĪTĀTOR, oris, m. Sacrificator. *Bed. In Act. Apost.* « Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. » Litator autem sacrificator est. — Hæc Beda : qui versionem sequitur non *Vulgatam*. Credo locum innui qui est in *Ep.* 1. *Johan.* 4, 10. Misit filium suum propitiationem pro peccatis.

LĪTHARGȲRĪNUS, a, um, adj. (λιθαργύρινος). Qui ex lithargyro constat. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 1, p. 733. Illa non sunt quidem, apparent autem secundum sensum, ut lithargyrina, et stannea, argentea, etc.

LĪTHOSTRĂCOS, i, m. Ostrea (quæ in petris capitur). *Ambr. Hexaem.* 5, 2. Sepias, polypos, lithostracos, cancros. — Græ-

cum nomen in Lexicis non video, ubi legitur vox affinis λιθόστρεα. A Latinis pisces quidam vocantur *saxatiles*.

LĪTĬGER, era, erum, adj. Ad lites pertinens. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 632. Non ego litigeros cupio cognoscere fasces.

LITTĔRO, as, are, a. Prima elementa alicui trado. *Gloss. Cyril.* Στοιχειῶ, littero.

LĬTUA, æ, f. Lituus. *Gloss. Placid.* p. 479. Litua, virga incurva, generis feminini.

LĪVĒDO vel LĪVĪDO, inis, f. *Append.* ad *Prob.* in *Analect. gramm.* p. 448. Inter *libidinem* et *lividinem* hoc interest, quod *libidinem* qualitatem animi significat, at vero *lividinem* livorem corporis esse demonstrat. Cf. *Cang.*—Vox dubia ap. *Forcell.*

LĪVENTIA, æ, f. Livor, invidia. *Gloss. Plac.* p. 480. Liventia, nomen factum ab eo quod dicitur Livet. Cf. *Cang.*

LĪVĪDO, f. Vid. LIVEDO.

LĪVISCOR, eris, i, d. *Cassiod. Orthog.* 10. Livisci est oblivisci, et Livitus, quod nos hodie per elisionem, oblitus.

LŎCŬPLĒTĀTIO, onis, f. Partæ divitiæ. *Vulg. Judith,* 2, 16. Et prædavit omnem locupletationem eorum.

LŎCŬPLĒTUS, a, um, adj. Locuples. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 379. Dives agris, opulens famulis, locupletus acervis.

LŎGAŒDĬCUM metrum, n. (λογαοιδικός). De hoc *Mar. Vict.* p. 2560; *Plot.* p. 2662; *Atil. Fort.* p. 2697.

LŎGĬCĒ, adv. Dialectice (gall. *logiquement*). *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 18, p. 538. Duorum terminorum infinita esse interius media.... monstratum est logice prius; analytice vero nunc. *Id.* p. 536 et 537 et 543.

LŎGION, ii, n. (λόγιον). Pars vestimenti. *Eucher. De Vestib.* p. 291. Logion, quod est rationale, pannus exiguus ex gemmis, auro coloribusque variis, qui superhumerali contra pectus pontificis adnectebatur. *Isid. Or.* 19, 21, et *Gloss. Paris.*

LŎGISTĬCUS, a, um, adj. Ad calculandi artem pertinens. *Cassiod. Var.* 3, 52. Rationem ipsius disciplinæ (geometriæ) et in medicinam et ad artem logisticam aptam esse docuerunt (Chaldæi).

LŌMENTO, as, are, a. Lomento abluo. *Gloss. Cyril.* Σμήχω, lomento.

LONGÆVĪTO, as, are, a. Frequent. a v. Longævare. *Alc. Avit. Ep.* 50. Præsentiam vestram succedentium annorum numerositate Divinitas propitiata longævitet.

LONGÆVO, as, are, a. Longam ætatem tribuo. *Ven. Fort. Vit. S. Medardi,* 13. Hujus ergo (Dei) piam majestatem exoremus ut Theodeberti, regis nostri, felicitatem.... pro sua pietate longævet. Cf. *Cang.*

LONGĂNĬMIS, e, adj. Qui fert patienter. *Vulg. Psalm.* 102, 8. Dominus longanimis et multum misericors. *Ib.* 2. *Esdr.* 9, 17. *Gloss. Philox.* Longanimis, μακρόθυμος. Cf. *Cang.*

LONGĂNĬMĬTAS, atis, f. Patientia (gall. *longanimité*). *Vulg.* 2. *Petr.* 3, 15. Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini. *Ibid.* sæpius. *Eucher. In lib. Reg.* 3, 22, p. 128. Longitudo ad patientiam longanimitatis, latitudo ad dilatationem dilectionis. *Bed. Exposit. in Job,* 2, 8. Divitias patientiæ et longanimitatis (Dei). *Gloss. Cyril.* Μακροθυμία, longanimitas.

LONGĂNĬMĬTER, adv. Patienter. *Vulg. Hebr.* 6, 15. Et sic longanimiter ferens. — Obvium exemplum, quod ignoravit etiam *Bailey.*

LONGĬFLUUS, a, um, adj. Qui multis verbis fluit. *Eugen.* 25, 3. Ac ne longifluo grandescat epistola tractu.

LONGĬLĀTĔRUS, a, um, adj. *Boet. Arithm.* 1, 27, p. 1315. Longilateros (numeros) voco quos uno se supergredientes numeri multiplicant. *Id.* p. 1546. Cf. *Cang.*

LONGĬTURNĬTAS, atis, f. Longævitas. *Vulg. Baruch,* 3, 14. Disce ubi sit prudentia, ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ. *Pseudo-Cassiod. Amicit.* 59. Et in dextra ejus longiturnitas vitæ.

LONGĬTURNUS, a, um, adj. Longus (de tempore). *Vulg. Baruch,* 4, 35. Ignis enim superveniet ei ab æterno in longiturnis diebus. Cf. *Cang.*

LONGĬVĪVAX, acis, adj. Vivax, vitalis. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 14, 251. Quos (cervos) usque ad nongentos annos vivere dicunt. Longivivax. (Aliquid deesse videtur.)

LONGO, as, are, a. Longum facio. *Ven. Fort.* 7, 12, 70. Tempora longantur, sed breviatur amor. *Onomast. lat. gr.* Longo, as, μακρύνω. Cf. *Cang.* || Removeo. *Arn. In*

Psalm. 87. In sepulchro conditum, a quo longatus est omnis amicus.

LŎQUĀCĬTO, as, are, n. Garrio. *Onomast. lat. gr.* Loquacito, σπερμολογῶ.

LŎQUESCO, is, ere, n. Loquor. *Victorin.* seu *Hilar. Arelat. Macchab.* v. 306. Cui lingua loquescit Dissona per gentes.

LŌRANDEUM, i, n. *Isid. Or.* 17, 7. Rhododendron, quod corrupte vulgo Lorandeum dicitur.

LŌTA, æ, f. Genus piscis (gall. *lotte*). *Gloss. vet. ex Cod. reg.* n. 7613, ap. *Cang.* Squilla, genus piscis delicati : hæc vulgo Lota dicitur.

LŪBRĬCĬTAS, atis, f. Mobilitas. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Et in sola lubricitate manens (cor nostrum), in nulla unquam sui soliditate subsistit. (Exstat apud nos, sed obsceno sensu, v. *lubricité.*) — *Cang.* dat *Lubricamentum*, omittit *Lubricitas.*

LŬCERNĀLIS, e, adj. Ad lucernas pertinens. *Cassian. Cœnob. Instit.* 3, 3. Posthæc nona, ad extremum medicinalis, in qua lucernalis hora signatur. (Alii, *lucernaris.*) *Isid. Or.* 17, 9. Phlomos, quam Latini herbam lucernalem vocant.

LŬCERNĀRIUM, ii, n. Lucerna. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 38. Circa vesperam cum lucernariis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 325. Lucernarium, candelabrum. Cf. *Cang.*

LŪCĬDĀTIO, onis, f. Explanatio. *Cassiod. Instit. Div. Litt.* 28. Æmilianus duodecim libris de hortis vel pecoribus aliisque rebus planissima lucidatione disseruit.

LŪCĬDO, as, are, a. Lucidum facio. *Onomast. lat. gr.* Lucido, λαμπρύνω. || Translate. Dilucido, explano. *Alcim. Avit. Ep.* 1. Lucidandæ fidei exercitio. *Cassiod. Var.* 3, 31. Ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur. *Id. Instit. div. Litt., init.* Hujus principia sanctus Basilius Attico sermone lucidavit. *Thom.* p. 325. Lucidare, elucidare, declarare.

LŪCĬFĔRAX, acis, adj. Qui multam lucem infundit. *Ven. Fort.* 2, 4, 3. Luciferax auras animantes affluit (*sic*) illic.

LŪCĬFĬCO, as, are, a. Lucidum facio. Lucifico, φωτίζω.

LŪCĬGĔNA, æ, m. f. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 567. Lucigena, luce genita.

LŪCĪNANS, tis, part. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 567, et *Gloss. S. German.* Lucinantes, suadentes.

LŪCĪNIUM, ii, n. Lumen. *Isid. Or.* 17, 9. Lucernalis herba, ab eo quod ad lucinium proficiat. (Sic vulgo. Alii *licinia* vel *lacinia. Lindem.* exhibet *lychnia*, ut *Areval.* Nihil autem mutandum.) *Gloss. S. Germ.*, tanquam ex *Isidoro.* Lucinium dictum quod lumen det. Ignis enim græce lumen est. Est autem cicindela lucernæ. *Gloss. vet. S. Genov.* Lucerna a lucinio.

LŪCĬPĔTA, æ, adj. m. f. Qui vel Quæ lucem quærit. *Isid. Or.* 12, 8. Nam musca lucipeta est, et blatta lucifuga est.

LUCRĀTOR, oris, m. Qui lucratur. *Arn. In Psalm.* 88. Et memor esto apostolos, quos continui in sinu meo, lucratores multarum gentium, etc.

LUCRĀTUS, a, um, part. Qui aliquid lucrifecit. *Hor. A. P.* 234. Pythias emuncto lucrata Simone talentum. *Id. Od.* 4, 8, 19. Ejus qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit.

LUCRŌSĒ, adv. Cum lucro. *Cassiod. Var.* 12, 20. Ut lucrose reddita celeriter impetrata videantur. — *Forcell.* vocem exhibet comparativo gradu.

LUCTĀTŌRIUM, ii, n. Locus ubi athletæ exercentur. *Gloss. Hildeb.* Palæstra, luctatorium. *Gloss. arab. lat.* Luctatorium est ubi luctatores meditant (*sic*). — *Cang.* conjicit *peditant* vel *militant.* Frustra : similiter enim *Virg. Æn.* 10, 455, *meditantem in prœlia.*

LUCTĬTOR, aris, ari, d. Freq. a Luctor. *Prisc.* p. 797. — *Forcell.*, qui hoc verbum omisit, melius omisisset vetustum *Luctito*, etsi utrumque notandum.

LŪCUBROS, i, m. vel f. *Isid. Or.* 17, 9. Eadem (herba lucernalis) et Lucubros, quod lucem præbeat umbris. — Vid. v. seq.

LŪCUBRUM, i, n. *Isid. Or.* 20, 10. Lucubrum vocatum quod luceat in umbra : est enim modicus ignis qui solet ex tenui stuppa ceraque formari. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 308 et 325. Lucubrum, modicum lumen.

LŪCŬLENTIUS, adv. compar. *Boet. In Arist. De Interp.* 2, p. 315. Græca vero oratione luculentius dictum est. *Ennod. Dict.* 2, p. 471. Luculentius vero gestarum fidem rerum sermonis pandamus officio.

LŪCŬLENTO, as, are, a. *Gloss. Plac.* p. 478. Luculentasset, luculentum fecisset.

LŪCULLĒUM, n. Genus marmoris a Lucullo dicti. *Plin. H. N.* 36, 2, 2; *Isid. Or.* 16, 5. Et *Gloss. Paris.* Luculleum, genus marmoris albi. Habet etiam *Glossar. S. German.*, tanquam ex *Isidoro.*

LŪDĬMENTUM, i, n. *Gloss. Cyril.* Παίγνιον, lusorium, ludibrium, ludimentum, hic ludus, hic lusus.

LUĒCŬLA, æ, f. *Gloss. Isid.* Luecula, parva lues. Etiam *Thom.* p. 301.

LŪGEOR, eris, eri, d. Lugeo. *Prisc.* p. 1251. Multa similia (verbis *lacrimo* et *lacrimor*) inveniuntur : *Lugeo* et *lugeor*, *ploro* et *ploror.* — Exempla tamen non subjicit.

LUGIO, is, n. Vid. LUPIO.

LŪGIUM, ii, n. Luctus. *Commod.* 29, 18. Lugia sunt semper, nec permoreris in illa.

LŪGUBRIOR, us, adj. compar. *Cassian. Cœnob. Inst.* 12, 26. Quod miserabilem animam ruina lugubriore prosternat.

LŪNĀTIO, onis, f. Mensis lunaris (gall. *lunaison*). *Isid. Or.* 6, 17. Communis annus dicitur qui duodecim tantum lunationes, id est dies CCCLIV habet. *Bed. Rat. Cycl.* t. I, p. 374. Communis annus qui XII lunationes habet. Cf. *Cang.*

LŬPAL, alis, n. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Lupal, lupanar. — Apposite *Hildeb.* comparat *Lupa*, lupal, eum *Minerva*, minerval.

LŬPĀNA, æ, f. Lupa, meretrix. *Commod.* 59, 22. In feminas congruit cultura lupanas. *Gloss. Hildeb.* Lupana, meretrix.

LUPIO, is, ire, n. Clamare ut milvi. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 70. Milvorum (proprietas est) lupire. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 570. Milvi iugunt (seu iugiunt), vel iugilant, vel lupiunt. (Sic enim emendo, quum ibi legatur : Milvi lugiunt, vel vigilant, vel luriunt.) Cf. v. IUGO.

LŪRĬDĀTUS, a, um, adj. Qui est luridi coloris, squalidus. *Tertul. Adv. Marcion.* 4, 8. Qui retro luridati delinquentiæ maculis et nigrati ignorantiæ tenebris. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Dipl.* p. 462. Item alium (mafortem) holosericum luritatum (*sic*).

LUSCIŌSUS. Vid. v. seq.

LUSCĪTIŌSUS, a, um, adj. Qui parum videt (ut vocabuli generalem sensum tantum referam. Ceterum cf. *Forcell.*) *Plaut. Mil.* 2, 3, 49. PAL. Vidisse aibas te osculantem atque amplexantem cum altero. SCEL. Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. PAL. Quid jam? SCEL. Quia luscitiosus. PAL. Verbero! edepol tu quidem Cæcus, non luscitiosus. (Nullum locum novi unde vera vocis scriptio clarius ostendatur. Nota secundam produci : ipse aliter prius senseram cum *Forcell.*) *Isid. Or.* 10, *litt. L.* Luscus, quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus, qui vespere nihil videt. (Sic *Lindem.* Alii *lusciosus.*) *Fulg. De prisco Serm.* p. 562. Luscitiosos dici voluerunt interdiu videntes, quos Græci μύωπας vocant. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 325. Luscitiosus (male Lusticiosus), vespere nihil videns. Luscitio (male Lusticio), oculorum vitium. Luciliosus (*sic*), ex parte nihil videns, quod et luscus dicitur. *Id.* p. 308, fere eadem refert. — Ex his patet adjectivum a nomine *Luscitio, onis*, derivari, quod notum vel ex *Festo* et *Ulp.* Ergo nihili esse duco vocem *Lusciosus*, quæ sæpe reperitur, ut ap. *Plin. H. N.* 23, 63, 7 (ubi ed. Ven. an. 1469, habet *lusicosos*); 28, 47, 3; 29, 38, 5; et ap. *Non.* p. 135. Cf. NUSCITIOSUS.

LŪSĬTĀTIO, onis, f. *Gloss. vet. S. Genov.* Lusitatio, brevis lusus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 532. Lusitatio, ludus brevis. *Gloss. Paris.* Lusitatio, lusus. *Thom.* p. 303. Ludo componitur Lusitatio. — Vocem antea ignotam addiderat *Furlan.* ex solo *Jul. Valer. Alex. Ort.* 37.

LUSTRĀMEN, inis, n. Percursio. *Bed. Comput.* t. I, p. 221. Bino donatus magni lustramine gyri. — Notæ vocis ignotus hic sensus.

LUSTRĀMENTUM, i, n. Purgatio, expiatio. (Cave alterum sensum amplectaris, quem meliorem *Forcell.* asserit, scil. lascivia, libido, quia *lustrum* significat etiam lupanar. Exscribendus locus est : *Mart. Dig.* 48, 8, 2. « Si quis lustramenti causa dederit cantharides. » Quem enucleat *Ovid. Met.* 10, 398. Sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu.) || Purgamenta, sordes. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 8. Tanquam lustramenta hujus mundi facti sumus.

Gloss. Isid. et *Gloss. Pith.* Lustramentum, fœtor, putor, oletum, fœtulentia. Cf. *Cang.*

LUSTRĀTOR, oris, m. Quidam sacerdos (qui lustrat vel expiat). *Schol. Juv.* ad *Sat.* 6, 540. Quum gallus sacerdos ac lustrator accesserit. — Deest sensus in Lexicis.

LȲCĀŎNĬCĒ, adv. More vel lingua Lycaonum. *Vulg. Act. Ap.* 14, 10. Lycaonice dicentes.

LYCHNIA, æ, f. (λυχνία). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 329. Lychnia (male Lychina), candela, cicindela (male cicindelia).

LYCHNIÆ olivæ, f. pl. *Isid. Or.* 17, 7. Lychniæ, eo quod optimum dent lumen. *Gloss. vet. S. Genov.* Lychnie (male *Linnive*) olee, dicte eo quod lumen ministrent.

LȲCUS, i, m. (λύκος). Muræna. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 362.

LȲDIASTÆ, arum, m. pl. Poetæ bucolici ex Lydia. *Diom.* p. 484. Quos Lydiastas et Bucolistas appellaverunt.

LYMPHĀTĬLIS, e, adj. Lymphatus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 134. Dum satiat vindicta famem lymphatilis iræ.

M

MĀCĔRIO, onis, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 348. Macerio, maceriarum instructor. Et *Johan. de Jan.* Cf. MACIO.

MĀCHĬNĀTĪVUS, a, um, adj. Mechanicus. *Boet. Arist. Analyt. pr.* p. 528. Sed demonstratio non convenit in aliud genus aliter quam geometriæ in machinativas aut perspectivas, aut arithmeticæ in harmonicas.

MĀCHIO. Vid. MACIO.

MĂCIA, æ, f. Macies. *Isid. Or.* 10, in v. MACER. — Cf. RABIA.

MĂCĬLENTIOR, us, adj. compar. *Vulg. Dan.* 1, 10. Si viderit vultus vestros macilentiores.

MĀCIO, onis, f. Cæmentarius (gall. *maçon*). *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 567. Machiones (*sic*), constructores parietum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 363. Maciones, maceriarum instructores. *Isid. Or.* 19, 8. Machiones dicti a machinis, in quibus insistunt propter altitudinem parietum. (Vanum sane etymon, quod saltem scribendi modum tunc usitatum ostendit.)

MACREO, es, ere, n. Macer sum. *Onomast. lat. gr.* Macreo, es, λεπτοῦμαι. — *Macresco* a *Macreo*, ut *Macesco* a *Maceo*.

MACRO, as, are, a. Macrum facio. *Onomast. lat. gr.* Macro, as, ἰσχναίνω. — *Ibid.* Maciare exhibetur.

MACRŎLŎGIA, æ, f. (μακρολογία). Pleonasmus. *Isid. Or.* 1, 33; *Pomp. gr.* p. 440.

MĂCŬLĀBĬLIS, e, adj. Qui maculari potest. *Dracont. Hexaem.* 1, 128. Clarus ubique Deus, nunquam maculabilis auctor. — Maculabile, subst., est ap. *Cang.*

MĂDĬDANS, tis, part. Madens, madidus. *Ven. Fort.* 5, *init.* Præstolabar ut epistolæ vestræ magna sive parva nubecula, madidanti vellere bibulus, humectarer. — Quam vocem *Claudiano*, *Rapt. Pros.* 2, 88, *Forcell.* tribuebat : Ille (zephyrus) novo madidantes nectare pennas Concutit. Expungendam autem censet *Bailey* : « Sed vitiosa lectio est, judice *Ruhnkenio*, qui corrigit *madidatas*. » De quo nihil affirmare ausim. Vocabuli autem neutralem sensum nemo non admittet.

MĂDĬDĬTAS, atis, f. Mador. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 363. Mador, madiditas.

Id. p. 55, in v. ALLUVIES. Etiam *Johan. de Jan.*

MÆNĬDIUM, ii, m. (μαινίδιον). Parva mænis. *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 22. Apud quos secta porrorum folia..., olivæ, pisciculi minuti salliti, quos illi mænidia vocant, summa voluptas est.

MĀFORS, MĀVORS vel MĀFORTIS, is, m., et MĀFORTE vel MAVORTE, is, n. Vestis genus quod collo obducebatur, idem ac Ricinium. (Sæpius per *f* scribitur.) *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* (t. IV, p. 33). Ligatum corpus, soccus vilior, et super humeros maforte volitans. *Cassian. Cœnob. Instit.* 1, 7. Angusto palliolo.... colla pariter atque humeros tegunt, quæ mafortes tam nostro quam eorum nuncupantur eloquio. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 9. Quoties, quasi mafortem novum, lineum sabanum vestiebat. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 282. Recinus (*sic*) dicitur quod post tergum rejicitur, quod vulgo mavorte dicitur. *Isid. Or.* 19, 25. Recinium.... quod vulgo mavortem dicunt. *Gloss. Isid.* Mafortes, operimentum (imo *operimenta*, ut infra videre est) capitum mulierum. *Chart. Cornet.* Item mafortem e teleoporphyro. *Gloss. vet. S. Genov.* Maforte aut Mavorte vestimentum est. Mavors, pugnator..... Aliter mavorte operimentum est. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 567. Maforte, matronale operimentum quod in capite imponitur. Alibi per *v* inveni mavortem. *Thom.* p. 366. Mafortes, operimenta capitum mulierum. Cf. *Gloss. Pap.* et *Cang.*

MAGDĂLIŎLUM, i, n. Parvum magdalium. *Alcim. Avit. Ep.* 78. Magdaliola illa, quæ promisistis, posco ut cum observatiotionis breviculo dirigi jubeatis.

MĂGĬCĒ, adv. Artibus magicis. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 171. Potentiam per quam magice ceteris omnibus majora patraret.

MĂGĪRA, æ, f. (μάγειρος, μαγειρική). Videtur esse Liber de re coquinaria. *Cato* ap. *Fronton. ad Antonin.* 2. Statuas positas Ochæ atque Dionysiodoro, qui magiras facerent.

MĂGISTRIĀNUS, a, um, adj. Ad magistrum pertinens. *Fulg. Planc. De Contin. Virg.* p. 759. Elysium ingreditur campum, id est feriatam vitam post magistrianum timorem. *Ibid.* p. 762. Magistriani timoris projecta gravedine (scil. timoris quem magister incutit).

MĂGISTRIĀNUS, i, m. Magister officiorum. *Liberat. Breviar.* p. 17. Scripsit.... per Ebagnium magistrianum. *Ib.* 102. Et direxit per totum Orientem magistrianos. *Ib.* p. 111 et 119. *Gloss. Philox.* Agens in rebus, μαγιστριανός. Cf. *Cang.* v. MAGISTERIANUS.

MAGNĂNĬMIS, e, adj. Magnanimus. *Interp. Iren.* 1, 34. Et magnanimes exstitere. *Claud. Mam. Stat. An.* 1, 20. Nec unquam perexigui corporis hominem magnanimem vere diceremus. Cf. *Cang.*

MAGNĂNĬMĬTER, adv. Cum magnanimitate. *Cassian. Cœnob. Inst.* 7, 31. Illa nulli commotiones novit inferre, hæc vero sibi illatas magnanimiter tolerare. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, *Præf.* Acceptam correptionem magnanimiter ferunt.

MAGNĀTES, um, m. pl. Proceres. *Vulg. Eccli.* 33, 19. Audite me, magnates, et omnes populi. *Ib.* 38, 3. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 360. Magnas, qui major est in populo; qui et Primas. Cf. *Cang.* — *Forcell.* vocabulum scribit ut expungat.

MAGNĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Vulg. Psalm.* 103, 24, et *Ambr. Hexaem.* 6, 4. Quam magnificata sunt opera tua, Domine!

MAGŬLUM, i, n. Gena, bucca. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 2, 16. Peribomius. Nomen archigalli cinædi, quem magulum conspurcatum dicimus. Cf. *Cang.*

MĀJOR domus, et absolute MĀJOR, m. Palatio præpositus (gall. *majordome*). *Alcim. Avit. Ep.* 35. Nempe per majorem domus Tullii.... officia profusissimæ caritatis exsolvi. *Ibid.* Major, quem supra dixi, non potest ignorare. *Cassiod. Var.* 10, 18. His præfecimus majorem domus nostræ Vaccensem. *Ven. Fort. Vit. S. Germ.* 44. Andegisilus, major domus regiæ, occurrit viro. *S. Greg. Ep.* 9, 66. Ut vicedominum sibi ordinet et majorem domus. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 9, 30. Florentianum, majorem domus regiæ. *Thom.* p. 60. Architriclinus (male Architriclinium), domus major. Cf. *Cang.*

MĀJŌRĀTUS, us, m. Dignitas Majoris. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 437. Decurio-

natu.... principatu, consulatu, majoratu, minoratu, primatu, etc. Cf. *Cang.* — Gall. *majorat.*

MĀJŌSĬBUS, antique pro Majoribus. Vid. in v. MELIOSEM.

MĀLĂBATHRĪNUS. Vid. MALOBATHRINUS.

MĂLAXĀTUS, a, um, part. Vid. v. seq.

MĂLAXO, as, are, a. (μαλάσσω). Mollio (gall. *malaxer*). *Th. Prisc.* 4, 1. Hæc quum bene fuerint malaxata, impones. *Plin. Valer.* 1, 8. Malaxat ventrem. *Thom.* p. 366. Malaxare, mollescere (imo mollire, seu Malaxari, mollescere). Cf. *Cang.* — Nullum exemplum dabatur proprio sensu. Quum ait *Forcell.* hoc a *Laberio* « prælicenter dictum, » translatum sane sensum intelligit.

MĂLĔCASTUS, a, um, adj. Impudicus. *Aug. De Music.* 4, 12. Malecastum cave. *Serv. Centim.* p. 1823. Sappho composuit malecasta poemata.

MĂLĔDĬCAX, acis, adj. Maledicus. *Prosp. De Vit. contempl.* 3, 14. Si totam conscientiæ diligentiam transferant maledicaces ad linguam. — Cf. *Forcell.*, cui non assentior scribenti : « Rectius divisim scribes *male dicax.* » Et vid. quæ notavimus in v. FALSIDICAX.

MĂLĔDICTOR, oris, m. Maledicus. *Ennod. Ep.* 1, 2. Clericorum exercitatissimus maledictor. *Id. Carm.* 6, *Præf.* Quidquid contra accusati meritum maledictor ingesserit. *Festus.* Maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici. — Hunc unum auctorem innuit *Forcell.*

MĂLĔFĔRAX, acis, adj. Inferax. *Ambr. In Luc.* 7, 13. Primi fructus maleferacis synagogæ.

MĂLĔFORMIS, e, adj. Qui est mala forma. *Gloss. Phil.* Maleformis, δύσμορφος.

MĂLĔFORTIS, e, adj. Infirmus; imbellis. *Prud. Contr. Symm.* 2, 453. Adscribunt saxis Lachesis malefortia fila. *Ovid. Fast.* 3, 102. Græcia facundum sed maleforte genus. (*Id. ibid.* 1, 176; *Consol. ad Liv.* 418.) *Serv. Centim.* p. 1821. Animus malefortis. — Vocem quod alii divisim scribunt, non ideo exemplis privanda.

MĂLĔGRĀTUS, a, um, adj. Ingratus. *Gloss. Paris.* Malegratus, ingratus. *Ovid. Am.* 2, 18, 23. Quod Paris, et Macareus, et quod malegratus Iason. *Id. Her.* 7, 27.

MĂLĔJŪRUS, a, um, adj. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 567. Malejurus, perjurus.

MĂLĔLŎQUUS vel MĂLĬLŎQUUS, a, um, adj. Maledicus. *Arn. In Psalm.* 11. Disperdit Dominus labia dolosa et linguam maliloquam.

MĂLĔSĀNUS, a, um, adj. Insanus. *Cic. Att.* 9, 15. Ego autem illum malesanum semper putavi. (Eos qui divisim scribunt Ciceronis ætate, ut *Orel.*, non improbo.) *Hor. Epist.* 1, 21, 3. Ut malesanos Adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas. *Ovid. Met.* 4, 520. Passisque fugit malesana capillis. (*Id. ib.* 9, 599; *Art.* 3, 713.) *Curt.* 6, 19. Ille et amore et scelere malesanus. *Aus. Clar. Urb.* 3, 5. Amentis populi malesana tumultu. — Duo vocabula haud dubie in unum coaluerunt. Quod docet *Diom.* p. 428, ubi verbum uno accentu proferri notat. — Hodieque *malsain*, sed de corporis sanitate dicimus.

MĂLĔSŪTUS, a, um, adj. Fatiscens. *Prud. Peristeph.* 11, 71. Quos ubi susceptos rapidum malesuta (cymba) per æquor Vexerit.

MĂLĔTŪTUS, a, um, adj. Intutus. *Hor. Serm.* 2, 3, 137. Quin ex quo est habitus maletutæ mentis Orestes. *Aul. Sab. Ep.* 3, 89. Ipse pater Cebren natæ maletutus ab ore. *Ennod. Carm.* 1, 4. Quodque servabat maletuta vestis.

MĂLĪGNĀTIO, onis, f. Incantamentum. *Interp. Iren.* 1, 24. Oniropompos et reliquas malignationes.

MALINA, æ, f. Maris æstus violentior (gall. *haute marée.* Ex v. saxon. *magle*, magnus. Et vetus nomen habuimus *maline*). *Bed. De Tempor. Ration.* t. II, p. 117. Et crescentes quidem malinas, decrescentes autem placuit appellare ledonas. *Ibid.* Malinam quinque fere ante novam sive plenam lunam diebus, ledonam totidem ante dividuam sæpius incipere comperimus. — Qua de voce egregie agit *Cang.*

MĂLĬTIES, ei, f. Malitia. *Gloss. Cyril.* Κακότης, malities : plurale non habet.

MĂLĬTIŌSIOR, us, adj. compar. *Aug. De Morib. Manich.* c. 19. Quid vobis fallacius, quid insidiosius, quid malitiosius dici aut inveniri potest?

MĂLŎBATHRĪNUS vel MĂLĂBATHRĪNUS,

a, um, adj. (μαλοϐάθρινος). Qui ex malobathro est. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 3, 24. Ex oleo dulci, aut cyprino, vel gleucino, aut irino confecta, vel malobathrino. *Id. Tard.* 5, 1.

MĀLŎMELLUM, i, n. Genus mali dulcissimi. *Isid. Or.* 17, 7, 5. (Sed alii aliter. Vid. v. seq.) *Johan. de Jan.* Malomellum, genus pomi melliflui et dulcis, quia fructus ejus habeat saporem mellis, vel quia in melle servetur. *Gloss. arab. lat.* Malomelum (*sic*). *Gloss. lat. gall. S. Germ.* ap. *Cang.* Malomellum, *une manière de pomme doulce comme miel.* — Non dubitandum quin corruptum id nomen exstiterit.

MĀLŎMELLUS, i, f. Malus quæ dulcissimos fructus habet. *Isid. Or.* 17, 7, 5. Malomellus a dulcedine appellata, quod fructus ejus saporem mellis habeat, vel quod in melle servetur. Unde et quidam : Si tibi Cecropio saturata cydonia melle Ponentur, dicas : Hæc malomella placent. (Sic *Lindem.* Vett. edd. *malomellum.... appellatum. Areval.* autem edidit *melimelum*, ex *Plin.* 15, 15, 2, et alibi, juxta græcum μελίμηλον. Profecto versum *Martialis*, 13, 24, adulterat grammaticus; nam legitur : Hæc melimela licet, al. placent. Sed istis temporibus sæpius vera sunt quæ corrupta.) Vid. v. præced.

MALVELLA vestis, f. Quæ malvacei coloris est. *Isid. Or.* 19, 22. Molochina, quæ malvarum stamine conficitur : quam alii malvellam. — Hanc interpretationem vulgo rejiciunt.

MAMMO, as, are, a. Lacto. *Aug. In Psalm.* 39. Mammantes autem, id est lactantes. *Onomast. lat. gr.* Mammare, θηλάζειν.

MANCĬPĀRIUS, ii, m. Mango. *Gloss. vet. S. Genov.* Manciparius, qui mancipia vendit. *Schol.* ad *Juv.* 11, 147. Quales vendunt care mancipari.

MANCŬLOR, aris, ari, d. *Gloss. Cyril.* Πειράζω, tento, manculor. (Breviatum scilicet *manuculor.*)

MANDA, æ, f. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 532. Manda, deceptio, fraus. Item *Gloss. vet. S. Genov.*, nisi quod exhibet *Menda.* Adde *Chart.* sæculi x ap. *Cang.* — *Gebhardus* legendum putat *Mandra*, ob vocabulum inde profectum *Mandrator*, quod est ap. *Papiam.* Etiam *Gloss. Paris.* Mandrator, gavillator (*sic*). *Gloss. Hildeb.* Mandrator, capillator (*sic*). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Mandrator, cavillator (male Mandratur, cavillatur).

MANDĒLA, æ, f. Matta. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 106. Mandela, τὸ μάππιον. Cf. *Gloss. Labb.*

MANDRA, f. Vid. MANDA.

MANDRĀTOR, m. Vid. MANDA.

MANDROR, aris, ari, d. Vid. MANDA.

MANGĂNUM, i, n. Præstigiæ. *Gloss. Cyril.* Μάγγανον, manganum.

MĀNĪCO, as, are, a. Mane venio. *Vulg. Luc.* 21, 38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 1, 79. Propterea semper manicasti ad pluviam. *Thom.* p. 364. Manicare, mane surgere. *Gloss. Paris.* Manicat, per manum tenet, vel mane surgit. (Hæc duo verba origine et quantitate differunt.) Cf. *Cang.*

MĂNĬDUCTUS, a, um, adj. Qui manus ad saltandum innectit. *Gloss. Phil.* Maniductus, μεσόχορος.

MANSIŌNĀRIUS, ii, m. Ædis custos, æditiuus. *S. Greg. Ep.* 3, 30. Ii qui præsentes erant atque laborabant, monachi et mansionarii. *Id. Dial.* 3, 25. Custos ecclesiæ Abundius dictus est.... Vade ad Abundium mansionarium. *Gloss. Isidor.* Mansionarius, ostiarius. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 367. Mansionarius, ostiarius qui ecclesiam custodit. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 215. In usum tantummodo mansionariorum. *Inscr. ibid.* p. 222. Facta in omnes mansionarios. Cf. *Cang.*, qui hunc et alios sensus innuit. — *Forcell.* vocabulum scribit, nullo addito exemplo.

MANSIUNCŬLA, æ, f. Parva mansio, domuncula. *Vulg. Gen.* 6, 14. Mansiunculas in arca facies. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 37. Quia non sunt mansiunculæ exteriores iis, etc. Etiam *Thom.* p. 348.

MANSUĒFACTIO, onis, f. Actus mansuefaciendi. *Aug. De Nat. et Grat.* 15. Quasi id esset facilius quam mansuefactio bestiarum.

MANSUĒTO, as, are, a. Mansuefacio, mitigo. *Vulg. Sap.* 16, 18. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis. *Gloss. Hildeb.* Mansuefacit, mansuetat.

MANSUM, i, n. (mandere). Buccella. *Onomast. lat. gr.* Mansum, subst., ψωμός.

MANSUS, i, m. Fundus cum certo agri modo (vet. gall. *manse*). *Testam. Perpet.* (an. 475) ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 25. Sive in agris, pascuis, pratis, nemoribus, vineis, mansis, hortis, aquis. *S. Greg. Ep.* 2, 38, *Indict.* 11. Filia nostra Brunichildis regina viginti mansos ingenuos et totidem serviles..... juxta finem Alpium contulit. Cf. *Cang.*

MANTĬCŬLĀTIO, onis, f. Furtum, fraus. *Gloss. Plac.* p. 484. Manticulatio, fallacia vel lenocinia. *Gloss. arab. lat.* Manticulatio, fallacia vel lenocinium.

MANTĬCŬLĀTOR, oris, m. *Gloss. vet. S. Genov.* Manticulator, fur et latro. — Quidam *Pacuvio* tribuunt ap. *Fest.* in v. MANTICULARUM. Mendici manticulator (ubi vulgo, *modici menticulatur*).

MANTĬCŬLO, as, are, n. Manticulor. *Gloss. vet. S. Genov.* Manticulare, fraudare, furari. *Gloss. Isid.* Manticulare, fraudare vel decipere. *Gloss. Paris.* Manticulat, fraudat, furatur. Manticulare, fraudare vel furto decipere. *Ibid.* Menticulare (*sic*), adtemptare dolis vel fallaciis. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 533. Manticulare, fraudare, decipere.

MANTUĀTUS, a, um, adj. Qui mantum habet. *Gloss. Isid.* Paludatis, mantuatis.

MANTUS, us, f. Mantum. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 438. Ablativo casu.... pinu, socru, mantu.

MĂNŪCAPTUS, a, um, adj. Captivus. *Gloss. Philox.* Manucapti, δοριάλωτοι.

MĂNŪMISSĀLIA, n. pl. Manumissionis ritus. *Prob. Append.* in *Anal. gram.* p. 441.

MĂNUPLĒTIUM, ii, n. Manipulus (*une poignée*). *Gloss. Cyril.* Χειροπληθές, manupletium.

MAPPELLA, æ, f. Parva mappa. *Isid. Or.* 19, 26. Mappa.... Cujus diminutivum mappella est.

MAPPŬLA, æ, f. Orarium. *S. Greg. Ep.* 2, 54, *Indict.* 11. Illud vero, quod pro utendis a clero vestro mappulis scripsistis. *Ibid.* 55. *Hieron. Ep.* 86 (ed. Bened.), *Ad Eustoch.*, *Epitaph. Paulæ*, *sub f.* Mollia strata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere. (Quod *Forcell.* vocemque ipsam temere varia lectione infirmat.) Cf. *Cang.*

MARCELLUS, i, m. *Isid. Or.* 19, 7. Marcellus, marcus mediocris. (*Arev.* ed. *Martellus*). *Ibid.* 19, 18. Marcellus (sublata interpretatione. Ibi aliquot libb. *martellus*).

MARCIĀNĒ, adv. Vid. MARTIANE.

MARCIĀTUM, i, n. Nomen unguenti (a Marcio sic nominati). *Isid. Or.* 4, 12, *fin.*

MARCĬTŪDO, inis, f. Marcor. Vid. in v. EMARCITAS.

MARGUS, i, m. Mensula nautarum. *Gloss. Philox.* Margus, τραπέζιον τῶν ναυτῶν.

MARMUR, uris, n. Marmor. *Anton. Gnipho* ap. *Quint.* 1, 6, 23. — Vid. v. seq.

MARMUSCŬLUM, i, n. Dimin. a Marmur. *Isid. Or.* 1, 27. Marmor neutri generis esse, marmusculum indicat. Et *Gloss. Paris.* habet *marmasculum* (sic), omissa interpretatione. — Vid. v. præced.

MARRUGINA, æ, f. Paliuri genus. *Gloss. Philox.* Marrugina, εἶδος παλιούρου. Ἔστι δὲ ἀκανθῶδες δένδρον.

MARSĬCŬLUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Marsiculus, qui cito movetur ad iram. Plautus : Quid ais, homo marsicule? — Sed legendum : *O momar Sicule*, ut ex *Festo* ostendit *Jos. Scalig.*

MARTIĀNĒ vel MARCIĀNĒ, adv. Ad morem Martis vel Marci. *Prisc.* p. 1299. Tulliane, martiane.

MARTIĀTĬCUM, i, n. Stipendium. *Prisc.* p. 1284. Unde stipendia militum martiatica dicuntur. Cf. *Cang.*

MARTISIA, orum, n. pl. Pulmentarii genus. *Isid. Or.* 20, 2. Martisia in mortario ex pisce fiunt : unde et nominata. Cf. *Cang.*

MARTY̆RĀRIUS, ii, m. Æditus (scil. qui martyrum oratoria custodit). *Greg. Tur. Ex Mirac. Martyr.* 2, 46. Post obitum Proserii martyrarii. *Id. Hist. Franc.* 4, 1. Cum Leubaste martyrario. (De quo verbo fusius agit *Cang.*)

MASCŬLO, as, are, a. Masculum reddo. *Onomast. lat. gr.* Masculo, ἀῤῥενόω. — Notum est contrarium *Emasculo.*

MASCŬLEUS, a, um, adj. Masculus. *Mar. Vict. Carm. Genes.* 3, 547. Et omnem Masculei sexus præsentemque atque futuram Progeniem.

MASPINA, æ, f. *Gloss. Cyril.* Ἱερὸν

ὀστοῦν, coxendix, maspina. (Quæ vox exterminanda, doctissimo Dübnero εὐστόχως conjiciente *ima spina*. Video enim in *Gloss. Philox.* Spina, ἱερὸν ὀστοῦν. Et expressius ap. *Isid. Or.* 11, 1. Sacra spina est *ima* perpetuæ spinæ, quam Græci ἱερὸν ὀστοῦν vocant.)

MASSA, æ, f. Ingens agrorum modus cum omnibus prædiis. *Cassiod. Var.* 5, 12. Palentianam massam, quam eis pro compensatione largitas nostra transfuderat. *S. Greg. Ep.* 1, 44. Cognovimus etiam in aliquibus massis ecclesiæ exactionem injustissimam fieri. *Ibid.* 8, 14. Massa secundum portiones competentes dividatur. *Ib.* 7, 29, *Ind.* 2. Massa Veneris. *Ib.* 89. Massa Furiana. *Gloss. Philox.* Massam, σύγκτησιν. Cf. *Cang.*, qui de vocabulo fusius agit. (Etiamnum quædam in Italia loca nomen habent *Massa.*) — Cujus sensus unicum exemplum ex *Inscr.* addidit *Furlan.*

MASTĬCHA, æ, f. Mastice. *Marc. Emp.* 26. Mastichæ Chiæ unciæ duæ.

MASTĬCINA vestis, f. *Isid. Or.* 19, 22. Masticina, quod colorem masticis habeat. *Gloss. arab. lat.* Masticinum, quod colorem masticis habet. — Quem sensum *Forcell.* non refert.

MASTĬCINUM, n. Vid. v. præced.

MASTĬCO, as, are, a. Mando (gall. *mastiquer*). *Marc. Emp.* 5, *med.* Hæc pro modo assidue in ore missa comminues et masticabis. *Gloss. Paris.* Masticant, comedunt. *Gloss. Hildeb.* Masticat, medit (inedit), manducat, comedit. Cf. *Cang.* — Verbum, a *Forcell.* omissum, levibus auctoribus fulciunt *Furlan.* et *Bailey.* Nusquam enim citandus est *Pseudo-Macer*, quem indulgentius ipse quondam admisi. Contrario sensu dicitur *Immasticatus*, quod addidit *Furlan.* ex *Cœl. Aurel. Tard.* 3, 3.

MASTĪGIA, æ, f. Vid. v. seq.

MASTĪGIUM, ii, n. (μαστίγιον). Flagellum (*nerf de bœuf*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 367. Mastigium, baculus, flagellum. — Neutrum genus feminino anterius, et quidem potius. (Cf. *Sulp. Sev.* ap. *Forcell.*) *Gloss. Vat.* t. VI, p. 533. Mastigiæ, taurea flagella. *Gloss. vet. S. Genov.* Mastigie tauree flagella. Vid. *Cang.*, qui multa habet.

MĀTRISSO, as, are, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 365. Matrissare, matri assimilari.

MATTUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* Mattus, tristis. (Gall. *mat.*) Cf. *Cang.*

MĀTŪRĀTŌ, adv. Maturate. *Schol. Virg.* ap. *Mai.* t. VII, p. 291. Sperat non superfuturas causas belli, si maturato filiam conlocaverit.

MĀTŪTĪNĀRIUS, ii, m. Matutini, matutinale officium. *S. Cæsar.* seu *S. Tetrad. Regul. Monach.* 21. Deinde in ordine totus matutinarius in antiphonas (dicat). Cf. *Cang.*

MĀVORS vel MĀVORTE. Vid. MAFORS.

MĒCHĂNISMA, atis, n. Mechanema (gall. *mécanisme*). *Cassiod. Var.* 1, 45. Mechanisma solum est quod illam (naturam) ex contrariis appetit imitari.

MĔDĒLĬFER, era, erum, adj. Medelam ferens. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 323. Quanta medelifero manavit gratia tactu.

MĔDEO, es, ere, n. Medeor. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 21. Plurima dum faceret, neque cura mederet alumnæ.

MĒDIA, æ, f. Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 1. Media nigra est, a Medea illa fabulosa inventa. — A Media regione forte deducendum. Certe *Marbod.* 45, de Medo lapide : Ast in Medorum regione lapis reperitur : Dicitur hic Medus.

MĔDIAMNUS, a, um, adj. *Prisc.* p. 1097. A medio terræ Mediterraneus, a medio amnis Mediamna. Cf. *Cang.* — Notior vox *Interamnus.*

MĔDIĀTIO, onis, f. Interventus, intercessio (gall. *médiation*). *Alc. Avit. Ep.* 2. Nisi inter duos agat, incongrue mediatio nominatur.

MĔDIĀTUS, a, um, part. vel adj. Qui medium vel interpositum aliquid habet (gall. *médiat*). *Boet. In Cic. Topic.* 4, p. 815. Nam quæ contraria sunt, partim mediata sunt, partim vero medio carent. *Id.* p. 200. Restat igitur ut his contrariis, quæ mediata sunt, hanc oppositionem differre doceamus. *Id.* p. 199 et 643. (Opponitur *Immediatus.*)

MĔDĬCĀRIUS, a, um, adj. *Varr.* ap. *Non.* p. 156, v. PRÆCOX. — Sed locus valde corruptus et obscurus.

MĔDĬCĀTĪVUS, a, um, adj. Ad medicinam pertinens. *Boet. Arist. Top.* 6, 6, p. 718. Nihil enim prohibet et audaciam

quamdam et rectam intelligentiam habere ad medicativa. *Ibid.* iterum. Cf. *Cang.*

MĔDĬCĪNĂCŬLUM, i, n. Medicamentum. *Gloss. Cyril.* Ἰατρικόν, medicinaculum. (Sed de verbo dubitatur. Cf. *Cang.*)

MĔDĬCĪNĀLĬTER, adv. Cum medicina (translate). *Ennod. Epig.* 9, 26. Ut ipsi miserias meas medicinaliter curent. Cf. *Cang.*

MĔDIĒ, adv. Usurpato medio vocabulo, *Ambr. In Luc.* 8, 17. Bene medie posuit filium. (Scil. nomen *filius* medium est, et potest intelligi seu filius Dei, seu filius hominis.) — Deerat hic sensus in adverbio, qui frequens in adjectivo.

MĔDIŎCER, adj. m. Mediocris. *Prisc.* p. 1292. Alacer, volucer, mediocer.

MĔDĬTĀTIUNCŬLA, æ, f. Parva meditatio. *Claud. Mam. Stat. An.* 1, 3. Scriptor meditatiunculas suas autumat debere pensari. *Thom.* p. 366.

MĔDULLĀTUS, a, um, part. || Translate. Intimus; optimus, perfectus. *Hieron. In Isai,* 30 (t. III, p. 262). Non intelligentes Apocalypsim Johannis, in superficie litteræ, medullata ecclesiæ sacramenta contexere. *S. Greg. Ep.* 6, 8. Scripta vestræ sanctitatis medullata mihi charitatis verba locuta sunt. (*Verborum medullam* dixit *Gell.* 18, 4.)

MĔDULLĪNUS, a, um, adj. Ad medullas pertinens. *Diom.* p. 478. Antispastus.... medullina, Saloninus.

MĒDUS, i, m. Species quædam potus. *Isid. Or.* 20, 3. Medus, quasi melus, quia ex melle fit.

MEIO, as, are, n. Ut Meio, is. *Diom.* p. 366; *Prisc.* p. 875.

MĔLANCHŎLIA, æ, f. (μελαγχολία). Atra bilis. *Hier. Ep.* 2, 13, *Rustico.* Qui humor.... vertitur in melancholiam. *Isid. Or.* 4, 5. Melancholia dicta eo quod ex nigri sanguinis fæce admixta sit abundantia fellis. Cf. *Cang.* — Exempla non nisi græce exhibet *Forcell.*

MĔLANTĒS, is, m. Gemmæ genus. *Isid. Or.* 16, 4. Melantes lapis dictus eo quod melleum et dulcem succum emittat. (Sic vulgo. Duo codd. dant, *melanites.* Ed. *Lindem.* habet *melitites.*) *Thom.* p. 365. Melantes, lapis melleum habens saporem. — An *Melanthes* (μελανθής)?

MĔLĬNŎPORPHȲRUS, a, um, adj. (μηλινοπόρφυρος, ut conjicere licet). Colore melino et purpureo. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Vela melinoporphyra uncinata duo.

MĔLIŌRO, as, are, a. Meliorem vel melius reddo. *Ambr. Ep.* 9, 72. Christus enim nostrum est fundamentum, quod non exuratur, sed melioretur. *Id. In Psalm.* 118, *Serm.* 10. Meliorentur vasa aurea et argentea. *Ennod. Ep.* 5, 6. Noxiorum animas, dum secundis replet, pudore meliorat. *Id. ib.* 6, 26. Utinam ingenium illius beneficia superna meliorent! *Id. Vit. S. Epiph.* p. 382. Agendi speciem melioraturus inquirit. *Cassiod. Var.* 1, 38. Quod res patris ejus, non meliorandi causa, sed deteriorandi voto detineas. *Id. ib.* 6, 14. Arborum etiam fetus meliorare contendens. *Novel. Theod., tit.* 26. Qui fundos inopes atque jejunos vix forte meliorare potuerint. — Unicum exemplum *Forcell.* profert, et *Cang.* recentiora. Vox tamen, ut apparet, quarto sæculo pervulgata. Gallicum verbum *améliorer* magis etiam barbariem sapit, quum præiverit *admeliorare, ammeliorare, ameliorare.* Dat *Cang.* et Ameliorare, et aliud compositum Emeliorare. Ceterum verbum *Meliorare* initio dictum de terra et fundis. Cf. *Forcell.* v. MELIORATUS et MELIORATIO. Jure notat *Johan. de Jan.* raro verbum activum esse.

MĔLIŌSEM, antique pro Meliorem. *Varr. L. L.* 7, 27. *Fœdesum,* fœderum, *plusima,* plurima, *meliosem,* meliorem. *Fest.* in *litt. R.* Majosibus, meliosibus, lasibus.

MELLĀTIUM, ii, f. Placenta melle condita. *Onomast. lat. gr.* Mellatium, ficum, μελίτωμα. — Scribi etiam potest *mellacium* vel *mellaceum.*

MELLĬLŎQUUS, a, um, adj. Qui dulce loquitur. *Onomast. lat. gr.* Mellíloquus, μελίγηρυς.

MĔLŌDĬCUS, a, um, adj. Ad melodiam pertinens (gall. *mélodique*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 8, 6. Impietatem melodicæ suavitati permiscens.

MELOFOS. Vid. MELOPOS.

MĔLŎPŒUS, i, m. (μελοποιός). Musicus qui melos fingit (*poëte et compositeur*). *Gloss. Paris.* Melopeus (*sic*), carminis factor.

Gloss. Vat. t. VII, p. 558. Melopœus, quasi carminis factor. *Thom.* p. 366. Melopeius (*sic*), carminis fictor.

MELŎPOS vel MELOFOS, m. *Isid. Or.* 17, 7. Melopos, arbor in Africa, Punica lingua vocata, ex qua profluit lentus succus, qui ammoniacus nominatur. (Vett. edd. *melofos*, recentt. *melopos*. Quum græcum ὀπός in fine verbi esse videatur, Punicam interpretationem excidisse suspicor.)

MĒLŌTE, es, f., et MĒLŌTA, æ, f. (μηλωτή). Pellis ovina vel caprina, et inde vestis. *Vulg. Paul. ad Hebr.* 11, 37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. *Isid. Or.* 19, 24, *fin.* Melote, quæ etiam pera vocatur, pellis est caprina a collo pendens, præcincta usque ad lumbos. *Eucher. De Vestib.* p. 291. Melotæ in Regum libro pellis simplex, qua monachi Ægyptii etiamnunc utuntur, ex uno latere dependens. (Quod non est in *Vulg.* versione libri *Reg.*) *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 568. Melotam, lanatam (male *lanutam*. Emendo ex *Gloss. Philox.* Pellis lanata, μηλωτή.) *Cœl. Aurel. Tard.* 1, 4. Spongia melote involuta. Cf. *Cang.* — Vocem, a *Forcell.* omissam, innuit breviter *Bailey.*

1. MĒLŌTIS, tidis et tis, f. (μηλωτίς, ut videtur). Melote. *Ambr. Ep.* 7, 59. Velut quodam melotidis suæ demisso amictu, sanctum Anysium induit. *Hier. Ep.* 108 (t. IV, p. 810, ed. *Bened.*). Et caprinam pelliculam, quam melotem vocant. (Forte *meloten.*) *Gloss. Paris.* Melotes, pelles ovium. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Melotes, pelles ovium sordidæ. *Gloss. Hildeb.* Melotes, pelles sordidas.

2. MĒLŌTIS vel MĒLŌTRIS, idis, f. (μηλωτίς, μηλωτρίς). Specillum. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 4, 63. Confirmabitur apprehensio lapidis generati, adhibita melotide.

MELOTIUS, m. Vid. MOLOTIUS.

1. MĔLUM, i, n., et MĔLUS, i, m. Melos, cantus. *Aus. Parent.* 27, 2. Cui brevia mela modifica recino. *Att.* ap. *Non.* p. 213. Acricrepantes melos. *Cato, ibid.* Omnes enim, qui loquuntur, habere debeant quosdam melos. *Pacuv. ibid.* Thesiantem (*sic*) fremitu concidi melum. *Terent. Maur. De Ped.* v. 2. Auctor et ductor melorum. *Serv. Centim.* p. 1818. Hic finis est : Iambe, salve, vindicis doctor meli. (Sic *Santen.* ex libb. Male *Putsch.* Vindice doctor meliori.) *Ven. Fort.* 7, 8, 28. Psallit honorificum fauce rotante melum. *Id.* 7, 9, 7. Sollicitante melo. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Melo, cantu.

2. MĔLUM, n. Genus vestis. *Isid. Or.* 19, 28. Melum, quod sit colore nigro : Græci enim μέλαν nigrum dicunt. — Plerique exhibent *menum*, quod græco non respondet.

MEMBRĀNEUS, i, m. Tympanista. *Gloss. Philox.* Membraneorum, τυμπανιστῶν.

MEMBRĀNUM, i, n. Membrana. *Gloss. Philox.* Ὑμήν, membranum. *Gloss. Cyril.* Membranum, ὑμήν. || Peculiariter Membrana, codex, liber. *Isid. Or.* 6, 11. Postea vero Romæ candida membrana reperta sunt. *Ibid.* Luteum membranum. *Ib.* 6, 13. Chartæ membranorum. *Gloss. Cyril.* Διφθέρα, τὸ βιβλίον, membranum, codex. *Gloss. Philox.* Membrana, διφθέρα (leg. διφθέραι), σωμάτια. Cf. *Cang.*

MEMBRĀTUS, a, um, part. Qui habet membra (gall. *membré*). *Dracont. Hexaem.* 1, 262. Pennantur (pulli) membrata globis, animantur, anhelant.

MĔMŎRĀLE, is, n. Liber memorialis, annales. *Gell.* 4, 20. Aliud refert Sabinus Massurius in septimo Memorali. (Alii leg. *memoriali*; alii *memoralium*, quod verum puto.) *Paul. Dig.* 50, 16, 144. Libro Memoralium Massurius scribit, etc. (Alii *memorialium.*) Vid. v. seq. —Vocem habet *Cang.*

MĔMŎRĀLIS, e, adj. Memorialis. *Prisc.* p. 1293. Hic et hæc suavis, et hoc suave; memoralis, specialis. (Sed idem habet, p. 630. Memoria, memorialis.) *Arn. Adv. Gent.* 6, p. 196. Memoralia ut indicant scripta. (Alii, *memorialia.*) — In locis quæ laudat, *Forcell.* magis probat *memorialis.* Quidquid est, vocem *Memoralis* latine dici ostendit adverbium *Memoraliter*, ignotum *Forcellino.*

MĔMŎRĀLĬTER, adv. Memorabili modo. *Ven. Fort.* 5, 5, 147. Annuat Omnipotens, longo memoraliter ævo, Ut tu laus illi, laus sit et ille tibi.

MĔMŎRĀTIM, adv. Memorando. *Diom.* p. 402.

MĔMŎRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui memo-

rat. *Prisc.* p. 997. *De* non solum τὸ ἀπὸ significat, sed etiam τὸ περὶ memorativum.

MĔMŎRIĀLE, is, n. Quod memoriam renovat, monumentum. *Vulg. Exod.* 3, 15. Et hoc memoriale meum in generationem. *Ibid.* sæpius. *Arn. In Psalm.* 135. Et suscipimus memoriale ejus. *Eucher. Nomin. Interp.* p. 285. Scarioth, memoriale Domini. Cf. *Cang.* — Gall. *mémorial.* || Memorialia. Vid. MEMORALE.

MENDĀCIŎLUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 360. Mendaciolum, parvum mendacium. *Id.* p. 331. — Hoc ideo retuli ut uni ex duobus ignotis vocabulis aliqua auctoritas sit, quæ *Ciceroni* tribuuntur, *De Orat.* 2, 59 : « Quod tamen est *mendaciunculis* adspergendum. » (Sic plerique, etiam *Orel.* Alii *mendaciolis.*)

MENDĪCŬLUS, a, um, adj. Dimin. a Mendicus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 363. Mendiculus, pauperculus et tenuis. — Vocem habet *Forcell.* ex *Cic. Catil.* 2, 3, juxta aliquot libros et editores. Alii autem eam omittunt, inter quos *Orel.* Equidem servandam autumo.

MENDŌSĬTAS, atis, f. Mendum. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 4. Habeat bibliotheca vestra unum ex his codicem, ad quem recurratis, si vos mendositas fortassis offenderit. *Ib.* 16. Ne qua remaneat in veritate mendositas. *Aug. Epist.* 71. Coactus est homo mendositatem corrigere. Cf. *Cang.*

MĒNINGA, æ, f. (μήνιγξ vel μῆνιγξ). Membrana cerebri. *Theod. Prisc.* 2, 2, 9. Quum ex meningæ partibus sanguis eruperit. *Gloss. Plac.* p. 484. Meninga (male Meninca), in cerebro membrana quædam, vel pars cerebri. Est autem græcum.

MENSŌRIUS, a, um, adj. Ad mensorem vel mensuram pertinens. *Frontin. Limit.* in *Gromat. vet.* p. 31. Principium artis mensoriæ in agendi positum est experimentis.

MENSUĀLIS, e, adj. Menstrualis (gall. *mensuel*). *Boet. Geom.* 2, p. 1537. Deinde totius anni circulum mensuali numero fuisse partitum. (Qui *Varronem* citat, sed, credo, non ipsa verba.) *Gloss. Vat.* t. VI, 533, et t. VII, p. 568. Mensui (l. Menstrui vel Mensurni), mensuales. Cf. *Cang.*

MENSŪRĀTRIX, icis, f. Quæ mensurat. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 403. Geometria est immobilis magnitudinis doctrina ponderatrix vel mensuratrix.

MENSŪRĀTIO, onis, f. Actus mensurandi, mensura. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 52. Ejus capacitatis est mensuratio comperta nobis hoc modo. *Bed. De Numer.* t. I, p. 113. Mensuratio terræ. *Gloss. Paris.* Geumetrica (*sic*), terræ mensuratio. — Unum exemplum citat *Forcell.* ex *Gromat. vet.*

MENSŪRĀTUS, a, um, part. *Boet. Geom.* 2, p. 1532. Esto ager octogonus, per singula latera pedibus septem mensuratus. *Isid.* 16, 25. Campana.... virga est signata libris et unciis, et vago pondere mensurata. *Lib. Colon.* 1, in *Grom. vet.* p. 232. Postea mensuratus limitibus est censitus. *Gloss. Paris.* Mensus, mensuratus. || Translate. *Cassiod. Var.* 11, *Præf.* Altercator suavis, mensuratus, eloquens.

MENUM, n. Vid. MELUM, n. 2.

MĔRAMĔLAS, m. Nomen lapidis nigri. *Isid. Or.* 16, 11, 6. (Alii *meromelas.* Sed *Areval.* dat *mesomelas* ex *Plinio.*)

MĔRĀRIA, æ, f. (mereor). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Meraria, popina. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 365. Meraria, taberna, caupona, popina, etc.

MĔRAX, adj. Meracus. *Onomast. lat. gr.* Merax, meracus, ἄκρατος. *Thom.* p. 356. Hic et hæc et hoc merax, id est purus et clarus. — *Thom. ibid.* exhibet *Meracitas* et *Meraciter*, quorum exempla desunt.

MĔRENTER, adv. Ob meritum. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, t. I, n. 526. Filio dulcissimo merenter fecit. || Utiliter. *Gloss. Cyril.* Ὠφελίμως, commode, merenter, utiliter.

MĔRĔTRĪCĀBĬLIS, e, adj. Meretricius. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Meretricabili turpitudine dehonestare.

MĔRĔTRĪCĀRIUS, a, um, adj. Meretricius. *Pseudo-Cassiod. De Amic.*, *Prol.* More meretricario.

MĔRĔTRĪCĀTIO, onis, f. Cum meretricibus commercium. *Cassian. Cœnob. Instit.* 5, 20. Meretricationis vitium desecandum. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Meretricatio, lenocinatio, fornicatio. Et *Thom.* p. 337. Cf. *Cang.*

MERGĬTO, as, are, a. Freq. a Mergo. *Tert. Cor. Mil.* 3. Deinde ter mergitamur

amplius aliquid respondentes. (*Jun.* conj. *mersitamur.*) *Hier. Adv. Luciferian.* (t. IV, p. 294). Velut in lavacro ter caput mergitare. — Nonnulla verba frequentativa ab instante tempore derivantur, ut *agito, legito, pangito, ungito*, etc.

MERGŬLUS, i, m. Parvus mergus. *Vulg. Levit.* 11, 17. Comedere non debetis bubonem et mergulum. *Ibid. Deuter.* 14, 17. *Gloss. Vat.* t. VI, 533. Merguli, aves marinæ.

MĔRISMOS vel MĔRISMUS, m. (μερισμός). Quoddam schematis genus. *Sacerd.* in *Anal. gram.* p. 36. Merismos, quam nos partitionem vocamus, etc. *Rutil. Lup.* p. 6. Merismus, etc.

MĔROMĔLAS. Vid. MERAMELAS.

MĔRŬLUS, i, m. Merula. *Auct. Philom.* 13. Et merulus modulans tam pulchris concinit odis. *Isid. Or.* 12, 6. Ut ranæ, leones, et vituli, et nigri meruli, et pavi diverso colore. *Thom.* p. 78. Merulorum (proprietas est) zinziare. — Auctoritatem igitur magis quam veritatem secutus, *Forcell.* scripsit : « Neque enim *merulus* latine dicitur, ut *Varr.* monet, *L. L.* 8, 38, et *Charis.* 1, p. 42. »

MĒSIS, is, m. Mensis. (Quod in Lexicis desiderari miror, quasi multa, quæ occurrunt, exempla, a librariis corrupta, litteram *n* addendo restituenda essent. Verum, ut tot bonas inscriptiones sileam, unde Italorum *mese*, et nostrum v. *mois*, nisi a nomine *mesis*, quod cadente latinitate pervulgatum? Item *mansio*, extrita *n*, progenuit nostrum v. *maison*. Et sic multa alia. *Cang.*, qui vocem exhibet, laudata solummodo Charta anni 1054, in errorem nos induceret de ejus ætate et auctoritate.) *Inscr. Grut.* p. 138. Mes. Jan. (scil. mensis Januarius. Et sequuntur undecim alii menses, simili modo scripti). *Ibid.* p. 675. Vixit anno uno, et meses VIII, dies VIII. (*Ib.* p. 684 et 852.) *Inscr. Fabret.* p. 274. Qui bixit annis L, mesibus VIII, dies X. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, t. I, n. 362. V. A. XVIII, meses III. *Ib.* n. 414. Vix. annis XIII, mes. duobus. *Ib.* passim. Etiam *Inscript. chrétiennes de la Gaule*, t. I, p. 324, 342, 389, 400 et 427. — *Cang.* unum exemplum habet, anni 1054.

MĔSOZEUXIS, is, f. (μεσόζευξις sane, ut invenitur μεσόζευγμα). Schematis genus. *Sacerd.* in *Anal. gram.* p. 33.

MESSĒNIĂCUS versus, m. (Μεσσηνιακός). *Mar. Vict.* p. 2522.

MESSIAS, æ, m. Unctus, Christus (*le Messie*). *Vulg. Johan.* 4, 25. Scio quia Messias venit. *Prud. Peristeph.* 10, 17. Præcepta Messian dedisse apostolis. — Quam vocem *Cang.* non habet.

MESSIUS, a, um, adj. Ad messem pertinens. *Tert. De Spect.* 8. Delphinos Neptuno vovent, columnas sessias a sementationibus, messias a messibus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 364. Messius, maturus ad messem.

MĔTĂBĂSIS, is, f. (μετάβασις). Vid. METASTASIS.

MĔTĂPHŎRĬCĒ, adv. Cum metaphora. *Acro* ad *Hor. Ep.* 1, 20, 1. Hanc epistolam metaphorice inscripsit. *Isid. Or.* 1, 36. Metaphorice loquens.

MĔTĂPHRĔNUM, i, n. (μετάφρενον). Dorsum superius. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 16. A tergo inter utrasque scapulas, quod Græci metaphrenum vocant.

MĔTASTĂSIS, is, f. (μετάστασις). Schema quoddam lexeos. *Jul. Rufin.* p. 43. Metastasis est, vel Metabasis, quum a loquente persona ad personam transitum facimus.

MĒTĀTUM, i, n. Ædes propriæ, domicilium; interdum hospitium (ut ait *Cang.*). *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 7. Chlotarius vero valedicens, ad metatum regressus est. *Ib.* 3, 15. Prosecutus est Leo generum domini sui cum potu, porrigensque ei bibere, in metatum ejus. *Ib.* 5, 19, et passim. || Hospitium militibus debitum (*logement des gens de guerre*). *Novel. Theod., tit.* 25. De metatis. *Ib.* 1. Certas domos in hac sacratissima urbe sitas metatorum præbendorum onere liberasse. *Ib.* Præbendi metati immunitatem. *S. Greg. Ep.* 7, 109, *Ind.* 2. Ut nullus hic ulterius hospitium et metatum accipiat.

MĔTENSŌMĂTŌSIS, is, f. (μετενσωμάτωσις). In aliud corpus transmigratio. *Tert. De Anim.* 34. Atque ita hac etiam metempsychosi sive metensomatosi repercussa.

MĒTĪTUS, a, um, part. Perpensus. *Ennod. Paneg. Theodoric.* p. 311. Metitis subjectorum viribus.

MĔTŌNȲMĬCUS, a, um, adj. (μετωνυμικός). Ad metonymiam pertinens, translatus. *Eucher. In Genes.* 1, p. 6. Metonymico tropo.

MĬCĀTIO, onis, f. Splendor. *Interp. Iren.* 1, 10. Hunc, qui est septem virtutum secundum micationem hebdomadis, animavit mundum.

MICTĬTO, as, are, n. Sæpe mingo. *Prisc.* p. 880.

MICTUĀLIS, e, adj. Urinalis. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 10. Ad renes vero vel ventrem per mictuales vias (ferri). || Qui urinam ciet (*diurétique*). *Gloss. Pap.* Herba mictualis.

MIGMA, atis, n. (μίγμα). Mixtura, farrago. *Vulg. Isai*, 30, 24. Tauri tui, et pulli asinorum, commixtum migma comedent. *Gloss. Paris.* Migma, palea minuta, vel tritura frumenti permixta : migma et commixtum idem sunt. *Gloss. Hildeb.* Migma, palea minuta. *Gloss. vet. S. Genov.* Migma, mixtura. Cf. *Cang.*

MIGRĀTUS, a, um, part. Profectus. *Ven. Fort.* 6, 7, 19. De proprio migrata solo. *S. Greg. Epist.* 4, 4. Martiam.... in monasterium aliud injuste audio fuisse migratam. — Quædam reperiuntur hujusmodi participia, ut *deflagratus*, quod ap. *Ennium.* Sed fere sunt cadentis ævi, exempli gratia : *æstuatus*, *emanatus*, *exarsus*, *flagratus*, *stagnatus*, etc. Quum Ennium jam in eo peccantem videam, plebeium dicendi genus sponte agnoverim, quod neutris verbis passiva participia accommodaret. Insigne est *venutus*, ital. *venuto*, gall. *venu*. Apud *Cang.* legitur : *Venutus erat* (ut dicimus *était venu*), et subst. *Venuta* (gall. *venue*).

MILĀGO, inis, f. Genus piscis (*poisson volant*). *Isid. Or.* 12, 16. Milago nominatur quia evolat super aquam. — Vulgo *nominatus*; sed *loligo* et talia feminina sunt.

MĬLIĀCA, æ, f. (milium). Avis genus. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1, 27. Nunc turdos, nunc ficedulas, sive quas miliacas vocant. — Hanc esse credunt quam dicimus *ortolan*.

MILIMINDRUS, i, f., vel MILIMINDRUM, i, n. Hyoscyamus. *Isid. Or.* 17, 9. Hanc (herbam) vulgus milimindrum dicit, propter quod alienationem mentis inducit. Et *Gloss. Pap.*

MILLĔCUPLUM, i, n. Quantitas millies major. *Bed. De Numer.* t. I, p. 100.

MILLĒNUS, a, um, adj. Millesimus. *Cassiod. Var.* 2, 37. Cognoscat Spoletinis civibus.... aliam millenam esse deputandam. — Vox pluraliter fere occurrit.

MILLĬMŎDUS, a, um, adj. Multimodus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 303. Hic ubi millimodas animalis adegerit iras.

MILTHUS seu MILTHUM, i, m. n. *Ven. Fort.* 9, 7, 41. Disputans multum variante miltho. (Vocem non magis quam alii explico.)

MĪMĀRIUS, ii, m. Mimulus. *Junior, Orb. Descr.* p. 396. Laodicea mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus et Berytus mimarios.

MĬNĀBĬLĬTER, adv. Minaciter. *Onomast. lat. gr.* Minabiliter, ἀπειλητικῶς.

MINICIUS vel MINICUS, i, m. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Minicius, hericius. *Gloss. Isid.* et *Gloss. arab. lat.* Minicus, ericius.

MĬNISTĔRIĀLIS, is, m. Qui aliquo ministerio fungitur. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 321, ed. *Gœs.* Idcirco putamus ministeriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse. *Cod. Theod.* 8, 7, 5. Qui ministeriales et pædagogiani et decuriones exsistunt. *Gloss. Pith.* Acubus, ministerialis domus regiæ; vel Aculus; lege Anculus. (Hoc recte. *Fest.* enim, in v. ANCILLÆ, ostendit quid sit *anculare*, scil. ministrare. Unde *Anculi* et *Anculæ*.) *Gloss. Isid.* Anculus (male Aculus), ministerialis domus regiæ. Cf. *Cang.* — Gallice *ministériel*.

MĬNĬTĀTIO, onis, f. Minatio. *Avien. Arat.* 250. Hic concessa etenim curvis minitatio Chelis.

MĬNŌRĀTIO, onis, f. Deminutio, degeneratio. *Boet. De Unit.* p. 1275. Secundum descensum unitatis a superiore ad inferius fit degeneratio, sive simplicitatis et minorationis suæ virtutis ad similitudinem, etc. *Vulg. Eccli.* 40, 27. Non est in timore Domini minoratio. *Alc. Avit. fragm.* p. 172. Qui convitium etiam minorationis intendit. *Ib.* p. 177. Quapropter nec in humilitate minorationis absconditur claritas æquali-

tatis. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 57). Quod in nullam partem minorationem sustineat evangelium. *Gloss. Paris.* Dimminutio (*sic*), minoratio. Et *Thom.* p. 410. Cf. *Cang.* — Vocabulum vetus habuimus *minoration.*

MĬNŌRĀTUS, us, m. Inferior dignitatis gradus. Vid. in v. MAJORATUS.

MINSĬTO, as, are, n. Vid. v. seq.

MINSO, as, are, n. Freq. a v. Mingo. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Minsare (male Mensare), sæpius mingere. *Thom.* p. 363. Minsare, minsitare (male ministrare), frequenter mingere. — Rectius sane *Priscian.* frequentativum *mictito* exhibet.

MINTRIO, is, ire, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 367. Mintrire (male Mintire), sonare, clamare : quod proprium est murium. — Nihil, præter exemplum *Carminis Philom.*, afferentes, hærebant inter *mintrire* et *mintrare.* Nunc vero solum *mintrire* verum esse liquet.

MĬNUĀTIM, adv. Minuendo. *Boet. In Arist. De Interp.* p. 374. Et hoc fieri potest, ut quælibet vestis non ferro potius minuatim pereat quam usu ipso exteratur. (Quivis facile conjiciat *minutim* vel *minutatim;* sed sinceram esse lectionem ostendunt et sequens exemplum, et nostri verbi *diminuer* declinatio, a verbo *minuare.*) *Gloss. Cyril.* Κατὰ λεπτόν, minuatim, minutim. Cf. *Cang.*

MĬNUO, as, are, a. Minuere. *Præcept. Childeb.* (an. 528) ap. *Marten.* Aut aliquid de rebus aut de terminis minuare cogitetis. Cf. *Cang.* — Hinc nomen *minuatio*, et verbum nostrum *diminuer.*

MIO, is, it, n. Meio, mingo. *Diom.* p. 366.

MĪRĀCŬLŌSĒ, adv. Cum miraculo (gall. *miraculeusement*). *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 20. Mirabiliter et miraculose unitur.

MĪRĀTĪVUS, a, um, adj. Admirativus. *Isid. Or.* 2, 21, 24. Mirativæ sententiæ. (*Lindem.* habet *admirativæ.*)

MĪRĬDĬCUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Miridicus, mira dicens.

MĪRĬFĬCENTIA, æ, f. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Mirificentia, magnificentia. *Thom.* p. 360. Mirificentia, mirum. *Id.* p. 335. Vid. v. seq.

MĪRĬFĬCO, as, are, a. Mirabilem facio. *Vulg. Psalm.* 4, 4. Mirificavit Dominus sanctum suum. (*Ibid.* quater usurpatum verbum est.) *Thom.* p. 335. Miror.... mirificus, mirificentia et mirifico, as.

MĪRĬMŎDIS, adv. Miris modis. *Plaut. Trin.* 4, 2, 86. Quos locos adisti ? Nimium mirimodis mirabiles. (Vulgo *miris modis.* Emendant *God. Hermann, Bothe, Lindem.* Quorum editiones ignorans, ipse jamdiu idem in meum *Thes. Poet. Ling. Lat.* inserui.) *Claud. Mam. Stat. An.* 3, 12. Verum nunc mirimodis stupeo, etc.

MĪRIO, onis, m. Vid. v. seq.

MĪRO, onis, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 360. Mirones, 'miratores. Etiam *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. — Sic malim quam *miriones*, ut habent *Tert.* et *Gloss. Isid.* Voci enim *Mirio* suus sensus est. Cf. *Forcell.*

MISCELLIO, onis, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 363. Miscellio, qui novit artem miscendi diversos potus. Et *Johan. de Jan.*

MISCĬTĀTUS, a, um, part. Sæpe mixtus. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 361. Collectaculum de carbonibus in calce miscitatis. — *Miscitare* est ap. *Cang.*

MĬSĔRĀBĬLĬTAS, atis, f. Miseratio. *Hilar. In Ep. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 80). Quod nec deceat scribentem summam miserabilitatem exprimere litteris. Cf. *Cang.*

MĬSĔRENS, tis, part. a Misereo. *Char.* p. 225. Et *Prisc.* p. 1078. Miserens tui.

MĬSĔRĬCORDISSĬMĒ, adv. superl. *Aug. Epist.* 149, *Paulino.* Susceptos suos per manus impositionem misericordissime offerunt potestati.

MĬSERTOR, oris, m. Qui miseretur. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 478. Fer pietatis opem misero, miserando misertor.

MISSA, æ, f. Officium divinum (gall. *messe*). *Ambr. Epist.* 5, 33. Missam facere cœpi. *Cassian. Cœnob. Inst.* 11, 15. Missam celebrare. *Paul. Petroc. Vit. S. Mart.* 4, 70. Præcedat missam miseratio : gratior hæc est. *S. Greg. Ep.* 1, 12. In eodem monasterio missas prohibeas celebrari. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 1. Plerumque missarum solennia celebrans. *Isid. Or.* 6, 19. Missa tempore sacrificii est quando catechumeni foras mittuntur. Cf. *Cang.*

MISSĬBĬLIS, e, adj. Qui mitti seu jaci potest. *Prisc.* p. 1254. Hic et hæc missibilis et hoc missibile. — *Missibilia* videbis ap. *Forcell.*

MISSŌRIUM, ii, n. Discus; concha quæ liquores capiebat. *Gloss. Isid.* Lances, missoria. *Gloss. vet. S. Genov.* Lancibus, missoriis. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 524, et t. VII, p. 561. Fercula, missoria. *Ennod. Epig.* 92, *in lemmate.* De missorio ubi imago ipsius est. *Ven. Fort. Vit. S. Germ.* 13. Incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens. *Id. Vit. S. Radeg.* 19. Parata mensa, missorium, cochleares, cultellos.... intromittebat. (Ubi *Mabill.* ait : Missorium nonnunquam designat donarium a principe missum, alias concham modicam, in qua aliquid liquoris reponitur.) *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 2. Ibique nobis rex missorium magnum, quod ex auro gemmisque fabricaverat, ostendit. (Inde emendandus videtur locus ap. *Epiphan. Hist. Eccl.* 10, 15. « Rursus Herodias vesanit, rursusque turbatur; denuo saltat, denuo caput Johannis in missorio concupiscit accipere. » Pro quo male exhibetur *in mensorio.*) *Gloss. arab. lat.* Missorium, discum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 342. Missorium, concha modica, ubi (*sic*) aliquid liquoris immittitur. — Pauca habet *Forcell.*

MISSUS, i, m. Christus. *Arn. Adv. Gent.* 2, p. 96. Religio nostra nunc nata est : nunc enim Missus advenit qui eam nobis ostenderet. *Isid. Or.* 7, 2. Missus dicitur eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum.

MITHRIDAX, MITHRIDAS vel MYTHRIDAS, f. Genus lapidis. *Solin.* 37. Mithridax sole percussa. (Sic etiam *Isid. Or.* 16, 4, ed. *Lindem.*) — Idem esse videtur lapis qui *Mithrax* ap. *Plin. H. N.* 37, 10.

MIXTĒ, adv. Mixtim. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, *Prol.* Prosequentes ordinem temporum, mixte confuseque tam virtutes sanctorum quam strages gentium memoramus.

MŎDĬCĬTAS, atis, f. Exiguitas (gall. *modicité*). *Ven. Fort.* 5, 6. Quid vero pro munere modicitas proferret? Cf. *Cang.*

MŎDIŎLUM, i, n. Vitellus. *Plin. Valer.* 1, 64. Quinque ovorum modiola (male mediola) cruda in vini hemina propinantur. — Cf. *Cang.* in v. MODIOLUS : « Hinc nostris *moyeu* pro *jaune d'œuf. Glossar. gall. lat.* ex cod. reg. p. 7684. *Moieuf d'œuf*, vitellus. » Et *Thom.* p. 597. « Vitellus, id est moiellus ovi. » Genus autem neutrum oritur a neutro *Modium.*

MŎDŬLANTER, adv. Modulate. *Gloss. Philox.* Modulanter, εὐρύθμως.

MŎDŬLO, as, are, a. Modulor. *Prisc.* p. 799.

MŒCHĀTIO, onis, f. Mœchia, adulterium. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *med.* Habentes oculos plenos mœchationibus. (Aliter in *Vulgat.* Oculos habentes plenos adulterii.) *Ib.*, *sub init.* Et mœchatio videatur esse sanctitatis velamento vestita.

MŒNIĀTUS, part. Vid. v. seq.

MŒNIO, as, are, a. Munire. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 569. Mœniare, communire, dictum a mœniis (*sic*), id est operibus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 366. Mœniare, circummunire. *Ib.* p. 363. Mœniatus, muratus.

MŒSTĬFĬCUS, a, um, adj. Tristificus. *Epitaph. B. Alcim. Aviti.* Quisquis, tristificum tumuli dum cernis honorem, Cespite concludi totum deflebis Avitum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 351. Mœstus : componitur mœstificus.

MŒSTUM, adv. Mœstiter. *Sen. tr. Œd.* 569. Ter valles cavæ Sonuere mœstum.

MŎLENDO, as, are, a. Molo. *Pompej. gr.* p. 473. Ecce prius dixit coquere panem, postea molendare triticum. (Item vetustissimum *Glossar. ms. Bibl. Imp.* n. 1180, *S. Germ.*, eumdem *Virgilii* locum exponens.)

MŎLĬTIO, onis, f. Molitura. *Ambr. Serm.* 29. Quod pistrinum sit, quive molitionis effectus. Cf. *Cang.*

MOLLĬFĬCO, as, are, a. Mollio (gall. *mollifier*). *Gloss. Cyril.* Ἁπαλύνω, mollifico, mollio. *Onomast. lat. gr.* Mollifico, μαλάσσω. — *Pseudo-Macer*, qui citatur, non flocci faciendus.

MOLLĬFLUUS, a, um, adj. Qui molliter fluit. *Serv. Centim.* p. 1822. Tremulum mare molliflua nitet aura.

MOLLĪGO, inis, f. Pars mollis in pane. *Marc. Emp.* 26. Molliginem ex vino optimo bibat.

MŌLON, onis, m. Moly. *Plin. H. N.* 26, 7, 29. Molon sæpe scapo est striato.

MŎLŎTIUS, ii, m. Genus lapidis. *Isid. Or.* 16, 4. Molocius veluti viridis et grandis invenitur in Ægypto. — Sic meliores. Quondam *melotius*. Equidem suspicor *molocius*, eodem sensu ac *molochinus*, nisi hoc ipsum verum sit.

MŌMENTĀNA, æ, f. Parva libra. *Isid. Or.* 16, 25. Sicut momentana pro parva modicaque pecunia. *Gloss. Isid.* Momentana duabus lancibus et uno in medio stilo æqualiter constat : est trutina modicæ pecuniæ. *Ibid.* Momentum, stilus quo momentana (male momentaria) inclinatur. Cf. *Cang.*

MŌMĒRIUM, ii, n. Irrisio. *Commod.* 59, 18. Das tibi momerium clarissima femina quondam.

MŎNĂCHĀLIS, e, adj. Monachicus (gall. *monacal*). *S. Greg. Ep.* 1, 33. Deo cui te sub monachali habitu devoveras. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Collect.* t. V, p. 181. Hic igitur monachale decus per sæcla nitescat. Vid. v. seq.

MŎNĂCHĪLIS, e, adj. Ad monachum pertinens. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 365. Monachicus, monasticus, monachalis, monachilis. *Cang.* citat : Monachile cingulum, monachile conjugium, etc.

MŎNĂCHUS, a, um, adj. Monachicus. *Paul. Nol. Ep.* 4. Fraternitatemque monacham..... fermentatis orbibus aut soluto pane distendat.

MŎNĂDĬCUS, a, um, adj. (μοναδικός). Singularis. *Cassiod. Instit. liber. Litt.* 4. Primus et simplex numerus est qui monadicam mensuram solam recipere potest. *Isid. Or.* 3, 5. Quia non habet communem numerum, nisi monadicum.

MŎNĀRIUM nomen, n. Monoptotum. *Prob.* in *Anal. gram.* p. 331. Sunt nomina monaria, utputa *cornu*. (Hoc idem est ap. *Mai.* t. V, p. 240.)

MŎNASTĒRIŎLUM, ii, n. Parvum monasterium. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 355. Cf. *Cang.* — Quod proferunt ex solis *Not. Tiron.*

MŎNASTĬCUS, a, um, adj. Monachicus (gall. *monastique*). *S. Greg. Epist.* 4, 43. Dignum moribus atque actibus monasticæ disciplinæ. *Bed. Hist. Eccl. Angl.* 5, 20. Monachicam sæculari vitam prætulit. Et vid. in v. MONACHILIS.

MŎNIĀLIS, e, adj. Monachicus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 355. (Exstitit gallica vox *monial*, ut videre est ex urbis nomine *Paray-le-monial.*)

MŎNŎCENTAUROS, i, m. Minotaurus. *Isid. Or.* 11, 3, 38. Monocentaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in Labyrintho fuisse inclusam. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Monocentaurus, homo caput habens bovis. — An *Minocentaurus?*

MŎNŎCHORDUM vel MŎNŎCHORDON, i, n. (μονόχορδος). Una chorda intensa. *Boet. Music.* 4, 4, p. 1443. Sed jam tempus est ad regularis monochordi divisionem venire. *Ib.* p. 1392 et 1445, et passim.

MŎNŌDIA, æ, f. (μονῳδία). Cantus unius vocis. *Isid. Or.* 6, 19. Quum unus canit, græce monodia, latine sincinium dicitur. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 568. Monodia, longum carmen. Et *Gloss. arab. lat.* in v. SICINIUM.

MŎNŌDIUM, ii, n. Monodia. *Diom.* p. 489. Si quando artifex monodio agebat, unam tibiam inflabat.

MŎNŎGĔNES, is, adj. m. (μονογενής). Qui natus est unicus. *Tert. Adv. Valent.* 7. Ita et ipse Pater dicitur, et initium omnium et proprie monogenes, quia prior genitus, quanto convenientius protogenes vocaretur? *Interp. Iren.* 1, 33. Ex primo angelo qui adstat Monogeni. *Id.* 1, 4.

MŎNŎMĂCHUS, i, m. (μονόμαχος). Singulo certamine pugnans. *Epiphan. Hist. Eccl.* 11, 15. Ariobindus fortissimum Persarum monomachum interfecit. Cf. *Cang.*

MŎNŎMĔTER, tra, trum, adj. (μονόμετρος). Qui constat uno metro vel duobus pedibus. *Prisc.* p. 1320. Iambici versus vel monometri sunt, ex duobus pedibus simplicibus conjunctis.

MŎNOPHTHONGOS vel MŎNOPHTHONGUS, a, um, adj. (μονόφθογγος). Qui unam vocalem habet. *Gloss. Placid.* p. 427. *Æditus*, qui ædis est custos : et scribimus cum diphthongo. *Editissima* vero loca monophthonga.

MŎNŎPHȲSĪTÆ, arum, m. pl. (μονοφυσῖται). Hæretici qui unam Christo substan-

tiam esse contendebant. *S. Greg. Ep.* 9, 60, et 10, 54.

MŎNOSCHĒMĂTISTUS, a, um, adj. (μονοσχηματιστος). Qui unius generis pedes habet. *Plot.* p. 2629. Monoschematistus dactylicus dicitur qui omnes pedes quinque dactylos habet. *Id.* p. 2632.

MŎNOSCHĒMUS, a, um, adj. (μονόσχημος). *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 529. Sedulius et de monoschemo versu, inter cetera, sic ait.

MŎNOSTRŎPHUS, a, um, et MŎNOSTRŎPHOS, on, adj. (μονόστροφος). *Mar. Vict.* p. 2502. Inter hæc sunt carmina quæ monostropha appellantur, quod duas periodos et eas pares habeant, neque epodo, ut alia, concludantur.

MŎNŎTĒS, etis, f. (μονότης). Unitas (Dei). *Interp. Iren.* 1. 5. Proarche inenarrabilis, quam ego monoteta voco. Cum hac monotete est virtus, etc.

MONSTRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui monstrat. *Boet. In Arist. De Interp. ed.* 2, p. 359. Hoc autem monstrativum est naturæ instabilis. *Id.* p. 540. Monstrativa propositio.

MONSTRĬGER, era, erum, adj. Monstrifer. *Salvian. Gub. D.* 5, 8. Illud quale, quam non ferendum atque monstrigerum!

MONSTRĬVŎRUS, a, um. Qui monstra vorat. *Commodian.* 13, 6. Terrenus utique fuit (Deus) et monstrivora natura.

MONTĬCELLULUS, i, m. Dimin. a v. Monticellus. *Pompej. gramm.* p. 106.

MONTIUS, a, um, adj. Montanus. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 184. Frequenter per omnes ordines perseverant, utputa Mons, montius vel montanus. Et *Pomp. gr.* p. 107. Mons, montius, montanus.

MŌRĀLĬTAS, atis, f. Quod ad mores pertinet; sensus moralis; morum sanctitas (gall. *moralité*). *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 3. Qui apostolici sermonis moralitatem adverterit. *Boet. Music.* 1, 1, p. 1371. Unde fit ut musica non modo speculationi, verum etiam moralitati conjuncta sit. *Pseudo-Cassiod. Amic.* 47. Qui suæ moralitatis favore omnes sibi conciliet amores. *Id. ibid.* Quia eum credebam sancta et suavi moralitate conspicuum. Cf. *Cang.* — Unicum *Macrobii* exemplum ad stilum pertinet.

MŌRĀLIUS, adv. compar. Juxta meliores mores. *Ambr. De Interpel.* 1, 1. Sed iste moralius, ille vehementius (fecerat). *Id. In Psalm.* 118, *Serm.* 1. Ut moralius dicamus. *Id. In Luc.*, *Præf.* Quis autem moralius secundum hominem singula prosecutus quam sanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta vivendi? — Qui sensus, sane præcipuus, in Lexicis deest. Idem *Ambros. Apolog. Dav.* 6. Quam moraliter me docuit!

MORBESCO, is, ere, n. Æger fio. *Ven. Fort.* 5, 5, *Præf.* Diutina tabe morbescente brutescens.

MORBĬFĬCUS, a, um, adj. Morbosus (gall. *morbifique*). *Boet. Arist. Top.* 6, 6, p. 718. Maxime manifestum, quod nunc dictum est, in salubribus et morbificis.

MORDĬCĀTĪVUS, a, um, adj. Mordicans. *Cœl. Aur. Tard.* 3, 8. Item dat mordicativum acetum.

MORDĬCO, as, are, a. Morsico. *Onomast. lat. gr.* Mordeo, mordico, δάκνω.

MŎRĬFĬCO, as, are, a. Moror. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Morificando, moram faciendo.

MŎRIO, is, ire, n. Morior. *Ven. Fort.* 9, 2, 51. Diversa est merces, funus tamen omnibus unum: Infantes, juvenes, sic moriere senes. — Sed opt. ed. Rom. habet *senex*, et in marg. *senes*. Illud malim, ne monstrum verbi agnoscamus. Scilicet: Infantes, juvenes (mortui sunt); sic moriere, senex. *Morio* tamen pluribus exemplis firmatur ap. *Cang.*

MORSĬCĀTIO, onis, f. Crebri morsus. *Fest.* Minutio (male Munitio), morsicatio ciborum.

MORTĀRIŎLUM, i, n. Parvum mortarium. *Vulg. Num.* 7, 14. Mortariolum ex decem siclis aureis. *Ibid.* sæpius. *Hier. Ep.* 2, 12, *Ad Nepotian.* Patellas, scyphos, mortariola, et cetera. Cf. *Cang.*

MORTĬCĪNUM, i, n. Caro morticina. *Vulg. Lev.* 11. Morticina vitabitis. *Ibid.* sæpius. Cf. *Cang.* || Translate. Lues, pestis. *Vulg. Num.* 19, 13. Qui tetigerit humanæ animæ morticinum. *Ib. Jerem.* 16, 18. Qui contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum. *Alc. Avit. Ep.* 6. Expulisti morticinum dogmatis alieni.

MORTĬGĔNA, æ, m. f. Mortis auctor.

Poet. ap. *Grut.* p. 1163. Nam sub mortigenæ quidam latuere gehennæ Verbere.

MŌTĀBĬLIS, e, adj. Mobilis, animatus. *Vulg. Gen.* 1, 21. Creavit Deus omnem animam viventem atque motabilem.—Adv. *Motabiliter* est ap. *Cang.*

MŌTĪVUS, a, um, adj. Mobilis. *Onomast. lat. gr.* Motivus, κινητός. Cf. *Cang.*—Unde gall. *motif.*

MŎVENTER, adv. Apte ad movendum. *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 107. Moventer hoc argumento utitur.

MOZICIA, æ, f. Quæ inter *vasa repositoria* recensetur. *Isid. Or.* 20, 9. Mozicia, quasi modicia, unde et modicum, *z* pro *d*, sicut solent Itali dicere *hozie* pro *hodie.* (Sic *Lindem.* ex melioribus libris. Vulgo, *Mozica quasi modica.*) Cf. *Cang.*

MŪCĬLĀGO, inis, f. Mucosus liquor (gall. *mucilage*). *Th. Prisc.* 4, 1. Qui sanguinem vel mucilaginem adsellant.

MŪCĬLENTUS, a, um, adj. Mucosus. *Cæl. Aur. Tard.* 3, 1. Humore mucilento per nares, etc. Et *Th. Prisc.* 4, 2.

MULCĀTOR, oris, m. Verberator. *Gloss. Plac.* p. 483. Mulcator corporis, qui corpora afficit vel cruciat. *Gloss. Paris.*, *Gloss. Hildeb.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 534. Mulcatores, peremptores. Etiam *Thom.* p. 345.

MULCĒTRA, æ, f. (mulceo). Herba aliter dicta Heliotropium. *Apul. Herb.* 49.

MULCTOR, oris, m. Qui permulcet. *Gloss. Placid.* p. 484. Mulctor (male Mulcator), delinitor, compositor : mulcere enim delinire est.

MŬLIĔRO, as, are, n. Effeminor. *Onomast. lat. gr.* Muliero, γυναικίζω. (An *mulieror?*)

MULSUS, a, um, part. a Mulceo. *Diom.* p. 363. Mulceo, mulsi; in patiendo autem mulsus.

MULTIANGŬLUM, i, n. Polygonum. *Boet. Arithm.* 2, 24, p. 1340. Ad primum multiangulum ejus generis. *Ibid.* In omnibus ab omni multiangulo progredientibus. *Id.* p. 1339.

MULTĬBARBUS, adj. m. Qui multum barbæ habet. *Onomast. lat. gr.* Multibarbus, πολυγένειος.

MULTICLĪNĀTUM, i, n. Polyptotum. *Carm. de Schem.* p. 72. Multiclinatum contra, variantiu' quod sit. — Cf. DIVERSICLINUS.

MULTIFLŌRUS, a, um, adj. Qui multos flores habet. *Isid. Or.* 17, 9. Fulvum (cardamomum), multiflorum, purpureum, tenue, odoris rosei, etc.

MULTĬJŬGUM, i, n. Polysyndeton. *Carm. de Schem.* p. 68. Multijugum dico, articulis quod pluribu' jungo.

MULTĬLĂTĔRUS, a, um, adj. Qui multa latera habet. *Boet. Geom.* 2, p. 1489. Multilatera (figura) quæ sub pluribus, quam quatuor, lateribus continetur. — Vocem *Furlan.* addidit, nec satis confirmavit.

MULTĬLŎQUAX, acis, adj. Multiloquus. *Gloss. Cyril.* Πολύλαλος, multiloquax, verbosus. — Unicum *Plauti* exemplum pro incerto datur.

MULTĬMŎDĒ, adv. Multis modis. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 116. Ratio quoque multimode dicitur. *Id.* p. 647. — Incerta verbi lectio ap. *Cic.*

MULTĬPĔDA, æ, f. Regula quæ longam pedum seriem indicat. *Hyg.* in *Gromat. vet.* p. 190. Has deinde umbras pro portione ad multipedam in tabula describemus.

MULTĬPLĬCANDUS (scil. numerus), m. *Boet. Geom.* 1, p. 1519. — Gall. *multiplicande.*

MULTĬPLĬCĀTĪVUS, a, um, adj. Qui multiplicat. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 27. Species vero divisæ generis quodam modo et multiplicativæ. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Multiplicativi numeri. — Gall. *multiplicatif.*

MULTĬPLĬCĀTOR (scil. numerus), m. *Boet. Music.* 2, 27, p. 1412. Antequam his ternarius multiplicator accederet. *Id. Geom.* 1, p. 1517. Minor majoris multiplicator exsistit. *Ibid.* p. 1919, non semel. — Gall. *multiplicateur.*

MULTIPLĬCIOR, us, adj. compar. *Boet. De Unit.* p. 1275. Quanto (unitas) remotior fuerit a prima unitate, tanto erit multiplicior et compositior. *S. Greg. Ep.* 9, 61. Dum adhuc multipliciora concedat. *Bed. De Numer.* t. I, p. 161. Si multipliciores sunt divisore.

MULTĬPLĬCĬTAS, atis, f. Multiplex quantitas (gall. *multiplicité*). *Boet. In Porphyr.*

1, p. 54. Quod si est quidem genus et species, sed multiplex neque unum numero, non erit ultimum genus, sed habebit aliud super se positum genus, quod illam multiplicitatem unius sui nominis vocabulo concludat. *Id. Arithm.* 1, 23, p. 1311. Quum autem naturaliter multiplicitas et submultiplicitas infinita sit. *Id.* p. 1375, 1397, 1545, et passim.

MULTIPLUS, a, um, adj. Multiplicatus (gall. *multiple*). *Boet. Arist. Topic.* 2, 3, p. 677. Dicitur triplum quidem ad subtriplum, multiplum autem ad submultiplum. *Id.* p. 720. Nam duplum et multiplum non eadem significant.

MULTĬVŎCUS, a, um, adj. Qui pluribus vocibus indifferenter designatur. *Boet. In Arist. Prædicam.* 1, p. 115. Alia quæ diversis nominibus nuncupantur.... ut *gladius, ensis.* Hæc enim multa sunt nomina, sed id quod significant, una definitione declaratur : et hoc vocatur multivocum. (Quem locum citat *Johan. Sarisber. Metal.* p. 847. Ubi recte : *ut ensis*, mucro, *gladius.*) *Id.* p. 118, et 1123, et passim.

MUNDĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui mundat. *Plin. Val.* 2, 25. Item mundatorium cholerum (l. cholerarum) et provocatorium ventris.

MUNDĬBURDIUM et MUNDĬBURNIUM, ii, n. Defensio, tutela. *Diplom. Chlodov.* (an. 497) ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 30. Sub nostra emunitate et mundiburdio maneat. *Ib.* p. 32. Sub nostra nostrorumque regum successorum tuitione et mundiburnio. *Chart. Pipini reg.* (an. 765) ap. *Cang.* Sub regum mundiburnio in sæculo manere decerno. — Vet. gall. *mundeburde*, *mundeburgie, mainburnie.*

MUNDĬFĬCO, as, are, a. Mundo (gall. *mondifier*). *Cassiod. De Anim.* 11. Isti qui te cœlesti conversatione mundificant.

MUNDĬVĂGUS, a, um, adj. Qui in mundo errat (translate), levis. *Inscr.* ap. *Gruter.* p. 1174. Mundivagis penitus nullis illectus habenis.

MŪNĔRĀRIUS, a, um, adj. Ad munus vel largitionem pertinens. *Cassiod. Var.* 6, 7. Sed huic, ut ita dicam, munerariæ dignitati præconem largitatis nostræ.... adjungimus. — Apud *Forcell.* de ludis gladiatoriis tantum dicitur : et quidem rectius. || Largus, liberalis. *Gloss. vet. S. Genov.* Munerarius, qui munera dat. (Item *Gloss. Vat.* t. VI, p. 534.) *Gloss. Cyril.* Φιλότιμος, ambitiosus, munerarius, liberalis. *Ibid.* Χαριστικός, munificus, munerarius. *Gloss. Philox.* Munerarius, φιλότιμος. Cf. *Cang.*

MŪNĬDĀTOR, oris, m. Qui munera dat, munificus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2928. Admodum largus munidator.

MŪNĬFĬCENTIOR, us, adj. compar. *Eucher. Epist. ad Valerian.* p. 302. Si in quoquam suspiciendam largitatem credebas, illo nihil munificentius. — Notus est superlat. *munificentissimus.*

MUNĪTIUM, ii, n. Munitio. *Isid. Or.* 15, 9. Munitium (male Munitum) vel Munimentum dictum quod manu est factum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 343. Hoc municium. Unde in libro Regum quarto : Rex Assyriorum non ingredietur urbem hanc, nec circumdabit eam munitium. (In *Vulg.* 4. *Reg.* 19, 32, legitur : Nec circumdabit eam munitio.) Cf. *Cang.*

MŪNĪTIUNCŬLA, æ, f. Parva munitio. *Vulg.* 1. *Macch.* 16, 15. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam. *Thom.* p. 343. Munitio, munitiuncula.

MŪRÆNA, æ, f. Monile. *Isid. Or.* 19, 31. Muræna vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulis lentescente quædam ordinis flexuosi catena contexitur, in similitudinem murænæ serpentis.—Quem sensum, hic omissum, exhibent in v. *Murænula.*

MURGISO vel MURGISSO, onis, m., et MURGISSOR, oris, m. *Fest.* Murgisonem dixerunt a mora et decisione. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Murgiso, callidus murmurator. (In *Gloss. Paris.* male scribitur *Murgiro.*) *Gloss. Vat.* t. VI, p. 534. Murgis (*sic*), callidus, murmurator, fallax. Murgisso, callidus, veterator, murmurator. *Gloss. Plac.* p. 484. Murgissor, irrisor, lusor. *Thom.* p. 362. Mumurcones, murmuratores, mugissores (*sic*), mussitatores. — Paucula habet *Forcell.*

MŪRĬCUS, a, um, adj. Murinus. *Ven. Fort.* 1, *Præf.* Inter illos egomet non musicus poeta, sed muricus.

MŪRĬLĔGUS, i, m. (mus, lego). *Gloss.*

Isid. et *Gloss. Pith.* Murilegus, catus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pilax, murilegus, catus. *Thom.* p. 362. Murilegus, catus qui legit, i. e. colligit mures. Cf. *Cang.*

MŪRO, as, are, a. Mœnibus claudo (gall. *murer*). *Epiphan. Hist. Eccl.* 12, 2. Quia eam (civitatem) muravit Alcibiades.

MURRIŎLA, æ, f. Myrrhatum vinum. *Fest.* Murrina, genus potionis, quæ græce nectar. Hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinum.

MŪSĀRĀNEUS, i, m. Pusilli quadrupedis genus (gall. *musaraigne*). *Isid. Or.* 12, 3. Musaraneum, cujus morsu aranea moritur. *Gloss. Philox.* Musaraneus, μυγαλῆ.

MUSCIO, onis, m. Culex. *Gloss. S. Germ.* Culice, muscione. *Gloss. arab. lat.* Muscio (male Mussio) est qui in vino nascitur. — Gallice verba *mouche*, *moucheron*, sibi respondent, ut latine *musca, muscio.*

MUSCOR, aris, ari, p. Musco inducor. *Onomast. lat. gr.* Muscari, βρυοῦσθαι.

MŪSĬCOR, aris, ari, d. Ad musicum sonum accommodo. *Palæm.* p. 1378. Etenim studium fuit omnibus musicari latinitatem, et id addere quod in aures laberetur, id demere quod rancidius offenderet auditum. Cf. *Cang.* — Unde nostrum recentius verbum *musiquer.*

MUSSĬTĀTOR, oris, m. Murmurator. *Vulg. Isai,* 29, 24. Mussitatores discent legem. Et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 362.

MUSSĪTUS, us, m. Mussitatio. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 81. Tinnitus, mugitus, ululatus, hinnitus, mussitus.

MUSTĒLĀRIUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 362. Mustellarium (*sic*), fossa mustelæ. — *Mustella*, ut *querella*, scripserunt seriores.

MUSTRĬCŬLA, æ, f. Muscipula. *Gloss. Isid.* Mustricola (*sic*), machina ad stringendos mures. Sic et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 362, nisi quod habet Mustricula.

MUSTUS, i, m. Antique pro Mustum. *Prisc.* p. 711.

MUT, adv. Mu. *Char.* p. 214. Mut non facere audet, ut apud Apuleium Platonicum de Proverbiis scriptum est libro secundo. (*Keil* edidit *mutmut.*) — Idem *Char.* exhibet *mu*, p. 213, quod dat *Forcell.*

MŪTUĀTICIUS, a, um, adj. *Onomast. lat. gr.* Mutuaticius, δανειστός. — Unicus *Gellii* locus varia lectione infirmatur.

MYŌTĂCISMUS, i, m. (μυωτακισμός). Frequentior repetitio *m* litteræ. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 15. Myotacismos et hiatus litterarum relinque.

MӮRIAS, adis, f. (μυριάς). Decem millia (gall. *myriade*). *Interp. Iren.* 1, 23. Sed unum a mille, et duo a myriadibus. *Bed. De Num.* t. I, p. 115. Mille decies multiplicatus myriadas facit. *Ibid.* sæpius.

MYRMĒCŎLEON, ontis, m. Insecti genus (*formica-leo* vel *fourmilion*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 367. Myrmicoleon (*sic*), myrmicarum leo. Cf. *Cang.*

MYRRHIŎLA, æ, f. Vid. MURRIOLA.

MYRSĒTUM, i, n. Herbæ genus. *Onomast. lat. gr.* Myrsetum, ἱππομάραθρον. (Scil. *grande espèce de séséli.*)

MYRTĀRIA, æ, f. Locus myrtis consitus. *Porphyr.* ad *Hor. Epist.* 1, 15, 5. Myrteta vulgo myrtarias dicunt. (An *myrtaria*, neutro genere, ut *rosetum* et *rosarium?*)

MӮRUM, i, n. (μύρον). Unguentum. *Vulg. Judith,* 10, 3. Lavit corpus suum et unxit se myro optimo.

MYXARIUM, ii, n. (μυξάριον). Prunum Damascenum (seu pruni genus gallice dictum *sébeste*). *Cassian. Coll. Patr.* 8, 1. Apposuit myxaria bina, caricas singulas. — Quæ a *Plinio* dicuntur *myxa* (pl.) et *myxæ*; gr. μύξον.

MYXŎLӮDIUS, adj. m. Unus ex modis musicis. *Boet. Music.* 4, 14, p. 1465; 4, 16, p. 1469.

N

NABLUM, i, n. Nablium (hebr. *nebel*). *Vulg.* 1. *Paral.* 15, 28. Cymbalis et nablis et citharis concrepantes. (Vox in *Vulg.* quater occurrit, sed ubique *nablis.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 385. Nablum, psalterium. Et *Not. Tir.* ap. *Furlan.* — De verbo tamen nihil ausim affirmare. Certe in *Gloss. Paris.* Nablium, psalterium.

NAPHTHA, æ, f. (νάφθα). Naphthas. *Plin.* 24, 101. Herba cujus radix e longinquo concipiat ignes, ut naphtha, de qua in Terræ miraculis diximus. *Id.* 35, 51. Sunt qui et naphtham, de qua in secundo diximus volumine, bituminis generibus adscribant. *Amm. Marcel.* 26, 6, 16. Hic et naphtha gignitur, picea specie, glutinosa, similis ipsa quoque bitumini. Etiam *Naphtha* est in *Gloss. Vat.* t. VII, p. 569, et *Napta* in *Gloss. vet. S. Genov.* — *Naphthas,* quod *Forcell.* exhibet, neutro genere proferri debet, non masculino. *Prob.* p. 1473. Hoc Thuria.... hoc naphthas, hujus naphthæ, genus olei cedro simile, sicut Sallustius Historiarum in quarto. *Id.* p. 1475. Hoc naphthas, hujus naphthæ.

NĀPŎCAULIS, is, m. Genus oleris. *Isid. Or.* 17, 10. Napocaulis ex duobus oleribus compositus, etc.

NARDĬFĬCO, as, are, n. *Gloss. arab. lat.* Nardificat, fragrat. — Nescio an verior sit activus sensus : nardo perfundit.

NĀRIO, onis, m. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Nario, subsannans. *Thom.* p. 384. Nario (male Narius), subsannator. — Eodem sensu *Cachinno, onis.*

NĀRĬPŪTENS, tis, adj. Qui ex naribus putet. *Epigr.* in *Anthol.* t. II, p. 468. Accipe, nariputens, oris latrina, Philippe. — Ne versus peccet, *Furlan.* conjicit *nariputrens.*

NĀRIUS, m. Vid. NARIO.

NARRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui narrat. *Empor.* p. 308. Mihi enim videtur narrativum aliquid posse misceri exemplum. — Notum est adverbium *Narrative.*

NĀSĀLE, is, n. Tegmen quod nasum tuetur. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Nasale, ornamentum equorum. Etiam *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 384. — De parte galeæ dictum ap. *Cang.*, quam antique dicebamus *nasal.*

NĂTĀBĬLIS, e, adj. Qui natare potest, qui natat. *Boet. In Top. Cic.* 3, p. 805. Ad ambulabile, reptibile, volatile, natabile genus (pertinet). — Proprium sensum Lexica ignorant.

NĂTĀTRIX, icis, f. Quæ natat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 369.

NATTA, æ, m. Matta. *Greg. Tur. De Vitis Patrum,* c. 18 (ap. *Cang.*). Illud quod intextis junci virgulis fieri solet, quas vulgo nattas vocant. *Glossar. Paris.* Psiathium (male Psyatium), natta. — Corruptam, sed pervulgatam vocis formam testificatur gallicum v. *natte.* Cf. *Cang.*

NĀTŪRĀLIUS, adv. compar. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 7. Proprio tamen, id est risibili, quod solus habet homo, naturalius substantialiusque dividitur. *Id.* p. 285. Quod bonum est, naturalius habet bonum esse quam non esse malum.

NAUFRĂGĀTUS, a, um, part. Naufragus (gall. *naufragé*). *Gloss. S. German.* Exornatus, eversus, naufragatus.

NĀVANTER, adv. Gnave. *Cassiod. Var.* 2, 23. Operam navanter impendite. *Ib.* 7, 7, et 8, 23, eadem verba occurrunt.

NĀVARCHIUS, a, um, adj. Ad navarchum pertinens. *Cod. Theod.* 13, 5, 20. Nec navarchiæ obnoxius functioni.

NĀVĬCELLA, æ, f. Navicula (gall. *nacelle*). *Fulg. Exposit. Serm. ant.* p. 562, ed. *Mercer.* Oriam dicunt navicellam modicam piscatoriam. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 531. Lembus, navicella non grandis. *Thom.* p. 382. Navicella, navicula, raticula, puppicula, etc. Cf. *Cang.* — Vocabulum recte *Marciano Jct.* asserendum.

NĀVĬCŬLOR, aris, ari, d. Navigo. *Onomast. lat. gr.* Naviculor, navigo, πλέω. — Hoc litem editorum dirimat, qui *Martialis* locum (3, 20) in diversa trahunt : « An, æstuantes jam profectus ad Baias, Piger Lucrino naviclatur in stagno? » Libri et edd. pr. *naviculatur*, omissa, ut sæpe, syncopa. Recte *Pulmann.* anapæstum abjecit, reposuitque *naviclatur*. Nunc vero invaluit lectio *nauculatur*, quod habent aliquot codices, sed ne unum quidem dat Glossarium.

NĀVĬGĀBĬLIS, e, adj. Qui navigare potest, qui navigat. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 34. Nam si homo navigat, potest dici animal navigabile. — Activus sensus Lexicis ignotus. Sic apud seriores *ambulabilis*, *gressibilis*, *latrabilis*, *risibilis*, etc.

NEĀNISCŎLŎGUS, i, m. (νεανισχολόγος, etsi ignotum). Qui juveniliter loquitur. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 8, 191. « Planipedes audit Fabios. » Nobiles neaniscologos.

NĔCĀTIO, onis, f. Occisio. *Isid. Or.* 5, 26. Quasi hominis quædam necatio.

NECTĂREUM, adj. n. pro adv. Dulce. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 320. Nectareum ridens late splendet Cytherea.

NECTUS, a, um, part. Necatus; et peculiariter Mersus, submersus (unde gall. *nayé*, *noyé*). *Inscr. chrét. de la Gaule*, ed. *Le Blant*, t. I, p. 15. Eufronia.... naufragio necta. (Quod participium in nullo certo exemplo comparet, etsi a grammaticis agnoscitur.) *Diom.* p. 362. Neco, *necui*. Verumtamen et *necavi* legimus, ut *nectus*, *necatus*. Et hoc differre malunt : necui, quasi suffocavi; necavi, ferro occidi. *Prisc.* p. 861. *Necatus* ferro, *nectus* alia causa. *Thom.* p. 371. *Nectus* dicitur qui in aqua tantum mortuus est; *necatus* vero aliqua alia vi occisus. — De hoc peculiari sensu verbi *necare*, vid. quæ citat eruditus christianarum Galliæ Inscriptionum editor. Adde *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 105. Alii a dæmone correpti, nonnulli in flumine Garumna necati. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 193. Confractis per littora navibus sunt necati. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 187. Dum currus celeres Egyptiorum (*sic*), Junctis equitibus gravique turba, Rubri marmoris enecat fluentis. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 52. Alias enecat, alias incendio tradit. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 21. Eos iisdem aquis præcipites dari necarique præcepi. (Priscam apud nos pronuntiationem *nayer*, in aliquot provinciis etiamnum superstitem, testatur præstantissimus noster comicus *Molière*, in fabula dicta *Le Festin de Pierre*, a. I, sc. 1. « *Ç'auroit esté dommage qu'il eust été nayé!* »)

NĔFANDĀRIUS, a, um, adj. Qui nefanda perpetrat. *Not. Tir.* ap. *Furlan.* Nefas, nefandus, nefandarius. *Gloss. Isid.* Nefandarius (omissa interpretatione).

NĔGĀBUNDUS, a, um, adj. Qui negat. *Onomast. lat. gr.* Negabundus, ἔξαρνος.

NĔGĀTĪVĒ, adv. Cum negatione (gall. *négativement*). *Cassiod. Dialect.* p. 578. Tertia figura habet sex modos, qui affirmative vel negative, sed particulares facient conclusiones. *Boet. In Cic. Topic.* 5, p. 827. Sive affirmative, sive negative, ita eam (propositionem) reddit assumptio. *Id.* p. 481 et 626, et passim.

NĔGO, as, are, a. Apud recentiores pro v. Neco. (Cf. *Cang.* in v. NECARE.) *Gloss. Hildeb.* Trucidat, jugulentat, negat.

NEPHRESIS, is, f. Nephritis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 385. Nephresis, renium dolor. Dicitur etiam neuphresis. *Id.* p. 384. Neuphresis.

NEPHRETĬCUS, a, um, adj. Nephriticus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 384. Nephreticus (male Neuphreticus), qui dolorem laterum patitur. *Id.* p. 378. Neuphreticus.... Unde Macer de Viribus herbarum : Idem neuphreticis elixum sumere jussit.

NEPHRĪTĬCUS, a, um, adj. (νεφριτικός).

Qui nephriti laborat. *Mart.* 11, 28. Invasit medicum sica nephriticus, Aucte. (Alii : *medici Nasica phreneticus Aucti.*) *Cœl. Aur. Tard.* 5, 1. Interiores musculi ex exterioribus dolorem accipiunt, tanquam in nephriticis. Vid. v. præced.

NĔPŌTĀTIO, onis, f. Nepotatus, nequitia. *Isid. Or.* 10, *litt. N.* Hinc quoque nepotatio pro luxuria. *Thom.* p. 384. Nepotatio, luxuria vel prodigalitas.

NĔQUITO et NĔQUITOR. (Quæ verba e Lexicis eradenda, ostendisse videor in v. INQUIETOR.)

NERVĬCEUS, a, um, adj. Nervinus. *Vulg. Judic.* 16, 7. Septem nerviceis funibus.

NERVĬCŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Nervicus, nervicosus, fortis. *Thom.* p. 385. Nervicus et Nervicosus pro fortis dicitur. *Ibid.* Nervosus, nervicosus, firmus, stabilis, insolubilis.

NERVĬCUS. Vid. v. præced.

NERVŌSĬTAS, atis, f. Nervi (*le système nerveux*). *Cœl. Aur. Tard.* 1, 4, 73. Patitur enim communiter omnis nervositas. *Ibid.* 5, 1, 21. Quo magis vexata nervositas geminet causam. *Ib.* 1, 6, 106.

NESCĪBĬLIS, e, adj. Qui nesciri potest. *Boet. In Arist. De Interp. ed.* 1, p. 266. Aliquid inopinabile, vel ignorabile, vel nescibile.

NESTIS, idis, f. (νῆστις). Intestinum jejunum. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 10, 100. Sin vero in nestide fuerit collectio. *Ibid.* 4, 6, 86, et passim.

NEUPHRESIS, NEUPHRETĬCUS. Vid. NEPHRESIS, NEPHRETICUS.

NEURAS. Vid. NEVRAS.

NEUTROPASSĪVA verba, n. pl. *Prisc.* p. 932 (ut *gaudeo, audeo, soleo,* etc.).

NEVRAS, adis, f. (νευράς). Herbæ cujusdam nomen. *Plin. H. N.* 21, 105, 3; 25, 76, 1; 27, 97, 1.

NEXUŌSUS, a, um, adj. Qui nectit et implicat. *Cassiod. Var.* 11, 40. Sic et sauri, argutum piscium genus, a velocitate nominati, quum se in insidias nexuosas impulerint, etc. || Translate. *Claud. Mam. Stat. An.* 2, 6. Nexuosissimæ quæstionum minutiæ.

NICTANTER, adv. Nictantibus oculis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 372. Nictanter, id est vigilanter. Unde in primo Annalium libro Josephus : Nictanter primis custodiis assistentes, dormientes occiderunt. (Vetus sane Josephi versio, quæ in codice septimi sæculi exstat.)

NĬGELLA, æ, f. Melanthium (gall. *nielle cultivée*). *Onomast. lat. gr.* Nigella, μελάνθιον. Cf. *Cang.*

NIGRĔFĪO, is, ieri, p. Nigresco. *Theod. Prisc.* 1, 5. Quandiu oleum pinguescat et nigrefiat.

NIGRŎMANTIA, æ, f. Necromantia. *Gloss. vet. S. Genov.* Nigromantia, mortuorum divinatio. Cf. *Cang.*

NIMIDA vel NIMIDUS, adj. m. (*celt.* nemet, nemed, nimid). Sacer, sanctus; seu silva, silvestris. *Inscr. Musei Tolos.* (cf. *Journal général de l'Instruction publique,* 11 *mai*, 1861). Silvano deo et montibus nimidis. *Cang.* in v. NIMIDA : « Indiculus superstitionum et paganiarum, in Concilio Liptin. ann. 743 : De sacris silvarum, quæ *Nimidas* vocant. » Quod in supra memorato diario citatur, addito etiam hoc exemplo, ex *Chartular.* an. 1031 : « Silva, quæ vocatur *nemet.* » Cf. VERNEMETES, quod scripsit *Ven. Fortun.* et exhibet *Forcell.*

NINNĀRIUS, ii, m. *Gloss. Isid., Gloss. Pith.* et *Thom.* p. 384. Ninnarius, cujus uxor mœchatur et tacet. *Gloss. Paris.* Ninarius (*sic*), murio (*sic*), cujus uxor mœchatur et tacit (*sic*). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 535, et t. VII, p. 570. Ninnarius, morio, cujus uxor mœchatur et tacet. (In hoc legitur *murro.*) *Gloss. arab. lat.* Ninnarius, mirio : cujus uxor mœchatur; ipse tacet. (Quod recte conjecerat *A. Mai.* ad *Gloss. Vat.*) — Vox incertissima ap. *Cang.* v. MINNARIUS. Aliter enim *mimarius, minarius, nimmarius, nimnarus.*

NĪTĬTO, imperativus futuro tempore, a vetusto verbo *Nito*, pro *Nitor. Diom.* p. 330. Nonnulli veterum etiam activo more tempus futurum imperativo modo ex verbis quoque passivis declinantes usurpaverunt, ut Tullius, in dialogis de Republica, *Nitito*, quum *Nitor* sit positio verbi. (Pervetustam legem Tullius referebat.)

NĪTO, is, n. Vid. v. præced.

NĪTŪRA, æ, f. *Gloss. Isid., Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 535. Nitura, geni-

tura. — Corrupte scriptum seu dictum, ob proximam vocem *genitura*, ut mihi videtur, quum debeat esse *Nixura* vel *Nisura*. Et *Græv*. emendari vult *nisura*.

NĪVEO, es, ere, n. Nivesco. *Ven. Fort*. 8, 12, 12. Coccinus hinc rubicat, lacteus inde nivet. *Vita S Eulog*. ap. *Cang*. Sacerdotes miro candore niventes.

NĪVĪTOR, aris, ari, d. Ninguit. *Gloss. Cyril*. Χιονίζομαι, nivitor.

NIXA, æ, f. Vid. v. COQUIMELLA. (Et cf. *Cang*.)

NIXĀBUNDUS, a, um, adj. Subnixus, fretus. *Jul. Valer. Alex. Ort*. 11. Quicumque illa dea vivunt nixabundi.

NŎCENDUS, a, um, part. p. Lædendus. *Hilar. In Epist. ad Galat*. (*Spicil. Solesm*. t. I, p. 94). Qui existimant indiscrete nocendos esse eos qui nobis alieni a fide. — Aliqua exempla passivi habet *Forcell*. Cf. *Prisc*. p. 1189. Noceo *tibi* et *te*. *Pelag*. ap. *Aug. De Gest. Pelag*. 33. Quod peccatum Adæ solum ipsum nocuerit, et non genus humanum.

NŎCEO, es, ere, a. Vid. v. præced.

NŎCĪBĬLĬTAS, atis, f. Nocentia, damnum. *Hilar. In Epist. ad Galat*. (*Spicil. Solesm*. t. I, p. 61). Omnia quæ ad alterius pertinent nocibilitatem. *Ibid*. p. 63. Ad propinqui nocibilitatem. *Ibid*. p. 89. A nocibilitate aliorum se continet. Conf. *Cang*.— Gall. *nuisibilité*.

NŎCĪVĒ, adv. Nocenter. *Ven. Fort. Vit. S. Mart*. 3, 311. Innocuam pecudem desiste agitare nocive.

NOCTIĀNUS, i, m. Excubitor. *Gloss. Cyril*. Νυκτιφύλαξ, noctianus, nocte custos, vigil.

NOCTĬFŬGA, æ, adj. Qui noctem fugit. *Onomast. lat. gr*. Noctifuga, νυκτοφυγῶν (*sic*). — Græcum verbum Lexica non habent.

NOCTĬLŪCUS, a, um, adj. Qui noctu lucet. *Hilar. Genes*. v. 77. Noctilucum lumen pascit sata sidera luce. (Tertia syllaba male correpta in v. NOCTILUCUM.)

NŌLA, æ, f. Vid. in v. CAMPANA. (Et cf. *Cang*.)

NŌLUNTAS, atis, f. *Gloss. vet. S. Genov*. Noluntas a nolo, sicut Voluntas a volo. *Gloss. arab. lat*. Noluntas, ab eo quod nolumus. Cf. *Cang*. — De vocabulo hactenus dubitabant. Nolim tamen *Merulæ* ejusque *Calpurnio* patrocinari.

NŌMĬNŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid*. Nominosus, famosus, celeber. *Thomæ Thes. nov Lat*. p. 383. Nominosus, famosus, nominatus, celebratus.

NŌNĀGESSIS, is, m. Nonaginta asses. *Prisc*. p. 1356; *Bed. De Numer*. t. I, p. 101.

NONCUPLUS, a, um, adj. Qui novies quantitatem aliquam continet. *Boet. Music*. 2, 4, p. 1395. Octuplus, noncuplus, decuplus. *Bed. De Ration. Calcul*. t. I, p. 153. Octupli, noncupli, decupli. (Quum autem legatur *nonecupli*, non absurde conjicias *novemcupli*.) Vid. NOVEMCUPLUS.

NONGĒNI et NONGENTĒNI, æ, a, adj. pl. Nonageni. *Prisc*. p. 1353.

NŌNINGĒNĀRIUS et NŌNINGENTĒNĀRIUS, a, um, adj. Noningentesimus. *Prisc*. p. 1355.

NŌNŌ, adv. Nono loco. *Cassian. Cœnob. Instit*. 4, 39; *Cassiod. De Anim*. 12.

NORMĀTIO, onis, f. Denormatio. *Frontin*. in *Grom. vet*. p. 31. Facta normatione.

NORMŬLA, æ, f. Parva norma. *Boet. Geom*. 2, p. 1524. Secundum præcepti nostri normulam. — Quod ex *Not. Tir*. solummodo notum erat.

NŎTĀMEN, inis, n. Indicium (ut ait *Hor. A. P*. 49), designatio. *Diom*. p. 306. Nomen autem dicitur quod unamquamque rem monstret aut notet, quasi notamen, media syllaba per syncopen subtracta. Cf. *Cang*.

NŌTIUNCŬLA, æ, f. Parva notio. *Gloss. Cyril*. Ἐπισημασία, notiuncula, significatio.

NŎVĀCŬLUM, i, n. Novacula. *Gloss. Cyril*. Ξυράφιον, novacula. Ξυρόν, novaculum. *Gloss. Philox*. Novaculum, ξυρόν. *Thom*. p. 383. Novaculum, rasorium.

NŎVEMCUPLUS, a, um, adj. Noncuplus. *Boet. Music*. 2, 3, p. 1416. Novemcupli omnes diagonii. Vid. NONCUPLUS.

NŎVEMPĔDĀLIS, e, adj. Qui novem mensurales pedes habet. *Bed. De Num*. t. I, p. 101. Novempedalia, decempedalia, centipedalia.

NŎVĒNNĀLIS, e, adj. Novennis. Vid. DECEMNOVENNALIS. (Etsi exempla desunt, *Novennalis* dici debuit : quod ex composito adjectivo patet.)

NŎVENNIUM, ii, n. Novem annorum spatium. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 14. Novennis, unde Hoc novennium.

NŎVIESDĔCIES, adv. Decies et novies. *Prisc.* p. 1355.

NOXĪLIS, e, adj. Noxialis. *Gloss. Isid.* Noxilis, nocens. *Gloss. vet. S. Genov.* Noxilis, nocuus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 535. Noxilis, nocivus.

NŪBESCO, is, ere, n. Nubilo, obscuror. *Incert. Fragm. oratorium* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. I, p. 43. Vos autem, prasini, nubescite; pallescite, lychnitæ; albescite, hyacinthi; fuscamini, margaritæ.

NŪBĬFĬCUS, a, um, adj. Qui nubes cogit. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 311. Æthera nubificum complectitur orbe decoro (Iris).

NŪBOR, eris, i, p. Nubo. *Vulg. Matth.* 22, 30, et *Marc.* 12, 15. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur. (Scil. neque vir uxorem, neque femina virum habebit.) *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* Nubat et nubatur ille qui in sudore faciei comedit panem suum. — Cf. *Prisc.* p. 789. *Nubo tibi* : quamvis antiquissimi etiam activa significatione *Nubo te* dicebant. *Pomp. gr.* p. 373. Nam *nubor* non dico, *nubo* dico. *Johan. de Jan.* « *Nubo* olim erat activum, pro maritare; unde in Evangelio, *Matth.* 22, neque nubent neque nubentur. » Participium *Nupta* indicio est passivæ declinationis.

NŬCĀLIS, is, f. Caryota. *Isid. Or.* 17, 7.

NŬCELLA, f. Vid. NUCILLA.

NŬCĬDA, æ, f. Amygdala. *Isid. Or.* 17, 7.

NŬCILLA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 384. Nucilla, parva nux, quæ et nucicula dicitur vel nucula. — De *nucilla* vel *nucella* dubitabant. Quam vocem tuetur *Barth.* ex loco *Apicii* haud expresse citato; non agnoscit *Forcell.* In exemplis a *Cangio* allatis, *nucella* est nux avellana (*noisette*).

NUCLEŎLUS, i, m. Parvus nucleus. *Plin. Valer.* 1, 48. Teres crocum et florem rosæ cum nucleolo.

NUCLEUM, i, n. Nucleus. || Translate. *Gloss. Plac.* p. 493. Papillas, summa nuclea mammarum.

NŪDISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 6. Non intuentes nudissimam veritatem.

NULLĀTIO, onis, f. *Gloss. Plac.* p. 486. Nullationem, mutationem. *Gloss. arab. lat.* Nullatio, mutatio.

NULLĬBI, adv. Nusquam. *Onomast. lat. gr.* Nullibi, οὐδαμοῦ. — Laudatam vocem, tanquam ex *Vitruvio*, statim expungit *Forcellin.*

NULLĬFĬCO, as, are, a. Annihilo, parvipendo. *Tert. Adv. Psych.* 15. Qui manducat, ne nullificet non manducantem. (Alii leg. *vilificet.*) *Hier. Epist.* 135, *Ad Sun. et Frotell.* Sed, secundum disertissimum istius temporis interpretem, nullificasti, seu annihilasti, vel annullasti. *Liberat. Libel. Prec.* p. 33. Non dubium est.... nullos (episcopos) nullificari merito hæreseos et prævaricationis. *Commod.* 80, 18. Nullificantes Deum, completo millesimo anno. *Eucheria* in *Anthol.* t. II, p. 409. Delicias magni nullificare freti. — Unum exemplum, idque incertum, affert *Forcell.*

NŪMELLĀTUS, a, um, adj. *Gloss. Plac.* p. 486. Numellatus, numella ligatus, id est vinculo quo quadrupedes alligantur. *Gloss. arab. lat.* Numellatus, numella ligatus.

NŬMĔRĀTIO, onis, f. Computatio (gall. *numération*). *Boet. De Trinit.* 2, p. 1123. Hæc enim unitatum iteratio potius est, non numeratio. *Ibid.* non semel. — Pervulgata exempla ad solutionem æris tantum respiciunt.

NUNCŬPĀTĪVUS, a, um, adj. Qui nuncupatur. *Ambr. De Fide*, 5, 2. Nam, secundum scripturas, aut verus Deus est, aut tantummodo nuncupativus, aut falsus. Verus, ut Pater; nuncupativus, ut sancti; falsus, ut dæmones atque simulacra. Ap. *Cang.* est Nuncupativum testamentum (*testament nuncupatif*); nempe « Nuncupare testamenta sua » dixit *Plin. H. N.* 14, 28, 3.

NUNDĬNIUM, ii, n. Nundinum. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4111. Pecora in nundinium immunia.

NUNTIUM, ii, n. Nuntius, res nuntiata. *Catul.* 63, 75. Geminas deorum ad aures nova nuntia referens. *Sedul.* 2, 474. Sævumque tyrannum Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis. *Isid. Or.* 10, *litt. N.* Id vero quod nuntiat, genere neutro, ut Hoc nuntium, et Hæc nuntia. *Eucher. De græcis Nom.* p. 293. Evangelium, bona an-

nuntiatio sive bonam nuntium. Et *Serv.* ad *Æn.* 11, 896. — Quod genus *Forcell.* quidem agnoscit, sed exempla adjectivi fere memorat.

NUO, is, ere, n. (νεύω). Capite significo. *Prisc.* p. 627. Nuo, numen : est enim dei nutus. *Id.* p. 786. *Neo*, *nevi* : ne si *nui* diceremus, a *nuo* esse videatur. *Id.* p. 851. Luo, lui ; nuo, nui ; spuo, spui. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 536, et VII, p. 570. Nuit, annuit. *Gloss. Paris.* Nuit, promisit, nutum dedit vel adnuit. *Gloss. Cyril.* Νεύω, nuto, nuo. *Thom.* p. 376. Nuo, is, annuere; sed non est in usu.

NŪPĔRIUS, adv. compar. *Prisc.* p. 1016. Nuper, nuperius, nuperrime.

NUPTIO, onis, f. Nuptus. *Onomast. lat. gr.* Nuptio, γάμωσις. (Verbum græcum non video.)

NUPTŌRIUM, ii, n. *Gloss. Isid.* Nuptorium, domus et locus nubentium. Et *Thom.* p. 384.

NŬRA, æ, f. Nurus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1590. Nuram eiius. *Ib.* n. 3575. Nura eiius. Cf. *Cang.*—Quondam apud nos exstitit, et ipse audivi in agro Burdigalensi, *la nore.*

NUSCIŌSUS. Vid. v. seq.

NUSCĪTIŌSUS, a, um, adj. Luscitiosus. (Vid. *Fest.*) *Gloss. Paris.*, *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 535, et *Thom.* p. 384. Nusciosus (*sic*), qui plus vespere videt. *Gloss. vet. S. Genov.* Nusciosus, qui melius vespere videt (male vivitur). — De vocabulo valde dubito. Vid. LUSCITIOSUS.

NŪTRĪTIO, onis, f. Nutrĭcatus (gall. *nutrition*). *Prisc.* p. 1262. Nomen verbale *Nutritor* et *Nutrix*, et ipsa res *Nutritio.*

NŪTRĪTŪRA, æ, f. Nutricatus. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 37. Qui beneficio nutrituræ nos tangunt. Cf. *Cang.*

NYCTĂGES, m. pl. Quidam hæresiarchæ. *Isid. Or.* 8, 6. Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias respuant.

NYCTĔLIUS, ii, m. (νυκτέλιος). Unum e nominibus Bacchi. *Mar. Vict.* p. 2560. Laurea Nyctelio corona. (Ubi male *Nycteleo.*)

NYMPHĀLIS, e, adj. Fontanus. *Theod. Prisc.* 4, 1. Caput sardi decoques diligenter in aqua nymphali. Iterum *ibid.*, *sub fin.*

O

ŎBÆRĀTIO, onis, f. Æs alienum. *Gloss. Cyril.* Ὑπαργύρευσις, obæratio.

ŎBĂGĬTĀTIO, onis, f. Agitatio. *Gloss. vet. S. Genov.* (Perperam scriptum *oagitationem.*)

ŎBARRĀTUS vel ŎBARRHĀTUS, a, um, adj. Arrha obligatus. *Gloss. Paris.* Obarratus (male Oberratus), subarratus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 536. Obarratus, subarratus, vel circumfusus pecunia. *Sulp. Sev. Ep. ad Bassul.* Si quid ad amicum familiariter scripsi.... omnia ad te prius pæne, quam fuerint scripta, perveniunt. Nimium obarrhatos habes notarios meos. (Scil. pecunia corruptos.)

OBBLĂTĔRO, as, are, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 402. Obblaterare (male Oblaterare), oblatrare, declamare. (Quod Noster deducit ipse a v. *Blaterare*, p. 68.) — Inde *Apulei* locus confirmari potest, in quo *obblateratus.*

OBCĒLO, as, are, a. Celo. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 5. Penuriam defensionis obcelare. Et *Concil. Tolet.* ap. *Cang.*

OBDORMĪTO, as, are, n. Obdormio. *Ven. Fort.* 3, 4. Qui adhuc more solito graviter obdormitans.

OBDŪREO, es, ere, n. Obduresco. *Onomast. lat. gr.* Obdureo, σκληρύνομαι.

ŎBĒDIENDUS, a, um, part. fut. *Tert. De Cult. Fem.* 8. An et nobis quædam respectu obediendæ gravitatis propter metum debitum domino detrahuntur?

ŎBĒDĪTIO, onis, f. Obedientia. *Vulg. Ep. ad Rom.* 5, 19. Ita per unius obeditionem justi constituentur multi. *Ib.* 6, 16, et 16, 26. Cf. *Cang.*

ŎBĔLĀTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 1, 20. Diple superne obelata ponitur, etc.

ŎBĔLO, as, are, a. Obelo notare. *Isid. Or.* 1, 20. Quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur. Et *Johan. de Jan.*

OBFĪBŬLO. Vid. OFFIBULO.

OBGRASSOR. Vid. OGGRASSOR.

ŎBHERBESCO, is, ere, n. Herbam circumfundo. *Onomast. lat. gr.* Obherbesco, περιβοτανίζω.

ŎBHŬMO, as, are, a. Humo vel limo oppleo. *Tertul. Pall.* 2. Mutant (scil. mutantur) et montium scapulæ decurrendo, et fontium venæ cavillando, et fluminum viæ obhumando. Mutavit et totus orbis aliquando, etc. (Sensus est : *La face de la terre change par l'éboulement des montagnes, le tarissement des sources, l'ensablement des rivières.*)

OBJECTIO, onis, f. Id quod adversario objicitur (gall. *objection*). *Schol. Juv.* ad *Sat.* 10, 324. « Sed casto quid forma nocet? » Quasi objectio. *Ib.* ad 346. Objectio cum interrogatione. *Aug. De Natur. et Grat.* 10. Oblitus est jam se illi respondere, qui rem non negat, cujus objectionem paulo ante proposuerat. — Qui sensus desiderabatur.

OBJEX, icis, m. f. Obex. *Sid. Paneg.* 2, 492. Cerea destituit resolutis axibus objex. *Alcim. Avit. Carm.* 1, 288. Tunc redditur alveo Pristina riparum conclusis fluctibus objex.

OBLĂQUEĀTIO, onis, f. Ablaqueatio. *Isid. Or.* 17, 5. Vitibus, inter cetera, magis ista conveniunt : oblaqueatio, putatio, etc. *Inscr. Orel.* t. II, p. 381. Dolia picantur; poma legunt; arborum oblaqueatio; epulum Minervæ. Vid. v. seq.

OBLĂQUEO, as, are, a. Ablaqueo. *Isid. Or.* 17, 5. Oblaqueare est circa caudicem terram aperire. *Gloss. ms. Bibl. Imp.* n. 7642. Excodicare est circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere : hoc et oblaqueare dicitur. *Col.* 2, 14, 3. Dum etiam vites et arbores oblaqueatæ sunt. (Sic *Schneid.* et in Lexico suo *Freund.* Alii *ablaqueatæ.* Et ap. *Caton.* 29. Oleam ablaqueato; ubi alii *oblaqueato.* Equidem *Gessnero* et *Schellero* assentior, contendentibus formam *ablaqueare* in multa loca irrepsisse ubi *oblaqueare* fuerat. Huic verbo magna auctoritas accedit ex nomine *oblaqueatio.*)

OBLĂTĔRO. Vid. OBBLATERO.

OBLĀTŌRIUS, a, um, adj. Oblaticius. Qui ad offertorium utilis est. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Hamulam oblatoriam. Cf. *Cang.*

OBLĒGĀTUS, a, um, part. *Gloss. Plac.* p. 491. Oblegatum, injunctum, mandatum.

OBLĒGO, as, are, a. Legare. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 571. Oblegat, circummittit.

OBLĪQUĬTAS, atis, f. Perplexitas, obscuritas. *Prisc.* p. 1137 (de oraculi responsione : *Aio, te, Æacida,* etc.). Sed aptissimum maxime fuit responso, etiam in confusione ordinis, propriam oraculi obliquitatem servare. — Egregius sensus, a græco λοξότης, omittitur.

OBLĬTUS, us, m. Linitio. *Gloss. Cyril.* Χρίσις, liniatura, oblitus. — Nota erant nomina *Litus* et *Illitus.*

OBLĪVĪTUS, a, um, part. Oblitus. *Commod.* 27, 8. Oblivitos esse mortuos de gesto priore.

OBLŎCŪTIO, onis, f. Actus obloquendi. *Cassiod. Var.* 4, 31. Quapropter sanctitas vestra a tali oblocutione refugiens, etc. *Ennod. Præcept. de Cellulan.* p. 448. Si dente tangatur invidi splendor vitæ, umbram venenatæ oblocutionis excludit. *Id. Vit. S. Epiph.* p. 360. Sine bonorum oblocutione.

OBLŎCŪTUS, a, um, part. *Tert. De Fug. in Persec.* 1. Ibidem ego, oblocutus aliquid, pro loco ac tempore.... semitractatam materiam abstuli mecum.

OBLUSTRO, as, are, a. *Gloss. vet. S.*

Genov. Oblustro, circumeo. *Gloss. Paris.* Oblustrans, circumspiciens.

OBMĔRĬTUS, a, um, adj. Meritus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 444. C. Cæcilius Maximus.... Caninia Silvana obmerito fecit. *Ibid.* n. 3593. Apronius Victor fratri et filiis amantissimis obmeritis.... fecit et dedicavit. *Ib.* n. 966. Parentes optime obmeritæ fecerunt. — Perperam declinata formula solennis *ob merita*. Non absimili errore dictio *bonæ memoriæ* mutata est in *Bonememorius*, cujus exempla videmus in *Inscript. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 135. Bonememorius Cæsarius.... Bonememorius Ursus, etc.

OBMORTUUS, a, um, adj. Mortuus, emortuus. *Gloss. Pap.* Gangræna quasi obmortua caro.

OBNĔBŬLO, as, are, a. Obnubilo. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 400. Obnebulare, obscurum facere.

OBNOXIĔTAS, atis, f. Subjectio, obedientia.*Ennod. Ep.* 9, 29. Tum sola manet de obnoxietate confessio. *Id. Petitor. pro Geront.* p. 453. Ex omni obnoxietate solvatur. *Cassiod. De Anim.* 10. Anima per corporis illecebras sumit de ejus obnoxietate victorias. *Novel. Majorian.*, *tit.* 2. Possessor exhaustus.... sarcina obnoxietatis obruitur.

OBNŪBI, pro Obnupsi (active usurpatum, scil. cooperui). *Ennod. Dict.* 1, p. 467. Quum marcens incuria splendidissima dudum atria situ vetusti humoris obnuberat. *Gloss. Placid.* p. 490. Obnuberat, cooperuerat. *Gloss. Hildeb.* Obnuberat, obtexerat. (Cf. *Isid. Or.* 10, 7. Obnubere, cooperire.) — Aliud etiam perfectum *nubui* memoratur a *Prob.* p. 1485.

OBPALLIO. Vid. OPPALLIO.

OBRĔLICTUS, a, um, part. ab Obrelinquo. Derelictus. *Commodian.* 42, 8. Obrelictæ duæ tribuum et dimidia.

OBRĒPENTER, adv. Obreptive. *Gloss. Paris.* Obrepenter, direpticie.

OBREPTUS, a, um, part. ab Obripio. *Avian. Fab.* 34, 5. Solibus obreptos, hiemi formica labores Distulit. — Etiam est participium, ab *Obrepo*, quod exhibent.

OBRĬPIO, is, ere, a. (ob, rapio). Furtim corripio. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 5. Obripit inde sopor (scil. me); fessus quoque colla reclino.

OBRYZA, æ, f. Aurum obryzum. *Cod. Theod.* 12, 6, 12. In massam obryzæ soliditatemque redintegrentur. *Ibid.* Quum obryzæ materies afferatur. *Ib.* 12, 7, 3. Sub flammæ edacis examine in ea obryza detinetur. *Bedæ* (non vero *Incerti*) *De Orthogr.* ap. *Putsch.* p. 2794. Obriza, æ, generis feminini, et Obrizum, i, neutri.

OBRYZĀTUS et OBRYZIĂCUS, a, um, adj. Ex auro obryzo factus. *Impp. Gratian. et Valent. Cod.* 11, 10, 3. Obryzatorum omnium solidorum uniforme pretium. *Cod. Theod.* 7, 24. Auri obryziaci. Cf. *Cang.*, qui utrumque verbum exhibet.

OBRYZUM aurum, adj. (ὄβρυζον). Excoctum, purum, probum. *Vulg.* 2. *Paral.* 3, 5. Et laminas auri obryzi affixit per totum. *Ib. Job*, 28, 15. *Isid. Or.* 16, 17.|| *Obryzum*, absolute. *Petr. fragm. Trag.* 67; *Vulg. Job*, 31, 24. *Gloss. vet. S. Genov.* Obrizum, obrude (*sic*) aurum dicitur. *Gloss. Paris.* Obrizum, splendor auri. Cf. sup. in v. OBRYZA.

OBSCŪRĬDĬCUS, a, um, adj. Qui obscura dicit. *Att.* ap. *Non.* p. 15. Quid hi tam obscuridicum est tamve inenodabile? — *Merceri* bona conjectura est, quum libri habeant *obscuro dicunt. Ribbeck*, p. 122. « Quid hic tam obscure dictum est? » Sed *hic* conjectura est, quum legatur in codicibus : *Quid itam.* Nota affinem vocem *obscuriloquium.*

OBSCŪRĬLŎQUIUM, ii, n. *Gloss. Isid.* Enigma (Ænigma), obscuriloquium.

OBSĔRĀTIO, onis, f. Actus claudendi cum sera. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 6. Quæ (præda) quamlibet ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret. (De rapto juvenco loquitur.)

OBSETRIX, icis, f. *Gloss. Paris.* Obstetrix, quæ corrupte obsetrix nuncupatur.

OBSTĪPUSCŬLUS, a, um, adj. Dimin. ab Obstipus. *Gloss. Plac.* p. 491. Obstipusculus, inclinato capite, ut solent adseverantes. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 571. Obstipeculus (*sic*), inclinato capite, ut solent adseverantes.

OBSTRICTIO, onis, f. Constrictio. *Cassian. Cœnob. Instit.* 1, 2. Paulisper de-

fecta membra solita cinguli obstrictione laxasse. (Et translate ap. *Cang.*)

OBSTRŬLENTUS, a, um, adj. *Gloss. Plac.* p. 492. Obstrulenta, appetenda. (Aliter *Gloss. Pap.* p. 492. Obstrudulenta, appetenda.)

OBSTŬPENDUS, a, um, part. fut. Stupendus. *Cassiod. Var.* 6, 23. Ordinatarum rerum obstupenda præconia.

OBTEMPĔRANTIA, æ, f. Obtemperatio. *Gloss. Cyril.* Πειθαρχία, obtemperantia, obedientia. *Ibid.* Πειθώ, suadela, obtemperantia. *Ib.* Ὑπακοή, obauditio, obtemperantia, obsequium.

OBTĔNEBRĀTUS, a, um, part. (et translate). *Ambr. De Dignit. sacerd.* 5, 6. Et nunc quadam lippitudine et caligine vitiorum obtenebratus.

OBTENTUS, us, m. Impetratio (*obtention*). *S. Fulg. Epist.* 18, *Ad Regin.* Illo scilicet nostræ salutis obtentu. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 6. Unde procul dubio est quod horum obtentu, urbe vastata, oratorium permansit illæsum. (Scil. *par leur intercession.*) *Ibid.* Obtentu vestro. — Novum vocabulum, si ab *Obtineo* deducitur, non ab *Obtendo.*

OBTĬNENTIA, æ, f. Possessio. *Prisc.* p. 1163. Et quæ (verba) per obtinentiam, id est κατὰ ἐπικράτειαν dicuntur superpositiva, ut *Habeo, Possideo*, etc. Cf. *Cang.*

OBTRĔPĬDĀTIO, onis, f. *Gloss. Paris.* Obtrepidatio, timor, quando capilli eriguntur.

OBTUNSĒ, adv. Vid. OBTUSE.

OBTŪRĀTIO, onis, f. Obstructio. *Vulg. Eccli.* 27, 15. Irreverentia ipsius obturatio aurium.

OBTŪSĒ, adv. Obtusa mente. *Aug. Doct. christ.* 4, 5. Et hæc quidem cuncta, quæ dixi, omnes fere homines in his, quæ loquendo arguunt, facere non quiescunt. Sed quum faciant alii obtuse (al. obtunse), deformiter, frigide, alii acute, ornate, vehementer, etc. — Apud *Forcell.* non nisi comparativo dicitur, et de acie oculorum.

OBTŪSIANGŬLUS, a, um, adj. Qui obtusum angulum habet. *Boet. Geom.* 1, p. 1490. Triangulum amblygonium, quod latine obtusiangulum dicitur.

OBTŪSIO, onis, f. Hebetudo. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 6. Fit autem obtusio sonitu emissæ per spiritum vocis. (*Obtusio visus* ap. *Cang.* est hebetatio.)

ŎBUNCO, as, are, a. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 404. Obuncare, curvare. Cf. *Cang.*

ŎBURBO, as. Vid. v. seq.

ŎBURVO vel ŎBURBO, as, are, a. Circumdo. *Gloss. Plac.* p. 491. Oburvas (male Obarbas), circumscribis : dictum ab urvo (male arbo), qui est in curvatura aratri, vel a sulco urbium, quia primus aratro (*Maius* aratri) circumductus propter altitudinem murus appellatur. *Gloss. Pap.* Oburbare, circumscribere. — Cf. *Urvo* ap. *Forcell.*

OBVĒLO, as, are, a. Obtego. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 402. Obvelare, tegere, cooperire (male cooperiri), amicire. *Epiphan. Hist. Eccl.* 10, 26. Populus undas Bosphori lampadibus et cereis obvelavit. — Etiam *Obvelatio* legitur ap. *Thom.* p. 615.

OBVIĀTIO, onis, f. Occursus. *Gloss. Cyril.* Ὑπάντησις, obviatio, occursus. — *Cang.* verbum non habet, sed affine *Obviamentum.*

OCCĀTUS, a, um, part. *Plin. H. N.* 18, 43, 2. Mox, aratum et occatum (solum), integitur, etc.

OCCĒLO, as. Vid. OBCELO.

OCCULTĀTIM, adv. Occultim. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 399.

OCCŬPĀTĪVUS, a, um, adj. Qui occupat. *Gloss. Philox.* Occupativa, καταληματικά (*sic*).

OCCŬPĀTOR, oris, m. Invasor. *Novel. Valent.*, *tit.* 8, 1. Si quos occupatores fortasse cum quibuscumque personis de eadem domo in præjudicium domini inire voluerunt. Cf. *Cang.*

ŌCEĂNIS, idis, f. (Ὠκεανίς). Oceanitis. *Prisc.* p. 1276. Oceanis, oceanides, femininum.

ŌCEĂNIUS, a, um, adj. Ad Oceanum pertinens. *Prisc.* p. 1275. Et *Isid. Or.* 12, 7. Halcyon pelagi volucris dicta, quasi ales oceania. (Ed. *Lindem.* exhibet *oceanea*; vett. edd. *oceana.*)

ŎCELLĀTUS, a, um, adj. Qui oculos habet, perspicax. *Onomast. lat. gr.* Ocellatus, ὀμματωμένος. — Dixeritne *Suet. Domit.* 8, Vestales *ocellatas sorores*, ambigitur, et variæ sunt lectiones, conjecturæ et expositio-

nes. Quod retinendum mihi videtur : Vestales enim, ut fabulosus Argus, perspicaces et pervigiles erant.

ŎCĬMUS, i, m. Antique pro Ocimum. *Domit. Mars.* ap. *Char.* 55. Inter præteritas numerabitur ocimus herbas.

OCTĂCHŌRUS, a, um, adj. Qui habet octo loculamenta seu recessus (*chapelles*). *Ambr.* ap. *Gruter.* p. 1166. Octachorum sanctos templum surrexit in usus; Octagonus fons est munere dignus eo. (De baptisterio agitur. Cf. *Cang.* Porro *Furlan.* ait tertiam male corripi, quum debeat esse ὀκτάχωρος, ὀκτώχωρος. Similiter peccat *octagonus*. Notum est adj. *trichorus* ex *Paul. Nol.*)

OCTĂMĔTER, tra, trum, adj. (ὀκτάμετρος). Qui octo metra habet. *Mar. Vict.* p. 2519. Quibus ostendant hexametrum dactylicum usque ad octametrum disyllabo terminatum processisse. *Id.* p. 2528.

OCTĂSĒMUS, a, um, adj. (ὀκτάσημος). Qui octo tempora habet. *Capel.* 9, p. 332. Orthius qui ex tetrasemi elatione, id est arsi, et octasemi positione constabit.

OCTĀVŌ, adv. Octavo loco. *Cassian. Cœnob. Instit.* 4, 39; *Cassiod. De Anim.* 12.

OCTĀVUM, adv. Octava vice. *Aug. Epist.* 53, *Generoso.* Diocletiano octavum et Maximiano septimum consulibus. — *Septimum* est ap. *Cic. Nat. Deor.* 3, 32.

OCTENNIUM, ii, n. Octo annorum spatium. *Bed. De Tempor. Ration.* t. II, p. 77. Ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 14. Octennis, unde Hoc octennium.

OCTIESDĔCIES, adv. Decies et octies. *Prisc.* p. 1355.

OCTINGENTĒNĀRIUS, a, um, adj. Octingenarius. *Prisc.* p. 1355.

OCTŌGESSIS, is, m. Octoginta asses. *Prisc.* p. 1356.

OCTOGŌNUS, i, m. Figura quæ octo angulos habet. *Boet. Geom.* 2, p. 1532. *Ib.* non semel. — Hoc referendum fuit quia *Vitruvii* locus ancipites nos habet inter *octogonus* et *octagonus*.

OCTŌNĀTIO, onis, f. Ogdoas. *Interp. Iren.* 1, 1. Si propositum esset Joanni illam, quæ sursum est, octonationem ostendere. *Ibid.* sæpius.

OCTOPHTHONGUS, a, um, adj. (ὀκτάφθογγος, ut conjicere licet). Qui sonat ut diapason. *Boet. Music.* 4, 13, p. 1464.

OCTUĀGESSIS, is, m. Octoginta asses. *Bed. De Num.* t. I, p. 101. Septuagessis, octuagessis, nonagessis, etc.

OCTUĀGINTA, ind. (De dictione nullus dubito, quanquam *Forcell.* aliter sentit. Vidi enim adj. *Octuagesimus* ap. *Alcuin.* p. 1148.)

OCTUSSIS, is, m. Octo asses. *Char.* p. 58. (Ibique non semel.) *Prisc.* p. 1350. A tribus assibus Tressis, et supra sic proportione usque ad Nonussis. (His verbis *Octussis* etiam innuitur.) — Temere igitur vocabulum, ab *Horatio* usurpatum, quidam editores loco movent.

ŎCŬLĀTIM, adv. Cum oculis. *Cassian. Cœnob. Instit.* 12, 29. Quo nudatæ hujus passionis radices, et oculatim deprehensæ atque perspectæ, convelli facilius valeant. Cf. *Cang.*

ŎCŬLISSĬMĒ, adv. superl. *Plaut. Curc.* 1, 2, 28. Salve oculissime homo. (*Charis.* p. 170, hæret inter adverbium et adjectivum. Quod miror; quis enim vocativum non anteponat?)

ŎDĬBĬLIOR, us, adj. compar. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.*, *Prol.* Quod odibilius est Deo.

ŎDĬBĬLĬTER, adv. Odiose. *Cassian. Coll. Patr.* 4, 19. Id, quod nausea compellante projicimus, odibilius detestamur. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 388. Odibilis, unde Odibiliter.

ŌDĬCUS, a, um. Vid. PROODICUS.

ŎDIO, is, ivi, ire, a. Odi. *Vulg. Deut.* 7, 10. Et reddens odientibus se statim. *Ib. Psalm.* 118, 104. Propterea odivi omnem viam iniquitatis. *Ib. Eccli.* 20, 8. Qui potestatem sumit injuste, odietur. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 17. Odis tu luxuriam, quasi frugi. *Arn. In Psalm.* 73. Superbia eorum, qui odiebant eum, ascendebat nimis. *Id. In Psalm.* 37. Multiplicantur ut odiant nos inique. *Interp. Iren.* 1, 27. Odisti opera Nicolaitarum, quæ et ego odio. *Boet. Arist. Top.* 8, 5, p. 732. Qui amant et odiunt. *Id.* p. 520. Odire invidentibus vel diligere amantes. *Isid. Or.* 12, 2. Nam quum in utero matris coaluere catuli, odiunt temporum moras. *Gloss.*

Cyril. Μισῶ, odio. — Pauca habet *Forcell.* in v. ODI.

ŎDIŌSISSĬMĒ, adv. superl. *Aug. De Dono Persever.* 61. Res abominabilis dicitur, et durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem compellando colliditur.

ŎDŌRĀBĬLIS, e, adj. Odorus. *Isid. Or.* 4, 12. Thymiama, lingua græca, quod sit odorabile.

ŎDŌRĬFĬCĀTUS, a, um, part. Odoratus. *Ambr. Epist.* 8, 64. Odorificata (vitis propago) myrrha et ture.

ŎDŌRISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Isid. Or.* 17, 9. Herba fulva, comosa, odorissima. *Ibid.* Radicibus nigris, odorissimis atque acerrimis.

ŒCŎNŎMUS, i, m. (οἰκονόμος). Dispensator ecclesiasticus (gall. *économe*). *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* Quod, decano redditum, fertur ad œconomum. *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 18. OEconomi dispensatione per fratrum obsequia publice ministratur. *Ibid.* 20. Cf. *Cang.* — Vocem habet *Forcell.*, sed nihil nisi *Codices* novit.

ŒNŎMĔLUM, i, n. OEnomeli. *Isid. Or.* 20, 3. OEnomelum, mustum melle admixtum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 402. OEnomelum, mustum mellitum. *Id.* p. 289. OEnomelum (male Inomelum), musti et mellis commixtio.

ŒNŎPHŎRIUM, ii, n. (οἰνοφόριον). Parvum œnophorum. *Paul. Sent. recept.* 3, 6, 90. Scyphi, urceoli, œnophoria et conchæ.

OFFERCIO, is, ire, a. Farcio, oppleo. *Onomast. lat. gr.* Offercio, ἐμπλήθω.

OFFERTŌRIUS, a, um, adj. Ad oblationes pertinens. Vid. in v. TALLUS.

OFFĪBŬLO, as, are, a. Infibulo. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 536. Obfibulare, concludere, circumdare. *Thom.* p. 401. Offibulare, concludere.

OFFĬMENTUM, i, n. Lutum. *Gloss. Philox.* Offimentum, πηλός.

OFFRACTOR, oris, m. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Offractor, apertularius (male opercularius).

OFFUSCĀTUS, a, um, part. *Cassian. Collat. Patr.* 3, 8. Ita vitia offuscatam quodam modo mentem coloribus tetris ad illam perennem commorationem transmittunt. (Gall. *offusqué.*)

OFFŪSIO, onis, f. Objectio, obtentus. *Ambr. Hexaem.* 1, 8. Nisi quod atro inhorrescat situ (antrum) atque offusione tenebrarum. (Proprie dictum. Nam *Cic. Tusc.* 3, 34, tenebras offundere.) || Translate. *Ambr. De Fug. Sæc.* 1. Irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, et vanitatum offusio mentem occupat.

OGGRASSOR, aris, ari, d. Grassor. *Onomast. lat. gr.* Oggrassari, ἐγκατασκήπτειν.

ŎLĀCĬTAS, atis, f. Graveolentia. *Gloss. Isid.* Olacitas, fœtulentia, odor. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 400. Olacitas, oliditas.

OLBA, æ, f. Bruchus. *Eucher. De Best. vel Reptil.* Bruchus, in Psalmo locustæ quæ nondum volant, quam vulgo olbam vocant.

OLCA vel OLCHA, æ, f. Ager fossis vel sepibus clausus (vetuste apud nos *ouche*). *Greg. Tur. De Glor. Confess.* 69. Erat autem haud procul a basilica campus tellure fecundus, tales enim incolæ (Campani) *olcas* vocant. — De quo uberius agit *Cang.*

ŎLEĀGĬNA, æ, f. Olea. *Ven. Fort.* 7, 12, *fin.* Plusque liquore placet quam fert oleagina succo.

ŎLEASTRUM, i, n. Oleaster. *Calpurn.* 2, 44. Me teneras salices juvat aut oleastra putare.

ŎLEŎMELLA, æ, f. Genus arboris. *Isid. Or.* 17, 7. Oleomella nascitur in Palmyra, Syriæ civitate, etc. (Sic et *Lindem.* Sed *Arev.* edidit *elæomella.*)

ŎLEŎSĔLĪNUM, i, n. Genus oleris odorati. *Isid. Or.* 17, 11. Oleoselinon, quod mollius folio et caule tenerum.

OLFACTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ὄσφρησις, odoratus, odoratio, olfactio. *Gloss. Philox.* Olfactio, ὄσφρησις.

ŎLĬDĬTAS, atis, f. Odor. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 391. Oleo.... Unde hæc oliditas. (Et vid. in v. OLACITAS.)

ŎLĪVĀRIA, æ, f. Vid. v. seq.

ŎLĪVĀRIUM, ii, n. Olivetum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 393 et 400. *Gloss. Cyril.* Ἐλαιών, olivaria (*sic*), hoc olivetum. (Neutrum genus tutius est quam femininum.)

ŎLĪVASTELLUS, i, m. Oleaster. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 308. Quam maxime olivastellum, et cotoneum, et sambucum in finem constituimus. *Ibid.* p. 360 et 361, et passim.

ŎLĪVĀTIO, onis, f. Olei confectio. *Gloss. Cyril.* 'Ελαιοποιία, olivatio.

ŎLĪVO, as, are, n. Olivas lego. *Onomast. lat. gr.* Olivo (male Oliva), as, ἐλαιολογῶ.

OLLĀRIUS, ii, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 392. Hic ollarius, qui facit ollas.

OMNĬCREANS, tis, m. Omnicreator. *Aug. Conf.* 11, 13. Deum omnipotentem et omnicreantem et omnitenentem. Cf. *Cang.*

OMNĬCREĀTOR, oris, m. Qui omnia creavit. *Prosp. Epig.* 3, 1. Æternus vere est solus Deus omnicreator. *Ib.* 60, 7. Qui Patris in deitate manens Deus omnicreator. Cf. *Cang.*

OMNĬFĂRIUS, a, um, adj. Omnigenus. *Onomast. lat. gr.* Omnifarius, παντοῖος. Cf. *Cang.*, qui citat *omnifaria laude*.

OMNĬGĔNER vel OMNĬGĔNĔRIS, eris, adj. Omnigenus. *Gloss. Cyril.* Παντοῖος, omnigeneris. — Duplex forma debuit esse, ut *Multigenus* et *Multigener*.

OMNĬMORBUS, a, um, adj. Adversus omnes morbos utilis. *Onomast. lat. gr.* Omnimorbus, πανακής. — Nomen *Omnimorbia* est ap. *Isid.*

OMNĬPAR, aris, adj. Omniparens. *Rustic. Helpid. Carm.* v. 86. Illic omniparis succrevit gloria Verbi. — De verbo nihil affirmare ausim. Certe *Omniparus* latine potius diceretur. Forte *omnipari*, male geminata littera *s*.

OMNĬTĔNENS, tis, adj. Omnia tenens. (Cf. *Aug.* sup. in v. OMNICREANS.) *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 537. Omnitenens, omnipotens. *Onomast. lat. gr.* Omnitenens, παντοκράτωρ.—*Carm. Tertul. adv. Marcionem*, quod afferunt, parum auctoritatis habet.

OMNĬVĂLENS, tis, adj. Omnipotens. *Onomast. lat. gr.* Omnivalens, παντοδύναμος.

OMNĬVŎMUS, a, um, adj. Qui omnia revomit. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 337. Omnivomo Oceano. (Sed hæc *H. Stephani* conjectura est, quum libri habeant *non meo*.)

OMNĬVŎRAX, acis, adj. Omnivorus. *Eugen.* 12, 38. O mors omnivorax, ad te nunc tendo querelam.

ŎNĔRĀTIO, onis, f. Gravatio, ingravatio. *Gloss. Cyril.* 'Επιφορτισμός, oneratio. Cf. *Cang.* — Noverant contrarium *Exoneratio* (gall. *exonération*).

ŎNĔRŌSIUS, adv. compar. *Cassiod. De Anim.* 11. Hi tantum expeditius ad superna volant quantum se onerosius in humana conversatione castigant.

ŎNĪRŎPOMPUS, i, m. (ὀνειροπομπός). Qui somnia injicit. *Interp. Iren.* 1, 20. Et qui dicuntur paredri et oniropompi.

ŎNUSTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Jul. Valer. Alex. Act.* 26. Qui fluvius plerumque ex vehementia nivium adeo stringitur ut etiam carris onustissimis viabilem se præbeat.

ŎPĔRĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui operatur. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 3. Aliis verbum operatorium est datum. *Prosp. In Psalm.* 118. Operatoria Dei potentia. *Isid. Or.* 7, 3. Ut ejus (Spiritus Sancti) operatoria virtus cum Patre et Filio significetur.— Exstat vox gallica *opératoire*, quæ chirurgorum est.

ŎPERCLUM, i, n. Operculum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 408. Hoc operculum.... Invenitur quoque hoc operclum (male operculum) per syncopam.

ŎPĔRO, as, are, a. Operor. *Commod.* 30, 14. Subveniat utique tibi quod nunc operasti, si forte. *Epiphan. Hist. Eccl.* 10, 33. Ineffabiles ei dolores operabantur.

ŎPHIŎGĔNĬTUS, a, um, adj. A serpente genitus. *Varr. in Primo Human.* ap. *Prisc.* p. 894. Psylli, quorum ophiogenitum arbitrantur suppositum esse in stirpe aliquem.

ŎPHIŎMĂCHUS, i, m. (ὀφιομάχος). Locustæ genus (quæ serpentes impugnat). *Vulg. Levit.* 11, 22. Ut est bruchus in genere suo, et attacus, atque ophiomacus ac locusta. Cf. *Cang.*

OPHTHALMIA, æ, f. (ὀφθαλμία). Morbus oculorum. *Boet. Arist. Topic.* 4, 3, p. 689. Ut febris, et ophthalmia et unumquodque aliorum. *Thom.* p. 398. Ophthalmia, oculorum dolor. Cf. *Cang.*

OPHTHALMĬCUS, a, um, adj. (ὀφθαλμικός). Ad ophthalmiam pertinens. *Cassian. Coll. Patr.* 24, 15. Sive in ophthalmicum vertitur morbum.

ŎPĬFĬCĀTIO, onis, f. Operatio, opificium. *Hilar. In Ep. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 109). Non secundum primam dicit opificationem, sed secundam. *Ibid.* p. 122. Secundum principalem opificationem.

ŎPĬFĬCO, as, are, a. Operor. *Gloss. Cyril.* Χειρουργῶ, opifico.

ŎPĪNĀBĬLĬTER, adv. Secundum opinionem. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, p. 746. Opinabiliter quandoque magis quam vere eligere oportet. *Thom.* p. 397. Opinabilis : unde Opinabiliter. — *Cang.* vocem alio sensu exhibet.

ŎPĪNĀTIUNCŬLA, æ, f. Parva opinatio. *Liberat. Breviar.* p. 39. Qui Nestorii infelices et respuendas opinatiunculas curant.

ŎPĪNĀTĪVA verba, n. pl. Quæ opinionem exprimunt (ut *suspicor*, *opinor*, *arbitror*). *Prisc.* p. 1163.

ŎPŌRĪNUS, a, um, adj. (ὀπωρινός). *Mart.* 9, 13. Si daret autumnus mihi nomen, Oporinus essem. (Et græce scribitur.)

ŎPOS vel ŎPUS, m. (ὀπός). Succus. *Gloss. Plac.* p. 489. Et, ni fallor, opus sucus (*sic*) dicitur.

OPPALLIO, as, are, a. Pallio, obtego. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 23. Quumque cetera vitia se quibusdam virtutum tegumentis oppalliant. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 403. Opalliare (*sic*), obnubilare.

OPPĪLĀGO, inis, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 402. Oppilago, quidquid in ore ponitur ad ipsum os obturandum. (Quod videtur esse *un tampon.*) *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.*, *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Oppilago, curcilla. (Et in iisdem : Curcilla, oppilago.)

OPPŎSĬTĒ, adv. Ex opposito. *Boet. Arist. Anal. pr.* 2, 8, p. 509. Differt autem opposite seu contrarie convertere conclusionem.

OPPROBRĀTOR, oris, m. Qui opprobrat, censor. *Apul. Apol.* p. 427. Ita et tibi umbra ignobilitatis opprobratori obstitit, et ego nunquam studui malefacta cujusdam cognoscere. — Id verum autumo, etsi locus variis lectionibus vexatur. Alii *approbatore*, *a probatore :* hoc habet *Oudend.* Sed vocabulo insolenti favendum.

OPPUGNĀTRIX, icis, f. Quæ oppugnat. Vid. in v. DISSIPATRIX.

OPTĀTĪVĒ, adv. Optativo modo. *Prisc.* p. 1157. Optative posuit hoc verbum.

OPTĀTŬLUS, a, um, adj. Dimin. ab Optatus. (Vocem exstitisse indicat nomen proprium *Optatula*, quod exhibent *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1096.)

OPTĬMĬTAS, atis, f. Summum bonum. *Onomast. lat. gr.* Optimitas, εὐχρήστημα. — Vocis nullum succurrit exemplum, quum hanc ap. *Forcell.* damnet *Capel.* 4, p. 109. Nam ut bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate. (Velim autem : Nam ut bonitatem dicimus a bono, non ita optimitatem ab optimo.)

ŎPUS, m. Vid. OPOS.

ŎQUŬLUS, i, m. *Prisc.* p. 560. Apud antiquos frequentissime, loco *cu* syllabæ, *quu* ponebatur, et econtrario, ut *arquus*, *coquus*, *oquulus*, pro *arcus*, *cocus*, *oculus*.

ŌRĀBĬLIS, e, adj. Qui orari potest. *Gloss. Cyril.* Ἐξευμενιστός, orabilis. *Ibid.* Ἐξιλεωτός, orabilis, placabilis. Cf. *Cang.* — *Notas Tiron.* fulciri, nemo non approbat.

ŌRĀTIŌNĀLIS, e, adj. Qui orationem continet. *Prisc.* p. 1332. Orationales sunt (usus, *les chries*) quibus inest oratio sola. — Nomen *Orationale* est ap. *Cang.*

ORBĀTRIX, icis, f. Quæ orbat. *Dracont. Hexaem.* 3, 325. Secures Civibus hostiles orbatricesque suorum.

ORCHESTA vel ORCHESTES, æ, m. (ὀρχηστής). Histrio. *Cassiod. Var.* 4, 51. His sunt additæ orchestarum (male horcistarum) loquacissimæ manus, linguosi digiti. — Hoc ipse videram, sed jamdiu conjecit *Pith.* in *Lampad.* t. II, p. 799. Vocem Lexico Forcelliniano inseruit *Furlan.* Pravam lectionem exhibent omnes Cassiodori editores, etiam *Garet.* Solennis error in talibus, ut ap. *Isid.* 18, 44, *orcistra* multi exhibent, pro *orchestra.*

ORCHĬLUS vel ORCHĬLOS, i, m. (ὀρχίλος). Regulus, avis (*roitelet*). *Avien. Progn.* 437. Orchilos infestus si floricomis hymenæis Ima petit.

ORCŬLĀRIS, e, adj. Ad orculam pertinens. Vid. in v. LAGENARIS.

ORDĬNĀBĬLIS, e, adj. Ordinatus, compositus. *Boet. Arithm.* 2, 25, p. 1340. Est alia rursus quædam corporum solidorum ordinabilis compositio. *Id. Geom.* 2, p. 1545. Ordinabilis progressio. Cf. *Cang.*

ORDĬNĀBĬLĬTER, adv. Rite. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 543. Rite, ordinabiliter. *S. Greg. Ep.* 11, 52. Et de falsis se capitulis queritur accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum. *Ibid.* Si judicium ordinabiliter est

habitum. Cf. *Cang.* — Dicimus nos *dans l'ordre.*

ORDĬNATIO, onis, f. Episcopi inauguratio (gall. *ordination*). *Ambr. Ep.* 10, 82. Ordinationem meam occidentales episcopi judicio, orientales etiam exemplo probarunt. *S. Optat.* 2, p. 14. Post ordinationem Cæciliani. *Liberat. Breviar.* p. 102. De ordinatione Timothei. *Novel. Valent., tit.* 16. De ordinatione episcoporum. *Ibid.* Ordinationes episcoporum sola temeritate usurpans. *S. Greg. Ep.* 1, 76. Eorumque mores et actus huic ordinationi concordare cognoverit. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 1. Tricesimo tertio ordinationis ejus anno. Cf. *Cang.* — Quem sensum innuit *Forcell.*, sed nullo exemplo tuetur.

ORDIO, is, ire, a. Ordior. *Isid. Or.* 19, 20. Hanc (Minervam) etiam telam ordisse et colorasse lanam perhibent. *Ib.* 19, 29. Ordire est texere. — Hinc proprie *Orditus.*

ORDĪTŪRA, æ, f. Textura (translate). *Ven. Fort.* 5, 6, *Præf.* Nec evagari, propter descendentes versus, frenante repagulo, orditura permisit. Cf. *Cang.* — Vetus vox gallica fuit *orture.*

ORDĪTUS, a, um, part. ab Ordio. *Hier. In Isai*, c. 30 (t. III, p. 252). Orditam autem telam μεταφορικῶς posuit, ut pravum consilium demonstret. — Non convenit quod *Forcell.* generaliter scribit : « Orditus, pro orsus, inceptus. » Melius *Thom.* p. 394. *Ordior* dicitur pro Telam texere; et tunc inde venit *orditus, orditio.* Quando vero dicitur pro Incipere, facit præteritum *orsus sum.* Cf. *Cang.*

ORGĂNĀRIUS, ii, m. *Bedæ* (non vero *Incerti*) *De Orthog.* ap. *Putsch.* p. 2793. Organarius est qui utitur organo. (Ubi organum est *cithara, psalterium, lyra*, ut ipse ait.) || Hydraules. *Gloss. Cyril.* Ὑδραύλης, organarius. — Vocabulum *organista*, unde nostrum *organiste*, multo serioris ævi videtur : quod exhibet *Thom.* p. 397. Cf. *Cang.*

ORGĂNISTA, æ, m. Vid. v. præced.

ŌRĬGĔNISTA, æ, m. Origenis sectator. *Pelag.* ap. *Aug. De Gest. Pelag.* 3. Quod autem addidit Pelagius : Et si quis aliter credit, Origenista est.... Non inconvenienter eum Pelagius Origenistam vocat. — Qui dicuntur *Origeniani* ab *Isid. Or.* 8, 5.

ORNĀMENTĀRIUS, ii, m. Ornator. *Gloss. Cyril.* Κοσμητής, ornamentarius, ornator. — Verbum addidit *Furlan.*, non vero hunc sensum.

ORNĀTĪVUS, a, um, adj. Qui ornat. *Pompej. gr.* p. 381. Quare autem dictæ sunt expletivæ, non ornativæ?

ŎRŎBUS, i, m. (ὄροβος). Ervum. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 19. Utendum hordeo vel orobo in aceto miti. *Plin. Val.* 1, 58. Hæc de aqua fingis ad magnitudinem orobi (male oropi) majoris. *Chronic.* ap. *Cang.* Abundantiam orobi et hordei.

ORPHĂNĪTAS, atis, f. Orbitas. *Alc. Avit. Ep.* 5. Nunquam respublica orphanitatis incurrit perniciem. Cf. *Cang.* — Prisca vox apud nos *orfanté.*

ORTHOGRAMMUS, a, um, adj. (ὀρθόγραμμος). Qui ex rectis lineis constat. *Boet. Geom.* 1, p. 1516. Rectus angulus est orthogrammus, id est rectis lineis comprehensus.

ORTHOPLŪMUS, a, um, adj. (ὀρθός, pluma). Rectis plumis variegatus. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil. Diplom.* p. 462. Vela holoserica alba auroclava orthopluma. Cf. *Cang.*

ŌSA vel OSSA, æ, f. Calceamenti genus, caliga, ocrea (*bottes, guêtres*). *Isid. Or.* 19, 34. Osas puto ab Oso (forte Osee) primum factas. (Alii *Ossas.... ab osse.*) — Saxonibus vox est *hosa*, Anglis *hose*, Italis *uosà*, Gallis *heuse*, et sæpius deminutum *heuzian, houseau*, ab *Hosella.* Latinum nomen adspirari velim : *Hosa.*

OSCILLOR, aris, ari, p. vel d. Jactari (gall. *osciller*). *Mythog. prim.* p. 7. Unde oscilla dicta sunt ab eo quod in his (arboribus) oscillarentur, id est moverentur, ora. Cf. *Fest.*

OSCĪNUM, i, n. Augurium. *Onomast. lat. gr.* Oscinum, οἰωνοπολία. — Vox est ap. *Festum*, sed pro adjectivo fere ducitur.

OSCŬLĀTUS, a, um, part. passive usurpatum. *Hier. Ep.* 3, 1, *Vit. Pauli erem.* Osculatis ejus oculis manibusque.

OSSA, f. Vid. OSA.

OSSĬGĔNIUS, a, um, adj. Qui in ossibus gignitur. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Ut Plato medullam ossigeniam dixit.

OSSŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov.*

Lat. p. 399. Ossosus, ossibus plenus, qui et Osseus dicitur. Cf. *Cang.* — Adjectivum habemus *osseux.*

OSTENSĪVĒ, adv. Demonstrative. *Boet. Arist. Anal. pr.* 2, 14, p. 513. Omne propositum ostenditur per utrosque modos, et per impossibile et ostensive. *Id.* p. 487, 492, 514 et 518.

OSTENSĪVUS, a, um, adj. Demonstrativus. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 23, p. 487. Falsus fit syllogismus ostensivus in his quæ ad impossibile deducuntur. *Id.* p. 513, 518, 539, et passim.

OSTENTĀBĬLIS, e, adj. Qui ostendit. (Vocabulum rhetoricæ peculiare.) *Cassiod. Rhetor., sub fin.* Ostentabile (enthymema) est quod certa rei demonstratione constringit. *Isid. Or.* 2, 9. Secundum (enthymema) ostentabile. *Gloss. Philox.* Ostentabilis, ἐπιδεικτικός.

OSTENTĀBĬLĬTER, adv. Aperte. Vid. in v. INDISSIMULANTER.

OSTENTUŌSUS, a, um, adj. Portentuosus. *Onomast. lat. gr.* Ostentuosus, τεράστιος.

OSTIĀRIA, æ, f. Janitrix. *Vulg.* 2. *Reg.* 4, 5. Ostiaria domus, purgans triticum. *Ib. Johan.* 18, 16 et 17.

OSTĬTOR, oris, m. (ostium). *Gloss. Isid.* Hostitor, janitor, portitor.

OSTRĂCUS, i, m. *Isid. Or.* 15, 8. Ostracus est pavimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admixtis feriatur. Testam enim Græci ὄστρακον dicunt. Iterum *ibid.* 19, 10, iisdem verbis. — Unde *Ostracarii* ap. *Cang.*

OSTREĀRIUS, ii, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 395. Ostrearius, qui piscem illum (ostream) vendit. Cf. *Cang.*

ŌTALGIA, æ, f. (ὠταλγία). *Gloss. S. German.* Otalgia, dolor auricularum.

ŌTALGĬCUS, a, um, adj. (ὠταλγικός). Qui auribus dolet. *Cassian. Coll. Patr.* 24, 15. In otalgicum vertitur morbum.

ŌTĬCUS, a, um, adj. (ὠτικός). Auricularis. *Cœl. Aurel. Tard.* 2, 1. Vel otico clystere.

ŌVĀRIUM, ii, n. Nescio quid sit in architectura. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3575. Perfectis metis et ovariis, itemque tribunali judicum.

ŎVĬFER, era, erum, adj. (ovum). Oviparus. *Onomast. lat. gr.* Ovifera, ὠοτόκος.

ŎVĬFER, eri, m. Ovis silvatica. *Apic.* 8, 4. Jus in ovifero ferveas. (Sic melius quam, ut vulgo scribitur, divisim. *Ovifer* enim ut *Equifer*. Vetuste *ovis* masculino genere, teste *Varr. R. R.* 2, 2. Ovium ferorum caro.) Gloss. ms. e Bibl. Sangermanensi, ap. *Cang.* Ovifer, πρόβατον ἄγριον. *Gloss. Cyril.* (Græcum verbum excidit, sed πρόβατον inesse debuit), ovifer.

ŎVISPEX, icis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Ovispex, ovium inspector. Et *Thom.* p. 401, ubi male *Ovinspex.*

OXOS, i, m. Dolon. *Isid. Or.* 18, 9. Et *Gloss. lat. ital.* ap. *Cang.* Oxus, *uno dardo.*

OXЎBĂPHUS, i, m. (ὀξύβαφος). Mensuræ genus liquidis peculiare. *Isid. Or.* 16, 26. Oxybaphus fit si quinque drachmæ addantur ad decem.

OXYCRĀTUM, i, n. (ὀξύκρατον). Aqua cum aceto (gall. *oxycrat*). *Plin. Valer.* 1, 63. Facies trochiscos habentes drachmam unam, dabisque cum oxycrato. (Ubi male *oxycrate.*)

OXЎGŌNIUS, a, um, adj. (ὀξυγώνιος). Acutiangulus. *Boet. De Differ. Topic.* 3, p. 876. Alias (formas) dicat tribus acutis angulis contineri, quæ sunt oxygoniæ. *Id.* p. 1490, et passim. *Nips.* in *Gromat. vet.* p. 299. Erit minor præcisura ejusdem oxygonii.

OXЎMĔLĪTES, æ, m. Oxymeli. *Th. Prisc.* 2, 19. Post exercitia vel labores continuo oxymeliten dabo. (Subaudiri videtur οἶνος.)

OXЎMĔLUM vel OXЎMELLUM, i, n. Oxymeli. *Isid. Or.* 20, 3. Oxymelum appellatum quod aceti et mellis permixta conficiatur materia. (Sic vulgo. Pauci, ut *Lindem.*, habent *oxymeli.* Sed illa amat noster, ut ibid. *Hydromelum*, *Œnomelum.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 357. Oximelum (*sic*), acetum et mel commixtum.

OXЎPĪPER, eris, n. Piper cum aceto mixtum. *Th. Prisc.* 4, 1. Petroselini Macedonici, oxypiperis unciæ singulæ.

OXЎPŎRIUM, ii, n. (ὀξυπόριον). *Gargil.* ap. *Mai.*, t. III, p. 425. Fit ex iisdem (nucleis) oxyporium utile. *Plin. Valer.* 2, 8. Oxyporium quod facit ad digestionem.

OZIĒ, adv. Hodie. Vid. in v. MOZICIA.

P

PABILLUS, i, m. Parvus pabo. *Lampr. Elag.* 29. Junxit et quaternas mulieres pulcherrimas, et binas ad pabillum vel ternas et amplius, et sic vectatus est. (Ita probabiliter *Furlan.*, quum legatur *ad papillam.*)

PABO, onis, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pabo, vehiculum unius rotæ. Cf. *Cang.* in v. PAVO.

PĀBŬLĀTUS, a, um, part. *Th. Prisc.* 4, 1. Horrida sus nebulam discutit, campo pabulata.

PĀCĀTĒ, adv. Cum pace. *Onomast. lat. gr.* Pacate, εἰρηνικῶς. — Hoc qualecumque sit exemplum gradus positivi.

PĀCĬFĔRO, as, are, a. Pacem contraho. *Gloss. Cyril.* Εἰρήνην ἄγω, pacifero. (Sic componitur verbum nostrum non bonæ notæ *légiférer.*)

PACTŌRIUM, ii, n. (pango). Vid. PLANTATORIUM.

PÆAN, anis, m. (παιάν). Pæon, pes metricus. *Poet.* in *Analect. gr.* p. 522. Doctus Aristoteles pæanem laudat utrumque. (Etiam *pæanem* legitur ap. *Cic. De Orat.* 1, 59, in satis obscuro loco; ad quem *Orell.* laudat *Aristot. Poet.* p. 90. Ὁ δὲ νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ παιᾶνος ῥυῆναι.)

PÆĀNĪTES, æ, m. (παιανίτης, ut conjicere licet). Pæanitis. *Prisc. Peri.* 439. Gemma Quam pæaniten perhibent. *Isid. Or.* 14, 4. Lapidem, quam pæanitem vocant, ista gignit. (Ibi male *peranitem.*)

PÆDĪCĀTUS, a, um, part. *Gloss. Philox.* Percisus, pædicatus, πεπυγισμένος.

PÆNŬLĀRIUM, ii, n. Locus ubi reponuntur pænulæ. *Onomast. lat. gr.* Penularium (*sic*), φαινολοθήκη.

PĀGĬNĀLIS, e, adj. (pagina). Scriptionalis, epistolaris. *Ennod. Ep.* 2, 13. Vos sola putaremus paginalis stili cura et assiduitate macerari. *Ibid.* 3, 13. Paginalis usus. *Ibid.* 3, 14. Paginale alloquium. *Ib.* 6, 19. *S. Greg. Ep.* 8, 65. Quantus nos .. mœror afficiat, paginali explere locutione non possumus. *Bed. Vit. S. Columb.* c. 26. Velut paginali solent stilo orbis describere circulum. Cf. *Cang.*

PĀGĬNO, as, are, a. Scribo. *Ambr. Epist.* 6, 38. Quia me vis aliquid de veterum scriptorum interpretationibus paginare. — Habemus nos verbum *paginer*, scil. paginarum numerum inscribere. (Cf. *Cang.*, qui verbi plures sensus exhibet.)

PĂLÆSTRIZO, as, are, n. Palæstram exerceo. *Boet. In Arist. Prædicam.* 3, p. 183. Rursus potentia pugilandi vel potentia palæstrizandi suo nomine non distincta est. *Thom.* p. 465 et 481. Cf. *Cang.*

PĂLÆSTRO, as, are, n., vel PALÆSTROR, d. Palæstram exerceo; translate. Me exerceo. *Fulg. Mythol.* 1, *Præf.* Sudore hic opus est palæstrantis ingenii. — Quod proprie usurpatur ap. *Cang.*

PĂLĀTHA, æ, f. (παλάθη). Massa ficuum. *Vulg.* 2. *Reg.* 16, 1. Onerata centum massis palatharum, et utre vini. *Ib.* 2. *Eucher.* p. 286. Palathæ, massæ quæ de recentibus ficis compingi solent. *Gloss. Paris.* Palatæ (*sic*), massæ caricarum. *Gloss. Hildeb.* Palatæ, massa (*sic*) caricarum. Cf. *Cang.*

PĂLILLŎGIA, æ, f. (παλιλλογία). Repetitio, nomen schematis. *Sacerd.* ap. *Cassiod. De Schem.* Alibi repetitio ejusdem sermonis palinlogiæ (f. palillogiæ) obtinet nomen. —

Forcell. laudat *Capel.* 5, p. 175, quo loco scribitur non ita recte *palilogia.*

PALLĔFACTUS sum, parf. a Pallesco. *Diom.* p. 334.

PALLENTIOR, us, part. compar. *Baptism. Bæbian.* v. 63. Membrisque intenta, lacertis Pendet in exanimum pallentior ipsa maritum.

PALLĬDĬTAS, atis, f. Pallor. *Gloss. Cyril.* Ὠχρότης, palliditas.

PALLIO, as, are, a. Obtego (gall. *pallier*). *Gloss. Isid.* Clanculare, palliare. *Pseudo-Cassiod. De Amicit.* 14. Sunt qui ebullientem interius æstum vesaniæ, nomine zeli, palliant et celant. *Thom.* p. 155. Occulere (male Cocculere), palliare. Cf. *Cang.* — Locum *Apuleii* affert *Bailey*, quem merito suspectissimum habet.

PALMĀLIS, e, adj. Ad palmum pertinens. *Mar. Vict.* p. 2494. Ut metrum cubitale, pedale, palmale. Cf. *Cang.*

PALMĀTIĀNUS, a, um, adj. Qui palmam meretur (vitis cujusdam nomen). *Cassiod. Var.* 12, 12. Vinum quoque, quod laudare cupiens, palmatianum nominavit antiquitas. *S. Greg. Ep.* 1, 64. Et, quoniam non delectamur xeniis, palmatianas, quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione suscipimus. (*Palmatianas uvas* cum *Baronio* intelligo.) Cf. *Cang.*

PALMĀTŌRIA, æ, f. Ferula (qua palmæ seu volæ puerorum verberantur). *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Ferula, palmatoria, volaria. Et *Thom.* p. 240, ubi male *feria*, pro *ferula.* — Possimus etiam jungere *Ferula palmatoria;* sed *ferula* usu subaudita fuisse videtur. Quod testatur vox *palmatorium* (scil. flagellum), quæ est ap. *Cang.*, quamque ex Vet. Glossar. editioni suæ addidit *Bailey.*

PALMESCO, is, ere, n. Palmam fieri. *Diom.* p. 335.

PALMŬLĀRIUM, ii, n. Palmarium, locus palmis consitus. *Glossar. Cyril.* Φοινίκιον (lego Φοινικών), palmularium. — Cf. *Gloss. Philox.* Palmetum, φοινικών.

PĂLUMBĂCEUS vel PĂLUMBĂCIUS, a, um, adj. Palumbinus, palumbini coloris. *Arcad.* in *Grom. vet.* p. 351. Sunt termini marmorei in limite, alii virides, alii palumbacii, alii prasini.

PĂLUMBŬLA, æ, f. Parva palumba. *Onomast. lat. gr.* Palumbula, φάττιον.

PAMMĂCHĀRIUS, ii, m. (παμμάχιον). Pancratiastes. *Junior, Orb. Descr.* ap. *Mai.* t. III, p. 396. Cæsarea (mittit) pantomimos, Heliopolis choraulas, Gaza pammacharios (male paumacharios), Ascalon athletas. — De *Pammacho* videndus *Furlan.* in Lexico *Forcell.*

PĂNĂCĬNUS, a, um, adj. Mixtus panace. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 7. Clysterem rutacenum, aut anethinum, aut panacinum. *Ibid.* Oleum panacinum.

PANCRĂTIĀRIUS, ii, m. Pancratiastes. *Gloss. Paris.* Pancratiarius, pugil, πύκτης. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 572. Pancratiarii, flagellis aut tormentis subjecti, atque æquo animo tolerantes, coronantur. Cf. *Cang.*

PANDĬCŬLĀTIO, onis, f. Brachiorum extensio cum oscitatione (gall. *pandiculation*). *Onomast. lat. gr.* Pandiculatio, σκορδινισμός. — Vocem non exhibet *Cang.*

PANDŎCHIUM, ii, n. (πανδόχιον et πανδόκιον). Caupona. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 482. Pandochium, domus potatorum. *Id.* p. 149 et 365.

PANDORIUS, m. Vid. PANDURIUM.

PANDOX, ocis, m. (πανδοκεύς, πάνδοξ) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 448. Pandox, ebriosus et gulosus, quod semper pandit ora propter escas. Unde Ambrosius super Hegesippum in tertio : Sed et eos qui de cauponibus et pandocibus vitam agunt. *Gloss. Isid.* Pandox (male Pandex), qui semper pandit ora ad potandum. (Talem verbi originem quis accipiat?) — Imo *Pandox* est stabularius, caupo, quod ait *Cang.*, et ostendunt exempla ab eo laudata. Cum hoc sensu facit locus *Ambrosii* supra memoratus.

PANDŪRIUM, ii, n. (πανδούριον). Pandura. *Cassiod. In Psalm.* 146. Organum musicum, sicut cithara, pandurium. *Id. De Music.* p. 587. Inflatilia (instrumenta).... ut sunt tubæ, calami, organa, panduria, et cetera hujusmodi. *Isid. Or.* 3, 20. Ut sunt tubæ, calami, fistulæ, organa, pandoria, et his similia instrumenta. *Ibid.* Pandurium ab inventore vocatum. (Male *pandorius.... vocatus.* Temere *Areval.* utrubique *pandura* de suo exhibet.) — Ex locis citatis

colligere licet instrumentum illud esse quod a nobis dicitur *flûte de Pan*.

PANGĬTO, as, are, a. (pango). *Gloss. Isid.* Pangitare, laudare. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 478. Pangitare, cantitare. Cf. *Cang.* — Sic a præsenti tempore frequentativa *agito*, *legito*, *diffundito*, etc.

PĀNĬCŬLA, f. Vid. PANUCULA.

PĀNĬCŬLUS, i, m. Parvus panis. *Isid. Or.* 17, 9. Crocomagma, expressis aromatibus crocini unguenti, atque informato sedimine, in paniculos fit, et ideo sic appellatur. (Vulgo *pannusculos*. Unus cod. vet. *panniculis.*) *Thom.* p. 433. Panis, is. Inde Hic paniculus, id est parvus panis.

PĀNĬCUM metrum, n. (Pan). *Serv. Centim.* p. 1823. (Sic *Santen.*, qui auctoritatem tum librorum, tum editionum profert. Sic etiam in duobus vetustis, quos vidi, codicibus. Male *Phannicum* habet *Putsch.*)

PĀNĬFĬCA, æ, f. Quæ panem conficit. *Vulg.* 1. *Reg.* 8, 13. Unguentarias, et focarias, et panificas.

PĀNĬFĬCUS, i, m. Panifex. *Gloss. Cyril.* Ἀρτοποιός, pistor, panificus. *Thom.* p. 434. Panificus, panem faciens. Cf. *Cang.* — *Panificus* cum feminino *Panifica* congruit.

PANNŪCEA vel PANNŪCIA, æ, f. Vestimenti genus. *Isid. Or.* 19, 22. Pannucia nuncupata quod sit diversis pannis obsita. *Petr. Sat.* 14. Pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam. — Peculiarem locum vox meruit. Vid. v. seq.

PANNŪCEUM, i, n. Pannucea. *Glossar. Vat.* t. VII, p. 572. Pannuceum (male Pannicenum) genus est vestis. *Paul. Nol. Carm.* ap. *Mai.* t. V, p. 380. Quattuor hac turpi natos substentat ab arte, Quos vix pannuciis, queis valet, illa tegit. (In quo *pannuciis* trisyllabum est.)

PANNUSCŬLUS, i, m. Parvus pannus. Vid. PANICULUS.

PĂNŌTIOS vel PĂNŌTIUS, adj. (πανώτιος). Qui aures habet per totum corpus pendentes. *Isid. Or.* 11, 3. Panotios (homines) apud Scythiam esse ferunt tam diffusa aurium magnitudine ut omne corpus ex eis contegant. Cf. *Cang.* — Vox græca deest in *Thesaur. Græc. Ling.*

PANTANUM, i, n. Palus, locus uliginosus. *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 219. Similiter terram quam emi simul cum pantano a Rustico filio. Cf. *Cang.*, qui plura citat, et Longobardorum vocem innuit *pantano*.

PANTĂPŌLA et PANTĂPŌLES, vel rectius PANTŎPŌLES, æ, m. (παντοπώλης). Qui multa vendit (gall. *épicier*). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 572. Pantopoles, græce, negotiator, qui multa venundat, qui latine seplasiarius dicitur. (Et *Gloss. Philox.* Seplasiarius, παντοπώλης.) *Gloss. Isid.* Pantapola, seplasiarius (male simplasiarius). *Thom.* p. 564. Pantapolæ (male Spantabolæ), mercatores, institores. *Novel. Valent.*, *tit.* 5. Græcos itaque mercatores, quos pantapolas dicunt, etc. (Corruptam vocem *Pantapola* testatur græcum παντοπώλης, quod memorat *Osann* ex *Johan. Alex.*)

PĀNŪCLA, æ, f. Vid. v. seq.

PĀNŪCŬLA, æ, f. Panuclium. *Non.* p. 149. Panus, tramæ involucrum, quem diminutive panuclam vocamus. (*Panucla* per syncopam.) *Isid. Or.* 19, 29. Panuliæ vel Panuclæ, quod ex iis panni texuntur. (Alii, cum parte codicum, omittunt *vel panuclæ.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 433. Et inde (a Panno) hæc Panucula, ejus diminutivum : quod tamen non secundum analogiam dicitur, quia deberet fieri Paniculus; et inde Panucula; sed non videtur esse diminutivum a pane; ideo dicitur Panucula, et non Paniculus. *Grammat. Bibl. Laudun.* in opere cui titulus : *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques des départements*, t. I, p. 680. Panis, gen. masc., hujus panis.... Sunt et panuculæ in lanificio. (Quod rarioris vocis exemplum jure animadvertendum sit editor, V. Cl. *Le Clerc.*) *Gloss. Pap.* Panus.... In diminutivum, hæc Panicula (*sic*). *Gloss. Cyril.* Πηνίον, panus, hæc panucula. (Ibi male *penus*, *penucula.*) *Ibid.* Πηνιστήριον, panuculum (*sic*). *Ibid.* Πανοῦκλα, panicula. (Græcum nomen ex latino fictum videtur.)

PĀNŬLEA, æ, f. Panucula. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 473. Panulea, instrumentum illud quo texitur.—Nova forma verbi vexatissimi.

PĀNŬLIA, f. Vid. PANUCULA.

PĀPAS, atis, m. Nomen byssi. *Isid. Or.* 19, 27. Byssum genus est quoddam lini

nimium candidi et mollissimi, quod Græci papatem vocant. — Sic omnes. An *papas* est princeps, præcipuus? Sed ipsa vox incerta mihi videtur.

PĂPHIA, æ, f. Genus oleæ, ab insula Papho dictæ. *Isid. Or.* 17, 7, 64.

PĂPŬLŌSUS, a, um, adj. Qui papulas habet. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 277. Hyrniosus, impetiginosus, papulosus (male pupulosus). *Zeno Veron.* p. 85. Papulosis ulceribus distinctus est (Job).

PĂRĀBUNDUS, a, um, adj. Qui parat. *Gloss. Cyril.* Εὐτρεπίζων, parabundus.

PĂRĂCHĂRAGMA, atis, n. (παραχάραγμα). Falsa moneta. *Cassian. Collat. Patr.* 1, 22. Tanquam adulterina nomismata et paracharagmata reprobemus. *Id. ib.* 2, 22.

PĂRĂCHĂRAGMUS, a, um, adj. Adulterinus, falsus. *Cassian. Collat. Patr.* 2, 21. Paracharagmo illusus nomismate. *Ibid.* 1, 20, et 2, 9.

PĂRĂGAUDĀTUS, a, um, adj. Qui paragaudas habet. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* Paragaudata vela. Et *ibid.* non semel.

PĂRĂLIPSIS, is, f. (παράλειψις). Præteritio. *Aquil. De Fig.* p. 17.

PĂRALLĒLĔPĬPĔDUS, i, m. (παραλληλεπίπεδον). Figura sex parallelogrammis terminata. *Boet. Arithm.* 2, 25, p. 1340. Eorum (corporum solidorum) qui dicuntur cubi, vel asseres, vel laterculi, vel cunei, vel parallelepipedi. (Sic exhibet *Furlan.* Sed est in vet. ed. Basil. *parallelepipedæ.* Item, sed græce, *ib.* p. 1341 : Medietates sunt.... quas παραλληλεπιπέδας vocant.)

PĂRALLĒLOGRAMMA, atis, n. (παραλληλόγραμμα). Nomen figuræ geometricæ. *Boet. De Divis.* 1, p. 644. Distribuimus tetragonum.... in triangula, alias in parallelogrammata.

PĂRALLĒLOGRAMMUM, i, n. (παραλληλόγραμμον). Parallelogramma figura. *Boet. Geomet.* 1, p. 1504. Parallelogrammum æquale. *Ib.* p. 1503 et 1505.

PĂRĂLŎGISMUS, i, m. (παραλογισμός). Prava argumentatio. *Boet. Arist. Top.* 1, 1, p. 662. Nam eo quod semicirculos describit non ut oportet.... paralogismum facit. *Id.* p. 515 et 530.

PĂRĀMENTUM, i, n. Ornamentum. *Publicol.* ap. *Aug. Ep.* 153. Sed tamen cum hoc velut in mercedem quæ solet dari a possessore vel a viatore, paramentum etiam illud in medio mortale datum decurioni vel tribuno. (Sic video diserte scriptum in cod. sæculi XIII. In editionibus autem *juramentum.* Quod mendum est librarii, vocem *paramentum* non intelligentis.) Cf. *Cang.* — Unde gall. *parement.*

PĂRAMMA, atis, n. Loramenti genus. *Edict. Diocl.* (ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 313). Paramma mulare. — Græci ἅμμα dicunt; πάραμμα non video.

PĂRĂPHŌNISTA, æ, m. (παραφωνιστής, ut conjicere licet). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 477. Paraphonista, cantor, choraules, præcentor. *Ibid.* p. 34 et 219. Cf. *Cang.*

PĂRAPLECTUS, a, um, adj. (παράπληκτος). Paraplexia correptus. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 5. Inquiunt enim apoplectos toto corpore vitiato paralysi, paraplectos particulis.

PĂRAPLĒXIA, æ, f. (παραπληξία). Paralysis alicujus partis. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 5.

PĂRĂSĪTŬLUS, i, m. Parvus parasitus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 538. Parasituli, buccellatarii. *Thom.* p. 477. Parasitulus, parvus lecator. *Id.* p. 482.

PĂRĀTŬLUS, a, um, adj. Dimin. a Paratus. *Elucidatio Prologor. Sancti Hieron.* (*auct. ined. Biblioth. S. Genov.*). Promptulus, paratulus. (*Promptulus* autem dictio est *Hieronymi.*)

PĂRAUXĒSIS, is, f. (παραύξησις). Incrementum. *Mar. Vict.* p. 2485. Ordo incrementorum, quem Græci syllabicen parauxesin vocant; item temporum, quem Græci chronicen parauxesin nominant. (Sed græce libentius scripserim.)

PĂRAZĒLUS, i, m. (παραζήλωσις). Prava æmulatio. *Ambr. In Psalm.* 36. Aliudque (cognosce) esse zelum, aliud parazelum. Hæc est enim prava æmulatio. — Græcum tamen παράζηλος non video.

PARCĀTUS, a, um, adj. (Parca). Fatalis. *Gloss. Cyril.* Πεπρωμένον, parcatum.

PARDA, æ, f. Pardi femina. *Isid. Or.* 12, 2. Leonem cum parda, aut pardum cum leæna concumbere. *Mythogr. prim.* p. 15, idem refert iisdem verbis.

PĂRENTĀLĬTAS, atis, f. *Thomæ Thes.*

nov. Lat. p. 481. Parentela, parentalitas, cognatio, consanguinitas, etc.

PĂRENTĀTUS, us, m. Parentatio. *Auct.* in *Analect. gramm.* p. 437.

PĂRENTĪVUS, a, um, adj. Paternus, patrius. *Ennod. Diction.* 16. Et parentiva nomina.

PĂRŎCHIĀLIS, e, adj. Ad parochiam pertinens (gall. *paroissial*). *S. Greg. Ep.* 1, 51. Ut duos parochiales presbyteros debeas ordinare. *Bulla Johan. III* (an. 570) ap. *Marin. Papir. dipl.* n. 1, p. 2. Parochiales termini statuti. — Recentiora habet *Cang.*

PĂRŒMIĂCUM metrum, n. (παροιμιακός). Anapæsticum quoddam metrum catalecticum (*parémiaque*). *Serv. Centim.* p. 1821.

PĂROPTĒR, eris, m. Paroptesis. *Theod. Prisc.* 3, 9. Locis iisdem psilothra, paropteres, dropaces et sinapismos appono. — Vox incertissima. Forte legendum *paropteses* vel παροπτήσεις, ut pluralis numerus ubique servetur.

PĂROPTĒSIS, is, f. (παρόπτησις). Cauter ex carbonibus. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 8. Quum sit evaporativæ virtutis paroptesis. *Id. Tard.* 1, 1.

PARRHĒSIA, æ, f. (παῤῥησία). *Isid. Or.* 2, 20. Parrhesia est oratio libertatis et fiduciæ plena. Et *Rutil. Lup.* p. 13.

PARSIO, onis, f. Parsimonia. *Gloss. Cyril.* Φειδωλία, parsio.

PARTHĔNIĂCUM metrum, n. *Serv. Centim.* p. 1825. Archilochium constat partheniaco.... (Sic etiam *Santen.*, qui tamen egregie emendat : *parœmiaco.*)

PARTIĀLIS, e, adj. Ad partes pertinens, singularis. *S. Greg. Epist.* 4, 36. Membrorum partialis illa distinctio. Cf. *Cang.* — Inde *partial* et *partiel*, variis sensibus.

PARTIĀLĬTER, adv. In aliqua parte (*d'une manière locale*). *Cœl. Aur. Tard.* 2, 1. Si quid partialiter loco patienti poterit adhiberi. Cf. *Cang.*

PARTĪBĬLIS, e, adj. Partilis. *Boet. Arist. Top.* 5, 5, p. 704. Magis est proprium animalis sensibile quam partibile. *Id.* p. 551. Quod in parva est partibilius. — De verbo dubitabant, comparativumque ignorabant.

PARTĬCĬPĀTRIX, icis, f. Quæ participat. *Interp. Iren.* 5, p. 297. Audent dicere non esse carnem participatricem vitæ.

PARTĬCŬLĀRĬTAS, atis, f. Propria alicujus rei natura. *Cassiod. Dialect.* p. 573. Sæpe autem multorum collecta particularitas aliud quiddam particulare demonstrat. *Boet. Arist. De Interp. ed. sec.* p. 339. *Homo*, addita particularitate per id quod ei adjectum est, *quidam*. *Id.* p. 562, et 801, et passim. Cf. *Cang.* — Inde gallica vox *particularité*.

PARTĬCŬLĀTUS, a, um, adj. Partilis (gall. *partiel*, *parcellaire*). *Hilar. De Trinit.* 12, p. 109. Non patitur hoc existimari in Deo minutarum rerum particulatas cogitationes.

PARTĬCUS, a, um, m. Mercator (*détaillant*). *Gloss. Isid.* Particus, negotiator qui partes vendit, institor. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 538, et t. VII, p. 573. Particus, negotiator. *Gloss. Paris.* Particus, negotiator ipse. *Thom.* p. 413. Hic particus, id est negociator particulas vendens. *Id.* p. 439 et 481. — Videndus etiam *Cang.*

PARTĬPĔDES versus, m. pl. Qui singulis pedibus singulas partes orationis assignant (gr. ποδομερεῖς). *Diom.* p. 497 et 498.

PARTĬTO, as, are, a. Frequenter pario. *Prisc.* p. 880.

PARTŬRIA, æ, adj. f. Quæ peperit. *Gloss. Cyril.* Τοκάς, parturia.

PARTŬRIĀLIS, e, adj. Qui partu editur. *Cassiod. De Anim.* 2. Edita est anima quasi parturiale ovum.

PARTŬRIOR, iris, iri, p. Creor. *Hier. Epist. Algasiæ*, t. IV, p. 209. Multis malis atque peccatis, quibus Nero mundum premit, Antichristi parturitur adventus.—Vox passive nuspiam comparebat.

PARTŬRĪVI, præter. a Parturio. *Ambr. In Luc.* 10, 21. Est etiam quæ parturivit injustitiam et peperit iniquitatem. — Cujus temporis nullum exemplum norunt.

PARVĬLŎQUIUM, ii, n. Oratio quæ singula percenset. *Boet. Arist. Top.* 8, 5, p. 733. Necesse est parviloquium inde emergere.

PARVĬPENDENTIA, æ, f. Contemptus. *Boet. Arist. Top.* 4, 6, p. 693. Et opinio parvipendentiæ.

PARVĬPENSIO, onis, f. Parvipendentia. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 724. Propter apparentem parvipensionem.

PASSĔRĀTIM, adv. More passerum. *Charis.* p. 162.

PASSĪVĬTAS, atis, f. Vox passiva. *Prob.* p. 1488. Imperativus modus passivitatis, *re* syllaba addita imperativo activitatis, fiet. *Asper*, p. 1730; *Sacerd.* in *Anal. gramm.* p. 4. — Frequens sensus, quem emittunt.

PASSOR, oris, m. Qui aperit. *Prisc.* p. 1272.

PASTELLUS, i, m. Sigillum impressum in pasta cerea (quod mihi probabilius videtur). *S. Greg. Epist.* 4, 44. Neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli. *Ibid.* Pro ordinatione vero, vel pallio, seu chartis atque pastello. (Alii exponunt : Parvus pastus, ut est ap. *Johan. de Jan.*)

PASTĪTO, as, are, a. Pasco. *Onomast. lat. gr.* Pastito, as, διανέμω. — Vox dubia ap. *Var. R. R.* 3, 16.

PASTŌRĀLIS, e, adj. Ad pastorem seu episcopum pertinens. *Alcim. Avit. Ep.* 80. Pastoralis diligentia. *Ibid.* 87. Pastorali sollicitudine. *S. Greg. Ep.* 1, 76. Pastoralis nos cura constringit, etc. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 34. Pastorale officium. — Qui sensus omittitur in adj. *Pastoralis*, exhibetur in adv. *Pastoraliter*.

PĂTĔFACTIO, onis, f. Apertio. *Gloss. Plac.* p. 497. Rictus vocatur omnis patefactio oris. — Nullum exemplum proprii sensus referebatur.

PĂTENTER, adv. Aperte. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 538, et t. VII, p. 573. Patiliter, patenter. *Thom.* p. 437. Pateo; inde Patenter. || Translate. *Boet. Geom.* 2, p. 1523. Quod patenter in subjecta forma declaratur. *Plin. Valer.* 1, 57. Nasturtium patenter pectoris dolorem emendat. — Unicum exemplum comparativi exhibent.

PĂTHŎLŎGIA, æ, f. (παθολογία, ut conjicere licet). *Gloss. Paris.* Pathologia (male Patalogia), ratio passionis.

PĂTHŎPŒA, æ, f. (παθοποιία). Cujusdam schematis nomen. *Jul. Rufin.* p. 66; *Empor.* p. 303.

PATRIARCHĀLIS, e, adj. Ad patriarcham pertinens (gall. *patriarcal*). *Alcim. Avit. Ep.* 2. Patriarchalibus factis. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 4. Patriarchalis sacrificii.

PATRIŌTA, æ, f. Compatriota. *S. Greg. Ep.* 8, 37. Beati Augustini, patriotæ vestri, opuscula legite. Cf. *Cang.* — Dicimus nos *compatriote*. Habemus autem vocabulum *patriote*, sed alio sensu.

PATRIŌTĬCUS, a, um, adj. Ad patriam pertinens (gall. *patriotique*). *Cassiod. Var.* 11, 1. Quando uterque et geminis verbis auditur, et patriotica responsione componitur. *Ibid.* 12, 5; 12, 12; 12, 15. Cf. *Cang.*

PATRĬPASSIĀNUS, i, adj. Qui contendit Patrem passum esse. *S. Optat. De Schism. Donat.* 5, 1, p. 80. Apud Praxeam patripassianum, qui ex toto Filium negat, et Patrem passum esse contendit. *Ibid.* Quod in patripassianos dictum est. Et *S. Fulgent.* p. 408; *Isid. Or.* 8, 5. Cf. *Cang.*

PĂTŬLĒ, adv. In propatulo, palam. *Gloss. Cyril.* Προφανῶς, patule.

PAUPĔRASCO, is, ere, n. Pauper fio. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 457. Pauperasco, is; unde Johannes Chrysostomus super Matthæum : In rebus sæcularibus alter pauperascit, alter ditescit. Cf. PAUPERESCO.

PAUPERCLUS, sync. pro Pauperculus. *Commod.* 77, 7. Infimo pauperclo, et eritis ambo refecti.

PAUPĔRESCO, is, ere, n. Pauper fio. *Arn. In Psalm.* 30. Et quantumvis virium habeat, pauperescunt vires ejus. Cf. PAUPERASCO.

PAUPĔRIA, æ, f. Pauperies. *Gloss. Cyril.* Πενία, pauperia, pauperies. *Ibid.* Πτωχεία, inopia, pauperia, egestas, mendicitas. — Sic *Rabia*, *Scabia*, etc.

PAUSUM, i, n. Pausa. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4099. Pausum laboris hic est.

PĂVĔFĂCIO, is, ere, a. Terreo. *Bed. Hist. Eccl. Angl.* 5, 18. Quarum (lampadum) lux corda intuentium cum quadam alacritate et compunctione pavefacere dicitur. *Thom.* p. 426. Hinc etiam dicimus per compositionem Pavefacio. — Nihil, nisi *Gloss. Philox.*, laudat *Furlan.* Participium autem *Pavefactus* probos habet auctores.

PĂVĪMENTICIUS, a, um, adj. Qui pro pavimento est. *Onomast. lat. gr.* Pavimenticius, ἐδαφώδης.

PĂVĪMENTŬLUM, i, n. (Quam vocem non scribit, sed innuit *Cic. Ep. Fam.* 2, 22.

Bella *tectoriola*. Dic ergo *pavimenta* isto modo; non potes. Viden' igitur nihil esse, nisi ineptias? Turpitudinem nec in verbo esse, nec in re : itaque nusquam esse. — Quod si *pavimentula* ob æschrologiam vitabant, tali vitio carebat *pavimentulum*.)

PAVO, m. Vid. PABO.

PAXĬMĂCIUM, ii, n. (παξαμίδιον, græcis recentioribus, teste *Cangio*, nov. ed.) Panis genus. *Cassian. Collat. Patr.* 2, 19. Cujus (panis) æquissimum modum in duobus paximaciis statuerunt. *Ibid.* 2, 26. Paximacio prælibato. *Ibid.* 12, 15, et 19, 3. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 482. Paximacium, panis subcinericius. (Inde emendandæ *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.*, quæ habent : *Paximatum.... Paxiametum*, panis subcinericius.) — Videndus *Cang.*, qui panem bis coctum fuisse refert ut asservaretur, gall. *biscotte*. Eodem auctore, hujus panis inventor *Paxamus* quidam fuit, qui cum Apicio laudatur ab *Hieronymo*.

PĔCŎRĀRIUS, a, um, adj. Pecoralis. *Onomast. lat. gr.* Pecorarius, προβατώδης.

PĔCŎRĪNUS, a, um, adj. Pecoralis. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 115. Idemque significat pecorinum cerebrum. || Bestialis, brutus. *Onomast. lat. gr.* Pecorinus, θηριώδης.

PECTIO, onis, f. Actus pectendi. *Cæl. Aur. Tard.* 1, 4. Primo capillos decurramus ex pectione.

PĔCŬDŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 472. Pecudosus, pecudibus plenus.

PĔCŪLANTIUM, ii, n. Peculatus. *Commod.* 70, 13. Ipsi jam horruerunt judices peculantia vestra. (De quo valde dubito. Forte *petulantiam vestram*.)

PĔCŪLIĀRĬTAS, atis, f. Peculiaris possessio. *S. Greg. Ep.* 1, 40. Sed peculiaritati eorum singulos (monachos) studere. (Quod ex eadem epistola illustratur : Neque aliquem peculiare quidquam habere permittas.) *Ibid.* 10, 21. Idem Constantius peculiaritati studet : quæ res maxime testatur eum cor monachi non habere. Cf. *Cang.*, qui vertit : Peculium monachi.

PĔCUŌSUS, a, um, adj. *Gloss. Isid.* Pecuosus, qui multa pecora habet.

PĔDĀNA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 467. Pedana, catena, compedes. Cf. *Cang.*, qui Glossarii cujusdam refert interpretationem : *chaisne à mettre à pieds comme as prisonniers*.

PĔDĬBŬLUM, i, n. Sonitus pedum. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 15. Audiunt pedibulum equitum currentium. Cf. *Cang.*

PĔDIŎLUS, i, m. Parvus pes. *Onomast. lat. gr.* Pediculus, Pediolus, πόδιον. — Quod nomen asserendum *Afranio*.

PĔDĬTĀTUS, a, um, adj. Qui peditatum habet. *Hyg. De Castr. met.* p. 3. Quingenaria cohors peditata.

PĔDŪLES, m. pl. Pedulia. *Isid. Regul. Monach.* 12. Manicæ quoque, pedules et caligæ. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 1, 111. Pedules novos. Cf. *Cang.*

PĒGĀSO, onis, m. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 538, et t. VII, p. 573; *Gloss. Paris.*; *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pegaso, homo jocularis. (Petauristam interpretatur *Martinius*.)

PĔLĂGUS, i, m. *Cassiod. Var.* 8, 10. Quum, sævientibus ventis, furentem pelagum spuma testaretur undarum. — Etsi grammatici laudant simul *pelagus* et *vulgus*, hoc solum masculini generis fuisse testantur. Cf. *Char.* p. 9. Diserte *Rhem. Palæm.* p. 1367. « *Vulgus* apud antiquos tam masculino genere dictum est quam neutro. *Pelagus* vero ad hanc regulam non pertinet, quia græcum est. » Sed id non curant serioris ævi scriptores.

PELLECTOR, oris, m. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 538. Pellector, persuasor, incitator. *Thom.* p. 468. Pellector, tegnosus (technosus), strophosus, pellax, etc.

PELLESUMA, æ, f. Pellionis officina. *Onomast. lat. gr.* Pellesuma, βυρσεῖον. (Vitiosa vox, quam non emendo.)

PELLEUS, a, um, adj. Qui ex pelle est. *Isid. Or.* 19, 24. Pallium a pellibus.... quasi pellea.

PELLĬCIUM, ii, n. Pænula pellicea. *Onomast. lat. gr.* Pellicium, βαίτη. Cf. *Cang.*

PELLŪCESCO. Vid. PERLUCESCO.

PĔNETRĀTRIX, icis, f. Quæ penetrat. *Cassian. Collat. Patr.* 7, 13. Quod soli est possibile Trinitati, quæ universæ intellectualis naturæ efficitur penetratrix.

PĔNĬTA, orum, n. pl. Penetralia, inte-

riora. *Capel.* 6, p. 195. Atque ipse, qui in ejus penita descendit, Oceanus. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 38. Et cum dicto apprehendens, in penita perducit. *Ib.* 43. Ingressus sacri loci penita.

PENSĀTOR, oris, m. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 573. Pensatores, pensiculatores. *Plin. H. N.* 33, 13, 2. Quin et militum stipendia, hoc est stipis pondera; pensatores libripendes dicuntur. (Sic enim vexatum locum repono. *Forcell.* « Stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur. » Ed. Venet. 1469 : « Stipis ponderandis pensatores. » *Hard.*, ex uno codice, ut fatetur, mutavit in *dispensatores*. Quem omnes sequuntur. *Frantz* et *Littré* : « Hoc est stipis pondera; dispensatores, libripendes dicuntur. » Nunc vero pronus sensus est. Vox per se clarissima, *Pensatores*, exolevit, et dicitur *Libripendes*, quæ veterem *libram* repræsentat.) Cf. *Cang.* in v. PENSA, ubi citatur : Pensatores panis.

PENSĒ, adv. Ponderatim. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 445. Pense, pensius, pensissime. Unde in Epistola PP. Felicis comparativum adverbii invenies : In episcopio positi sunt in cœlesti militia, quæ pensius ponderanda est. (De verbo dubitari poterat, quum suppeteret unicum *Symmachi* exemplum, ubi *impensius* facile conjicerent : *tractandum pensius.*) || Cum sumptu. *Gloss. Cyril.* Δαπανηρότερον, pensius, sumptuosius. (Etiam ad adjectivum referre possis.)

PENSĬBĬLIS, e, adj. Pensilis. *Gloss. Cyril.* Κρεμαστός, pensibilis.

PENSĬCŬLĀTOR, oris, m. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 539. Pensiculatores, libratores. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 573. Pensatores, pensiculatores. *Thom.* p. 483. Pensiculator, librator, æquipendens. — Ne semel dictum in *Gloss. Philox.* videatur.

PENSO, as, are, a. (pendeo). Suspendo. *Ven. Fort.* 8, 5, 70. In cruce pensandus, membra cruore lavans.

PENTACONTARCHUS, m. Vid. PENTECONTARCHUS.

PENTĂGŌNUS, a, um, adj. (πεντάγωνος). Qui quinque latera habet. *Boet. Arithm.* 2, 6, p. 1329. Quem pentagonum Græci nominant. *Ibid.* 2, 24, p. 1340. Pentagona basis. *Id.* p. 1332, et sæpius. *Isid. Or.* 3, 11. Trigonus, tetragonus, pentagonus. — Vox est ap. *Forcell.*, sed sine exemplo.

PENTASCHĒMĂTISTUS, a, um, adj. (πενταςχηματιστος). Quinquegenus. *Plotius*, p. 2629. Pentaschematisti dactylici fiunt modis quinque. *Id.* p. 2630.

PENTĂTEUCHUM, i, n. (πεντάτευχος). Unus ex libris Moysis. *Isid. Or.* 6, 2, 2. (*Lindem.* exhibet *Pentateuchus.*)

PENTĒCONTARCHUS, i, m. (πεντηκόνταρχος). *Hier. Ep. Algas.* (t. IV, p. 195). Ad cujus vocem duos pentecontarchos militum ignis absumpserat. *Vulg.* 1. *Macch.* 3, 55. Tribunos, et centuriones, et pentacontarchos (*sic*), et decuriones.

PENTĔRĒMES naves, f. pl. (πέντε, remus). Quinqueremes. Vid. in v. HEXEREMES. (Etiam est pro var. lect. ap. *Hirt. B. Alex.* 47.)

PENTHĒMĬMĔRĬCUS, a, um, adj. Ad penthemimerin pertinens. *Plotius*, p. 2629. Penthemimericam speciem. *Id.* p. 2640. Archilochium penthemimericum.

PENTŎRŎBINUS, a, um, adj. (πεντορόβινος, ut conjicere licet, a πέντε et ὀρόβινος). Qui quinque grana habet. *Isid. Or.* 17, 9. Hanc (pæoniam) quidam vocant pentorobinam, a numero granorum. (Sic unus opt. cod. Vulgo *penterobinam*. Nec mutandum in *pentorobum*, ut est ap. *Lindem.* Duo nomina sunt ejusdem herbæ.)

PĒNUĀRIUM, ii, n. Cella penuaria vel penaria. *Onomast. lat. gr.* Penuarium, ταμεῖον. *Gloss. Cyril.* Ταμεῖον τὸ ἰδιωτικόν, cellarium, cella proma, penuarium, etc.

PĒNŬLĀRIUM, n. Vid. PÆNULARIUM.

PEPLION, vel PEPLIUM, i, n. (πέπλιον). Herbæ genus (*pourpier*). *Cœl. Aur. Acut.* 2, 19. Peplii succum præstare. *Id. Tard.* 4, 6.

PĔRABJECTUS, a, um, adj. Abjectissimus. *Cypr. De Laud. Martyr.*, *ad fin.* Et utinam perabjecto mihi istud videre contingeret!

PĔRĀMĀRUS, a, um, adj. Amarissimus (translate). *Arn. In Psalm.* 77. Ut non fiant sicut patres eorum, genus pravum et peramarum.

PĔRATTĬCUS, a, um, adj. Valde atticus, politissimus, urbanissimus. *Fronto ad Cæs.* 7. Ego in oratione, quam in senatu reci-

tavi, philosophum reddidi (Polemonem), nisi me opinio fallit, peratticum.

PERBELLUS, a, um, adj. Bellissimus. *Mar. Vict. De Genes.* 1, 141. Auctori perbella suo tum machina visa est. — Exhibent *Perbelle* ex *Cic.*

PERCĂTAPSO, as, are, a. (per, καταψάω). *Gloss. Paris.* Percatapsat, valde cædit. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 539. Percatapsat, valde cedit (*sic*). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 573. Percatabsat, blande vel valde cædit. (Unde emendandæ *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.*, quæ exhibent : Percataprat, valde tædet.)

PERCEPTĬBĬLIS, e, adj. Qui percipi potest (gall. *perceptible*). *Boet. Geom.* 2, p. 1542. Bonitas definita, et sub scientia cadens, animoque semper imitabilis et perceptibilis prima natura est. *Epiphan. Hist. Eccl.* 5, 20. Ante omnem perceptibilem opinionem. || Qui percipit. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 20. Risus et doctrinæ perceptibile (animal). *Ibid.* p. 21. Neque rationale, neque risus perceptibile. (*Ibid.* dixit Noster : Risus et disciplinæ capax animal.) *Id.* p. 163. Perceptibilis (homo) scientiæ.

PERCŎMĒSUS, a, um, part. Omnino comesus. *Isid. Or.* 10, *litt. E.* Exesus, quasi percomesus.

PERCONFERTUS, a, um, adj. Plenissimus. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 573. Perconferto, pleno.

PERCONGRUUS, a, um, adj. Omnino congruus. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* p. 223. Et qui signa dedit nostri percongrua vatis.

PERCOŎPĔRIO, is, ire, a. Omnino cooperio. *Gaius* in *Grom. vet.* p. 307. Quammaxime sub terra ipsos palos percooperuimus. *Theod. Prisc.* 4, 1. Omnia loca cum ipsis quoque testibus percooperis.

PERCRĒBRĀTUS, a, um, part. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Diditum, divulgatum, percrebratum. (Utrubique legitur *percrebatum.*) — De participio *crebratus* (al. *cribratus*), quod ex *Plinio* referunt, nihil ausim affirmare. Verisimilius verbum *Increbravit*, quod ap. *Plaut. Truc.* 1, 1, 29.

PERCURSĀTUS, a, um, part. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 27. Ergo, Prasiaca percursata, revenio, etc.

PERCUSSIO, onis, f. Ictus (translate). *S. Greg. Ep.* 8, 41. Nec Italia de hac cladis percussione est libera. *Ibid.* Divina percussione. — Cujus verbi translatum sensum ignorant.

PERCUSSIŌNĀLIS, e, adj. Qui percutitur. Vid. in v. INFLATILIS.

PERCUSSŌRIUM, ii, n. Aliquid quo percutimus. *Gloss. vet. S. Genov.* Plectrum, percussorium citharæ. Item *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 540.

PERDIS, itis, adj. Perdives, ditissimus. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 238. Nobis terra patet, quam de perditibus agris Felicem lustrasse juvat.

PERDĬSERTUS, a, um, adj. Disertissimus. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 275. *Per* significat et adverbium, utputa Perdisertus.

PERDISSĬPO, as, are, a. Omnino dissipo. *Arn. In Psalm.* 118. Perdissipata est ab iniquis lex tua.

PERDŎCĬLIS, e, adj. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 202. Perdociles tribuit sensus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 538. Perdocilis, valde docilis. *Gloss. Paris.* Perdocilis, satis vel valde docilis. *Gloss. Hild.* Perdocilis, satis docilis.

PERDŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui diutissime durat. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 175. Habitus diuturnior et permanentior, dispositio vero facile mobilis neque perdurabilis. (Sæculo XVI dicebamus *perdurable.*)

PERDŪRĀTIO, onis, f. Concretio. *Gloss. Cyril.* Πώρωσις, perduratio. || Translate. Perpessio. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, 11. Quum esset ad vitam monachicam perdurationis insuetus, omnibus eum Antonius experimentis exercet.

PĔREFFĔRO, ers, extuli, a. Valde effero. *Ennod. Eucharist.* p. 430. Ineptum diu volutavit vita mortalis, et certa miseriarum cæcitas de falsa dicendi felicitate perextulit.

PĔREFFOSSUS, a, um, part. a v. Pereffodio. Omnino effossus. *Ennod. Epig.* 112, 1. Orbe pereffosso, fluidum de lumine vulnus Pestifer ostentans.

PĔREXEO, is, ire, n. Pertranseo. *Cassiod. Var.* 11, 7. Non te, tanquam vacuam fistulam, dicta perexeant. *Interp. Iren.* 2, *Præf.*

Minutatim perexivimus quonam modo, etc. (*Cang.* notat græcum esse διεξελθεῖν.) Perexire quadragesimam, citatur a *Cang.*

PĔREXSPECTO, as, are, a. Diu exspecto. *S. Cæs. Homil.* 8, p. 58, ed. *Baluz.* Quando vos video missas ad integrum perexspectare non velle. *Ib.* p. 59. Nam qui de ecclesia, non perexspectatis divinis mysteriis, cito discedere cupit.

PERFALSUS, a, um, adj. Omnino falsus. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 303. Quod perfalsum est. *Id.* p. 321 et 374.

PERFECTĪVUS, a, um, adj. Qui perfectionem significat. *Prisc.* p. 987. *Per* est perfectivum plerumque in compositione. || Qui perficit. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 177. Sed quoniam singula eorum quæ dicta sunt.... passionis perfectiva sunt.

PERFĪDO, is, ere, n. Prorsus confido. *Onomast. lat. gr.* Perfido, dis, διαθαῤῥέω. — *Perfidens* est ap. *Aur. Vict.* cum var. lect.

PERFĪDUS, a, um, adj. Fidissimus. *Onomast. lat. gr.* Perfidus, media producta, πιστότατος.

PERFLĀTUS, a, um, part. *Prosp. De Ingr.* 4, 133. Supera perflati vivimus aura.

PERFLEXUS, a, um, adj. Obliquus. *Isid. Or.* 1, 37. Quæ (prosa oratio) non est perflexa numero, sed recta.

PERFLŌREO, es, ere, n. Valde floreo. *Prisc. Perieg.* 1021. Et pretio rubræ perfloret arundinis illa. — Unus cod. habet *præfloret.*

PERFORTIS, e, adj. Fortissimus. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 161. Jamblicus duas hujus rei protulit solutiones, unam pervacuam, aliam vero perfortem.

PERFRĔQUENTO, as, are, a. Sæpe frequento. *Mythogr. prim.* ap. *Mai.* t. III, p. 44. Nymphis quæ Nysam, montem Indiæ, perfrequentabant.

PERFRUĬTIO, onis, f. Longa fruitio. *Bed. In Cantic. Cant.* 4, 17. Nec perfruitionem æternaliter datam. — Locos *Augustini* variis lectionibus injuria labefactat *Forcell.*

PERFRUĬTUS, a, um, part. *Ambr. Hexaem.* 5, 10. Adspĭrantis auræ amœnitate perfruiti (pisces), rursus hiemis aspera declinare contendunt.

PERFULGENS, tis, part. Vid. v. seq.

PERFULGEO, es, ere, n. Valde fulgeo. *German. Arat.* 409. Nec metus ante fugit quam pars perfulserit omnis. *Prosp. De lib. Arbit.*, *sub init.* Cui.... ad gloriam Christi, cui ipse illustratus est, perfulgenti, etc. *Not. Tir.* p. 117, auctore *Furlan.* Fulsit, refulsit, perfulsit.

PERFUNCTIO, onis, f. Defunctio, absolutio. *Ambr. Epist.* 6, 38. Ad voluntatis perfunctionem. *Id. Hexaem.* 4, 5. Annua totius spatii perfunctio. *Ib.* 1, 2. In tyrannidis fastigio peccati perfunctionem deliciis acquirere. *Id. De Bono Mort.* c. 11. Futuræ gloriæ prima perfunctio. || Actio, motus, industria. *Ambr. Hexaem.* 5, 10. Novit (piscis) tempus perfunctionis et jactationis. — Qui sensus in Lexicis desiderantur.

PERFŪSIUS, adv. compar. Largius perfundendo. *Gloss. Cyril.* Διακεχυμένως, perfusius.

PĔRHORRENDUS, a, um, adj. Maxime horrendus. *Cypr. De Laud. Martyr.*, *post med.* Eructuantibus flammis perhorrenda (gehenna).

PĔRĬBŎLUS, i, m. (περίβολος). Ambitus, ambulacrum. *Vulg. Ezech.* 42, 7. Et peribolus exterior secundum gazophylacia. *Ib.* 1. *Macch.* 14, 48.

PĔRĪCŬLO, onis, m. Qui amat periclitari. *Commod.* 12, 12. Bacchantur et illi, qualia nunc ipsi videntur Aut periculones, Mimnermi Homerique sutores.

PĔRĪCULOR, aris, ari, d. Periclitor. *Onomast. lat. gr.* Periclitor, Periculor, κινδυνεύω. — Quum *Periculatus sum* dixerit *Cato* ap. *Fest.*, nulla causa est cur *Periculor* inusitatum fuerit, quod aiunt.

PĔRIĒGĒTĪCI libri, m. pl. In quibus scripta est periegesis. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 3, 479. Hic Zoamacon opinione Periegetici Metrodori condidit.

PĔRIES, PĔRIET, PĔRIENT, futur. ab inusitato Perio, pro Pereo. *Vulg. Eccli.* 8, 18. Et simul cum stultitia illius peries. *Arn. In Psalm.* 20. Fructus eorum, qui increduli perseverant, a terra perient. *Id. In Psalm.* 130. Nullo modo periet. *Corip. Johan.* 7, 27. Perient nihilominus hostes. — Cf. EXIES.

PĔRIHERMĒNIA, æ, f. Barbare, pro genitivo Peri hermenias (περὶ ἑρμηνείας). *Isid.*

Or. 2, 26. Perihermeniam nominat quam interpretationem nos appellamus. *Ibid.* Utilitas perihermeniarum hæc est. *Gloss. vet. S. Gen.* Periermenie, interpretatio. Periermenius liber, subtilissime interpretatus.

PĔRIHERMĒNIUS, a, um, adj. Vid. v. præced.

PĔRIMMENSUS, a, um, adj. Valde immensus. *Ennod. Vit. B. Epiphan.* p. 386. Quem videbant erogare plurima, perimmensa suspicabantur abscondere.

PĔRĬNĀNIS, e, adj. Omnino inanis. *Aug. Serm. contr. Pharis.* ap. *Mai. Nov. Patr. Collat.* t. I, p. 5. Pectoris forma.... redundans malis, sapientia perinanis. (Ubi merito Editor : « Firmatur hinc dubium apud Lexica vocabulum *perinanis.* ») *Interp. Iren.* 1, 5. Virtus, quam et ipsam voco perinane. (Cf. *Forcell.*, qui de verbo dubitat.) — Sed item dicitur *Pervacuus.*

PĔRINTRO, as, are, n. Omnino intro. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 225. Limine nullus obest; ad principis ora perintrat.

PĔRIO, is, ire, n. Vid. PERIES.

PĔRIPNEUMŎNĬCUS, a, um, adj. Ad peripneumoniam pertinens. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 14. Peripneumonica passio. *Ibid.* 2, 18. — Quod de ægro dictum solummodo indicant Lexica.

PĔRISPŌMĔNUS, a, um, part. (περισπώμενος). Qui accentum circumflexum habet. *Macrob. De Verb.* ap. *Putsch.* p. 2746. Verbum seu barytonum seu perispomenum. *Fragm. de Verb.* ap. *Putsch.* p. 2774. Primo de perispomenis dicemus.

PĔRISSŎSYLLĂBA, æ, f. (περισσοσύλλαβος). Syllaba adjectitia. *Charis.* p. 90. Appellatio quæ non potest habere perissosyllabam in comparatione.

PĔRISTĔRIUM, ii, n. (περιστέριον). Parva columba (in ornamentum ciborii). *Testam. Perpet.* (an. 475) ap. *Pardess. Dipl.* t. I, p. 24. Item peristerium et columbam argenteam ad repositorium.

PĔRISTŎMION, ii, n. (περιστόμιον). Os, caverna. *Ambr. De Fide,* 2, 4. Et per circuitum struet vallis peristomion, et obruet illic Gog et totam multitudinem ejus. — Nisi græce scribendum.

PĔRIZŌNIUM, ii, n. *Gloss. vet. S. Genov.* Perizonium, femorale. Cf. *Cang.* — Græce περίζωμα, περίζωσις. Et *Perizoma* ap. *Isid. Or.* 19, 22.

PERJŪGIS, e, adj. Omnino jugis. *Alc. Avit. Ep.* 24. Perjugibus sollicitudinis vestræ studiis.

PERLAMBO, is, ere, a. Multum lambo. *Alc. Avit. Carm.* 3, 243. Quumque canes miti perlambant vulnera lingua.

PERLĂTEO, es, ui, ere, n. Diutissime lateo. *Ovid. A. Am.* 3, 416. Inque sua turri perlatuisset anus.

PERLĀTRIX, icis, f. Quæ perfert. *Ennod. Ep.* 1, 22. Quasi querelarum perlatrices litteras. *Ib.* 1, 8.

PERLECTOR, m. Vid. PELLECTOR.

PERLĬNĪTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 17, 7. Ut perliniti ex ea nec tineas patiantur, etc.

PERLŪCESCO, is, ere, n. Nitide lucesco. *Gloss. Philox.* Perlucescit, διαφαίνει. *Alc. Avit. Serm. Rogat. fragm.* p. 206. Virginitatis radio argentea (vasa) perlucescant.

PERLŪSIO, onis, f. Longus ludus. *Gloss. Cyril.* Διαπαιγμός, perlusio.

PERLUSTRĀTOR, oris, m. Qui perlustrat. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 10. Multi locorum perlustratores dicunt, etc.

PERMAGNĬFĬCUS, a, um, adj. Magnificentissimus. *Vulg. Esth.* 2, 18. Et jussit convivium præparari permagnificum cunctis principibus.

PERMĂNENTIOR, us, part. compar. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 173. Differt autem habitus a dispositione, quod permanentior et diuturnior est. *Id.* p. 174 et 175.

PERMĂNĒTUR, pass. impers. *Aug. De Don. Persever.* 43. Ut veniatur ad fidem, et permaneatur in fide.

PERMĔDIUS, a, um, adj. Medius. *Ven. Fort.* 5, 6, *Prœm.* Littera quæ inter viginti tres numeratur permedia. (Scil. *m.*)

PERMŎRIOR, eris, i, d. Omnino morior. *Commod.* 27, 1. Stulte, non permoreris, nec mortuus effugis Altum.

PERMUNDO, as, are, a. Omnino mundo. *Vulg. Matth.* 3, 12. Et permundabit aream suam.

PERMŪTĀBĬLIS, e, adj. Mutabilis, levis. *Amm.* 31, 11. Adeo permutabiles et irasci faciles ut, etc. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 156. Affectionis firma et non facile permutabilis accessio.

PERMŪTĀTIM, adv. Conversim, alternis. *Boet. Arithm.* 2, 40, p. 1352. Et permutatim, quemadmodum quatuor ad unum, sic octo ad binarium. *Id.* p. 745. Permutatim interrogationes ponere. *Id.* p. 489 et 517.

PERNĬCIO, onis, m. Inflammatio. *Gargil.* ap. *Mai.* t. III, p. 425. Cocta (cortex) in vino trita perniciones et tumores omnes tollit gingivarum. Cf. *Cang.*

PERNĪTOR, eris, nisus sum, d. Valde nitor. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Pernix a pernitendo dictum.

PERNOCTANTER, adv. Vigilando. *Arn. In Psalm.* 130. Quia ergo custoditis gregem vigilanter, pernoctanter.

PERNOCTĀTUS, a, um, part. Vigilatus. *Zeno Veron.* p. 64. Pernoctatis vigiliis. (*Pernoctare noctem* est ap. *Plaut.*)

PERNŎTĀTUS, a, um, part. *Boet. Music.* 4, 8, p. 1452. *Y* littera pernotata. *Id.* p. 857.

PERNŎTO, as, are, a. Diligenter noto. *Boet. Arithm.* 1, 27, p. 1315. Quadrupli multitudinem pernotabit. *Ib.* 2, p. 1343. Qui (tetragoni) ut melius pernotarentur, prius in duobus eos versibus disposuimus. *Id.* 1304, et sæpissime.

PĔRŎPERTUS, a, um, adj. Bene opertus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 507. Ac opertum aperit, et in invia nuntius intrat. — Alii divisim scribunt : quod non ita placet.

PĔROPTĀTUS, a, um, part. *Gloss. Paris.* Peroptatus, valde optatus.

PERPARCUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Φειδωλότατος, perparcus, parcissimus, tenacissimus. — Mirum sane quod *Perparce* sit ap. *Terent.*, nec ullus scriptor adjectivum suppeditet.

PERPĀTESCO, is, ere, n. Omnino patesco. *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 36. Sicque laxatis insontibus, manifestato nocente, virtus beati perpatuit.

PERPENDEO, es, ere, n. In longum pendeo. *Ven. Fort. Vit. Radeg.* 30. Ergo quum glomus, quem filaverat, perpenderet de camera.

PERPENSĒ, adv. Examinate. *Ambr. De Noe et Arca*, 11. Perpense autem addidit.

PERPENSIO, onis, f. Examinatio. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 361. In ipsius imaginationis perpensione consistit (liberum arbitrium).

PERPĔTUĀLĬTER, adv. Perpetuo. *Arn. In Psalm.* 121. Non temporaliter, sed perpetualiter regnent. *Præcept. Carol. Magn.* ann. 789. Ejusque successoribus perpetualiter delegavimus retinendam (partem Fresiæ).

PERPĔTUĀTUS, a, um, part. *Ven. Fort.* 7, 77, 6. Fulget et interius perpetuata dies.

PERPĔTUĒ, adv. Perpetuo. *Gloss. Cyril.* Πάντοτε, semper, perpetue.

PERPLEXIO, onis, f. Implicatio, conjugatio. *Interp. Iren.* 2, 14. Poterat Sophia sine conjugis perplexione pati aliquid et generare. *Boet. In Cic. Top.* 5, p. 835. Fatum dicunt esse præcedentium causarum subsequentiumque perplexionem quamdam, et catenæ modo continentium. — Qui sensus ignorabatur.

PERPLŪRĬMI, æ, a, adj. pl. Innumeri. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 192. Falsasse catholicorum dicta perplurima. *Ibid.* Missis ad eum donariis perplurimis. — Hinc aliquis possit ap. *Plin.* defendere *perplures* et *perplurimum.*

PERPRŎBĀBĬLIS, e, adj. Valde probabilis. *Aug. Music.* 6, 12. Perprobabile est neminem esse histrionum, etc.

PERPUNGO, is, ere, a. Altius pungo. *Gloss. Cyril.* Παραχεντῶ, perpungo. — Inde frequentissimum in lingua medii ævi *perpunctum* (*pourpoint*).

PERQUĪSĪTIO, onis, f. Inquisitio. *Cassiod. Var.* 7, 18. Usu ipso subtilissimæ perquisitionis.

PERSÆVIO, is, ire, n. Valde sævio. *Prisc. Perieg.* 683. Fluctibus hanc propter persævit Caspius æstus.

PERSANCTUS, a, um, adj. Sanctissimus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4114. Persanctæ conjugis. — Notum est adverbium *Persancte.*

PERSCRŪTĀBĬLIS, e, adj. Qui perscrutatur. *Cassiod. De Anim.* 19. Omnia undique, ita ut sunt, perscrutabili virtute cognoscens.

PERSĔNĪLIS, e, adj. Valde senilis. *Vulg. Josue*, 23, 1. Josue jam longævo et persenilis ætatis.

PERSERPO, is, ere, n. Valde serpo.

Lucil. ap. *Char.* 77. Intubus interea pedibus perserpit equinis. — Quamvis conjectu facile sit *proserpit*, nolim alterum, ut non latinum, exterminare.

PERSŌNĀLIS, e, adj. Qui tres personas habet. *Diom.* p. 393, et *Prisc.* p. 1134. Personalia verba. — Cujus sensus exempla omnino omittit *Forcell.*

PERSŌNO, as, are, a. (persona). Repræsento. *Boet. De duab. Nat. Christi*, 4, p. 1206. Persona dicta est a personando, circumflexa penultima. Quod si acuatur antepenultima, apertissime a *sono* dicta videbitur. — Inde particip. *Personatus.*

PERSPECTĪVUS, a, um, adj. Qui ad prospectum pertinet (*relatif à la perspective*). *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 7, p. 527. Ut (quæcumque) perspectiva, ad geometriam; et consonantia, ad arithmeticam. *Id.* p. 528 et 531.

PERSPĬCĀCISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Aug. De Peccat. Merit.* 3, 2. Id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus.

PERSPĬCĀCIUS et PERSPĬCĀCISSĬMĒ, adv. compar. et superl. *Boet. Consol.* 3, 11, *Carm.* Lucebit ipso perspicacius Phœbo. *Id. In Arist. Prædic.* 4, p. 204. Non esse enim idem dicere, ægrotare aliquem quod non esse sanum.... perspicacissime docet.

PERSTILLO, as, are, n. Multum stillo. *Vulg. Prov.* 19, 13. Tecta jugiter perstillantia. *Ib. Eccle.* 10, 18. Perstillabit domus.

PERSTĪPO, es, ere, a. Valde stipo vel constringo. *Cœl. Aurel. Acut.* 3, 8, 93. In ferventibus lavacris corporis superficies perstipatur.

PERSTRICTIM. Vid. PRÆSTRICTIM.

PERSUĀSOR, oris, m. Qui persuadet. *Aug. De Genes. contr. Manich.* 2, 20. Quo utique non admittitur perversitatis ille persuasor. *Id. Exposit. Symb. contra Judæos, init.* Scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor etiam turpium voluptatum. Et *Cassiod. Var.* 1, 4. *Gloss. Paris.* Pellaces, persuasores. *Gloss. vet. S. Genov.* Pellacem.... callidum persuasorem. — Quis non miretur, femininum *Persuastrix* in Lexicis locum obtinere, omisso masculino?

PERSUBTĪLĬTER, adv. Subtilissime. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 340. Persubtiliter Theophrastus ait.

PERTECTUS, a, um, part. vel adj. Bene tectus. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 1. Vehiculum habemus pertecto, æquabili, lucido et mediocriter calido loco.

PERTĬNENTIA, æ, f. Appendix (*dépendances*). *Diplom. Chlodov.* (an. 511) ap. *Pardess. Dipl.* t. I, p. 61. Curtem.... cum tota pertinentia. — Habemus compositum nomen *appartenance.*

PERTINGO, is, ĕre, a. Tandem attingo. *Ven. Fort.* 6, 12, 53. Longius inde absens, ibi sed pertingo quod opto. — Locos *Forcell.* affert quos omnes jure expungit.

PERTORQUEO, es, ere, a. Torqueo, jacio. *Afran.* ap. *Fest.* in v. SENTES. Quam senticosa verba pertorquet turba! (Pro *turba*, *Bothe, Poet. scen. lat.* p. 160, conj. *tuba*. De quo ipse cogitaveram. Sensus autem non expeditus. *Fulv. Ursin.*, probante *Dacerio*, conj. *lupa*. Nihil mutat *Neukirch*, p. 176.)

PERTRACTO, as, are, n. Fusius dissero. *Boet. De Differ. top.* 1, p. 858. Illa vero de philosophiæ ratione pertractat. *Ib.* p. 859. Nunc de theseos divisione pertractabo. Et p. 862. — Vox notissima, sed activo sensu.

PERTRANSĬBĬLIS, e, adj. Qui pertransit aut penetrat. « Isidorus in Alphabeto : Amarum, hoc est leve, quia pertransibile. » (Hæc *Cangius.*)

PERTRANSĬTUS, a, um, part. *Cassian. Coll. Pat.* 1, 2. Pertransitis tot regionibus.

PERTŪSŌRIUM, ii, n. Id quod pertundit. *Gloss. vet. S. Genov.* Veretrum, pertusorium. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 550. Veretrum, pertunsorium (*sic*). — Cum hoc sensu facit nomen *Pertunda.*

PĔRUSTIO, onis, f. Flagrantia. *Auct.* ap. *Fabrett.* et in *Anthol.* t. II, p. 69. Nostri facta perustione amoris.

PERVĂCUUS, a, um, adj. Inanis, invalidus (translate). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 514. Cassum, pervacuum. Et *Boet.* sup. in v. PERFORTIS.

PERVĂGĀTIO, onis, f. Evagatio. *Prosp. Vit. contempl.* 1, 4. Memoria sine oblivione, cogitatio sine pervagatione.

PERVALDĒ, adv. Plurimum. *Gloss. Phil.* Pervalde, multum, πολύ, πάνυ, λίαν.

PERVĀSIO, onis, f. Grassatura, rapina. *Salv. De Vero Judic.* 4, *sub init.* Si quidem,

pervasionibus præpotentum, aut sua homines imbecilli, aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt. *Id. Gub. D.* 5, 10. *Cassiod. Var.* 9, 18. Humano generi noxiam pervasionem.... damnamus. *Cod. Theod.* 2, 4, 5. Ne pervasionibus improborum protelandæ cognitionis præbeatur occasio. *Novel. Valent.*, *tit.* 8, 2. Moti ingesta nobis pervasionis invidia. *Ib.*, *tit.* 34. Actionem pervasionis. Etiam *S. Greg. Ep.* 9, 37. Cf. *Cang.* — Ne forte credant unum reperiri hujus vocis exemplum.

PERVĀSOR, oris, m. Invasor, grassator, raptor. *Alc. Avit. Ep.* 6. Pervasorem alienarum ædium. *Paul. Petroc.* 6, 44. Voces Edere pervasor alieno ex ore jubetur. *Cassiod. Var.* 4, 20. Manente pœna etiam pervasori. *Ib.* 3, 20. *Cod. Theod.* 2, 4, 5. Nec aliqua pervasori dilatio concedatur. *Novel. Valent.*, *tit.* 8. Si divalium sanctionum nulla pervasorem pœna percelleret. Cf. *Cang.* — Frequentem apud seriores vocabuli usum ostendere volui.

PERVERSOR, oris, m. Qui pervertit. *S. Greg. Ep.* 7, 98, *Ind.* 2. Apud Scripturarum perversores cum cautela permanere.

PERVĬCĀCĬTAS, atis, f. Pervicacia. *Gloss. Philox.* Μονοτονία, pervicacitas.

PERVĬGĬLANTIA, æ, f. Pervigilatio. *Gloss. Cyril.* Ἀγρυπνία, lucubratio, pervigilantia, vigilium, etc.

PERVIŎLENTUS, a, um, adj. Vehementissimus, cui resisti non potest. *Cassiod. Instit. divin. Litt.* 20. Cum gravitate acutus (Ambrosius), perviolenta persuasione dulcissimus. (Sic vett. edd. Sed recentt. *inviolentus*. Quæ confundi a librariis potuisse miror. Sensum autem perpendamus. Vulgo qui sunt graves, non sunt acuti; qui sunt violenti, non sunt dulces. Est igitur in duobus colis ὀξύμωρον, ad quod minus convenit vox *inviolentus*. Cum hac sententia facit illud Horatianum, *Carm.* 3, 21, 13 : « Tu *lene tormentum* ingenio admoves, etc. » Quod ad vocabulum attinet, *inviolentus* hactenus ignotum est, ut *perviolentus*.)

PESNA, æ, f. Antique pro Penna. *Fest.* in v. PENNAS.

PESSĬMO, as, are, a. Pessimum reddo. *Vulg. Eccli.* 11, 26. Et quid ex hoc pessimabor? *Ib.* 31, 11. Cf. *Cang.*

PĔTĀCĬTER, adv. Avide. *Avien. Progn.* 432. Gramina si carpit semesa petacius anser.

PĔTĪTŌRIUM, ii, n. Libellus petitorius (*pétition, supplique*). *Ennod. Petitor. pro Agapit.* p. 452. *Cod. Theod.* 10, 10, 29. Uno tamen petitorio singulorum bonuscula jubemus adscribi. *Gloss. Cyril.* Αἴτησις, petitorium, petitio, postulatio. Cf. *Cang.* — Priscam vocem habuimus *un pétitoire*.

PĔTĪTŪRA, æ, f. Petitio. *Arn. In Psalm.* 147. Et vult ut voluntas hominis Dei gratiam antecedat petitura.

PETRŎBŎLUS, a, um, adj. (πετροβόλος). Lapides ejaculans. *S. Optat.* 3, p. 64. Cui (parieti) Deus comminatus est tempestatem, pluviam, et lapides petrobolos. *Ibid.* p. 65. Tempestatem, pluviam, et petrobolos. (Hic locus est, aliis verbis, in *Vulg. Ezech.* 13, 13.)

PEUSIS, is vel eos, f. (πεῦσις). *Isid. Or.* 2, 21. Peusis, id est soliloquium, quum ad interrogata ipsi nobis respondemus. (Item *Gloss. vet. S. Genov.*) Etiam *Gloss. Paris.* Peusis, percunctatio, ubi interrogatio fit et responsio.

PHACOLLA vel PHACULLA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 481. Phacolla, perna, petaso, petasunculus. Item *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* in v. PHACULLA. — Sed *Græv.* legi vult : Phascola, pera (ut ap. *Fest.*). Et in alio lemmate : « Perna, petaso, petasunculus. » Cui libens subscribo.

PHĂLANGA, æ, f. Phalanx. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 43. Nocte media omnis Pictava somno phalanga comprimitur. *Ib.* 2, 2. Utriusque phalangæ. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 153. Cohors, agmen, turma, phalanx, phalanga, etc. Cf. *Cang.*

PHĂLANGIUS, ii, n. Phalangium (*tarentule*). *Isid. Or.* 14, 6. Phalangios autem venenatos gignit. (Male vulgo *phalangos*.)

PHALLĬCUS, a, um, adj. (φαλλικός). Ithyphallicus. *Mar. Vict.* p. 2617. Penultima autem detracta, phallicum reddet ita.

PHAMENOTH, ind. Septimus Ægyptiorum mensis. *Ambr. Ep.* 10, 84. Secundum Ægyptios autem vigesimo quarto die phamenoth mensis. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 73 et 80.

PHANNIUM metrum, n. Vid. PANICUM.

PHANTĂSIASTÆ, arum, m. pl. (φαντασιασταί, ut videtur; iidem qui φαντασιοδοκηταί). Hæretici qui Christum humanis passionibus non vere subjectum esse contendebant. *Liberat. Breviar.* p. 137. Alios corrupticolas.... alios, nimirum incorruptibilis assertores, phantasiastas. Cf. *Cang.*

PHANTASMĂTĬCUS, a, um, adj. Qui ad phantasma pertinet. *Isid. Or.* 8, 9. Non aliquam phantasmaticam illusionem, Satanæ fallacia factam. — Vocabuli exemplum addidit *Bailey*, sed ex *Sarisber.*

PHANTASTĬCUS, a, um, adj. (φανταστικός, gallice *fantastique*). Imaginarius. *Cassiod. De Anim.* 2. Anima sibi repræsentat quod phantastica imaginatione concepit. *Ibid.* 7 et 15. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 14. Non tantum ignem phantasticum, sed etiam verum.... exstinguere. Cf. *Cang.*

PHARMĂCEUTĬCUS, a, um, adj. (φαρμακευτικός). Medicinalis. *Isid. Or.* 4, 9. Secundum (genus) pharmaceuticum. *Ibid.* Pharmaceutica (subst. f.) est medicamentorum curatio. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 10. Vel iis quæ in pharmaceutico Responsionum tradidimus libris.

PHARMĂCEUTRIA, æ, f. (φαρμακεύτρια). Maga. *Serv.* ad *Virg. Buc.* 8, 21. Theocritus qui frequenter dicit in Pharmaceutria.

PHARMĂCIA, æ, f. (φαρμακία). Medicina. *Cœl. Aur. Tard.* 12, 12. Medicaminum ratio, quam pharmaciam appellant. *Isid. Or.* 4, 9, 2.

PHARMUTIUS (mensis) seu PHARMUTI, indecl. Octavus Ægyptiorum mensis. *Ambr. Ep.* 10, 84. Qui est dies trigesimus pharmutii mensis. *Ibid.* sæpius. (Malim tamen *pharmuti.*) *Bed. De Temp. Rat.* t. II, p. 73, exhibet *pharmuti.*

PHĬLARGȲRIA, æ, f. (φιλαργυρία). *Cassian. Cœnob. Inst.* 4, 16. Philargyriæ contagio. *Ibid.* 7, 1, et passim. *Isid. Regul. Monach.* 33. Philargyriæ contagium abhorreat. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 8. Qualibet ex causa philargyria me tentans. *Gloss. vet. S. Genov.* Philargiria (*sic*), avaritia. Cf. *Cang.*

PHĬLARGȲRUS, i, m. (φιλάργυρος). Avarus. *Philargyros* habet *Fest.* mutilus in v. PUNICUM. *Cassian. Cœnob. Inst.* 7, 22. Pecuniæ quoque pondere minime sarcinatos, affectu ac mente cum philargyris condemnari possibile est. Et vid. in v. GASTRIMARGUS.

PHĬLŎCĂLIA, æ, f. (φιλοκαλία). *Aug. Contr. Acad.* 2, 7. Quid est philosophia? Amor sapientiæ. Quid philocalia? Amor pulchritudinis.

PHĬLŎCOMPUS, adj. m. (φιλόκομπος). Jactator. *Gloss. Paris.* Philocompus, amator jactantiæ. Cf. *Cang.*

PHĬLŎSŎPHĀTUS, a, um, part. Philosophicus. *Tert. De Anim.* 3. Per philosophatas doctrinas hominum.

PHĬLŎSŎPHĒMA, atis, n. *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 730. Est autem philosophema quidam syllogismus demonstrativus. (De latina scriptura vid. in v. APOREMA.)

PHĪMUS, i, m. (φιμός). Fritillus. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 14, 6. Fritillus, pyxis cornea, qui phimus dicitur græce. *Hor. Sat.* 2, 7, 17. Mitteret in phimum talos. (*Forcell.* immerito admittit ex æquo jure glossema *pyrgum.* Cf. *Orell.*)

PHLASCO, m. Vid. FLASCO.

PHLEGMĂTĬCUS, a, um, adj. (φλεγματικός). Qui ad phlegma pertinet. *Isid. Or.* 4, 7. Gignitur autem ex materia phlegmatica. — Quem sensum Lexica ignorant.

PHLŎGIUM, ii, n. (φλόγιον). Collyrii genus. *Inscr.* ap. *Tôchon, Cach. des Oculistes*, p. 70. Q. Junii Tauri flogium ad genas et claritatem.

PHŒNĪCIĀTUS equus, m. Spadix. *Serv.* ad *Virg. Georg.* 2, 82. *Honesti spadices.* Quos phœniciatos vocant. *Isid. Or.* 12, 1, 49. Ipse est et spadix, quem phœniciatum vocant. (Male vulgo *phœnicatum.*)

PHŒNĪCIUS, a, um, adj. Ad Phœnicen pertinens; coccinus. *Eucher.* p. 287. Phœnicium, in Esaia, coccinum. (Quam vocem in *Vulgata* non video.) || Phœnicium emplastrum. *Gargil.* ap. *Mai.* t. III, p. 426.

PHŒNIX, icis, m. (φοῖνιξ). Genus instrumenti musici. (Subauditur cithara.) *Isid. Or.* 3, 21. Psalteria, lyræ, barbitæ (*sic*), phœnices.... et quæ dicuntur indicæ.

PHRȲNĬCHIUM metrum, n. (Phrynichus). *Serv. Centimet.* p. 1823; *Mar. Victorin.* p. 2532.

PHȲSIOGNŌMĬCUS, a, um, adj. (φυσιογνωμικός). Qui naturales rerum qualitates inspectione dijudicat. *Fulg. Contin. Virg.*,

init. Secundus (liber Georgicon) physiognomicus et naturalis. || Qui ex vultu indolem hominum dijudicat. *Boet. Arist. Analyt. pr.* 2, 28, p. 521 (in lemmate). De syllogismo physiognomico.

PIĀTOR, oris, m. Qui expiat. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 424. Pio, as ; unde Piator. — Femininum *Piatrix* est ap. *Plaut.*

PICRUS, a, um, adj. (πικρός). Amarus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2733. Piscinam, quæ antea tenuis aquæ picra fluenta capiebat. — Jam nota erant nomina *Picra* et *Picris*. (Correcto autem scalptoris errore, *Dübnerus* legere suadet *pigra*.)

PIGRĒDO, inis, f. Pigritia. *Vulg. Prov.* 19, 15. Pigredo immittit soporem.

PIGRESCO, is, ere, n. Piger fio. *Ambr. Hexaem.* 6, 3. Nec desidia corporis animique pigrescere. *Aug. Ep.* 58, *Pammachio*. Sic enim extero facto fieri posse in Africa credent, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 724. Nam pigrescunt quod solitum est dimovere. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 26. Ast ego.... Fæce gravis, sermone gravis, ratione pigrescens. *Th. Prisc.* 2, 7. Item prigrescunt (ægri) ad omnia. — Relata exempla ad res pertinent. De Nilo dixit *Plin.* (vide *Forcell.*), et de aqua *Cassiod. Var.* 10, 29.

PIGRĬDA, æ, f. Picris. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 539. Pigridæ, quasi lactucæ. — Unde scribendum mihi videtur *Picridæ*, non *picridiæ*, in loco *Augustini* quem laudat *Forcell.*

PIGRĬTOR, aris, ari, d. Freq. a Pigror. Tardo. *Vulg. Act. Apost.* 9, 38. Ne pigriteris venire usque ad nos. *Pseudo-Ambros. Hymn.* Expelle somnolentiam, Ne pigritantes obruat. *Thom.* p. 440. Cf. *Cang.*

PĪLĀRIUS, a, um, adj. *Gloss. Cyril.* Σφαιροειδής, globosus, pilarius.

PĪLAX, acis, m. Feles. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pilax, murilegus, catus. Et *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 471. Cf. *Johan. de Janua*, qui verbum deducit a v. *Pilus*. Malim a v. *pilare*, ut sit *pilax*, fur. Videndus et *Cang.*

PĪLENS, tis, m. Pilentum. *Ven. Fort.* 6, 7, 183. Hic pilente petit loca Gallica.

PĪLŌSĪTAS, atis, f. Pilosa superficies. *Gloss. Cyril.* Τρίχωσις, pilositas. Cf. *Cang.*

PĪLŪMEN, inis, n. *Gloss. Isid.* Pilumen, quidquid in pila tunditur.

PĪNĀLIS, e, adj. Quem dat pinus. *Isid. Or.* 17, 7. Resina pinalis.

PĬNAX, acis, f. *Gloss. Plac.* p. 496. Pinaces dicuntur imagines mire depictæ. — Nusquam alibi video sensum, quem requirit vox *Pinacotheca*.

PINCERNANS, antis, adj. Qui est pincerna (translate). *Ven. Fort.* 5, *init.* Quasi Falerni nobilis ipso me prius odore pincernante supplevit (f. opplevit).

PĪNEUM, i, n. Nux pinea. *Vulg.* 2. *Par.* 2, 8. Mitte mihi.... pinea de Libano.

PINGUĀMEN, inis, n. Adeps. *Cypr. Adv. Jud.* 16. Holocausta et pinguamina agnorum. *Gloss. Cyril.* Αἶπος, sevum, pinguamen, adeps.

PĪNĬCELLUS, i, m. Pini nucleus (ut mihi videtur). *Plin. Valer.* 1, 5. Pinicellos latos et subtiles. *Ib.* Debuccellatos pinicellos.

PĪNĬFERTUS, a, um, adj. Pinu abundans. *Avien. Or. mar.* 556. Qua pinifertæ stant Pyrenæ vertices.

PINSĀTUS, a, um, part. Pisatus. *Fest.* Muries est ea quæ fit ex sale sordido in pila pinsato, et in ollam fictilem conjecto.

PINSĬTO, as, are, a. Sæpe pinso. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 416. Pinso, as, et Pinsito, as. *Onomast. lat. gr.* Pinsito, tas, ἀναμάττω. *Plaut. Asin.* 1, 1, 18. Nequam homines qui polentam pinsitant. (Sic *Camerar.* cum uno codice. Quod plerique probant, etsi vulgatam tuentur, *pransitant*. Ed. *Bip.* tamen admisit *pinsitant*. Hoc verum credo.)

PINSĬTOR, oris, m. Qui pinsit, pistor. *Mar. Vict.* p. 2464. Pilum quo pinsitores utuntur. — *Pinsitor*, ut credo, sensum suum retinuit; *pistor* latiorem adeptus est.

PĬPĔRĀCEUS vel PĬPĔRĀCIUS, a, um, adj. Piperatus. *Latin. Togat.* in *Gromat. vet.* p. 309. Terminus si aspratilis fuerit, et mixta piperatia loca habuerit.

PĬPĔRĀTŌRIUM, ii, n. Vas in quo piper continetur. *Paul. Sentent.* 3, 10. Veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria.

PĬPĔREUS. Vid. v. seq.

PĬPĔRĪNUS, a, um, adj. Piperatus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 481. Pipereus, piperinus, piperatus. || Piperinus lapis, m. *Isid. Or.* 19, 10, 8.

PĪPIUNCŬLUS, i, m. *Gloss. Paris.* Pipiunculus, accipiter vel acceptor. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Hildeb.* Pipiunculus, accipiter, acceptor. (Ubi videndus editor.)

PĪRĀTĬCĒ, adv. More piratarum. *Char.* p. 162.

PĪSA, æ, f. Pilum (*pilon*). *Isid. Or.* 4, 11. Pisa a pinsendis seminibus et terendis.

PĪSĀCŬLUM, i, n. Pisa (*pilon*). *Gloss. Philox.* Pisaculum, ὕπερον.

PISCĀRIA, æ, f. Piscarium forum. *Onomast. lat. gr.* Piscaria, ἰχθυόπωλις. *Varr.*, auctore *Perott. Cornucop.* Nullus in piscaria piscis erat. (De hoc unico exemplo ambigebant.) || Locus in quo piscantur (ital. *peschiera*, gall. *pêcherie*). Cf. *Cang.*

PISCĀTŌRIUM, ii, n. Piscarium forum. *Gloss. Cyril.* Ἰχθυοπώλιον, piscatorium. Cf. *Cang.*

PISCEUS, a, um, adj. Ad piscem pertinens. *Cassiod. Var.* 11, 40. Pisceus lupus arenis se mollibus immergit.

PISCĪNUS, a, um, adj. Pisceus. *Fest.* in v. PETIMEN. Et inter duos armos suis quod est, aut pectus, appellari solitum, testatur Nævius in descriptione suillæ, quum ait: Petimine piscino qui meruerat. — « Mirum autem, ait *Dacerius*, ut probaret in suilla esse nescio quid, niti testimonio Nævii, quum manifesto intelligere videatur quod κλειδίον in thynno vocabatur.... *Dalecampius*, apud *Plin.* 2, 37, non *petimine piscino*, sed *petimine porcino* legit, hunc Festi locum laudans. » Facilis nempe librarii error.

PISCŬLUS, i, m. Pisciculus. *Char.* p. 73.

PISTĀCŬLUM, i, n. Pilum (*pilon*). *Gloss. Cyril.* Ὕπερον, pistaculum, pilum. (An *pisaculum*, ut in *Gloss. Philox.* vidimus?)

PISTĬCUS, a, um, adj. (πιστικός). Sincerus. *Vulg. Johan.* 12, 3. Accepit libram nardi pistici. (Adde *Eucher. Exposit. divers. Rer.*, p. 287; *Isid. Or.* 17, 7; *Gloss. Isid.* in v. NARDUM.) *Gloss. Paris.* Pisticum nardum, id est spicatum vel fidele. *Ambros. In Luc.* 10, 24. Mystico igitur unguento illo pistico consepelitur ecclesia.

PISTŌRICIUS, a, um, adj. Pistorius. *Plin. Valer.* 5, 41. De opere autem pistoricio noli dare. — Item Pastor, *pastorius* et *pastoricius.*

PĪSTŌRĬCUS, a, um, adj. Pistoricius. *Onomast. lat. gr.* Pistoricus, ἀρτοποιητικός. Pistorius, σιτοποιητικός. — Sic confirmatur dubia ap. *Ulpianum* lectio.

PĬSTŌRIENSIS, e, adj. Pistorius. *Prisc.* p. 633. Sin vero tertiæ declinationis, abjiciunt *s* genitivi, et assumunt *ensis*, ut pistor, pistoris, pistoriensis; Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. — Non vox ficta a *Plaut. Capt.* 1, 1; 57, joculandi causa, ut existimant.

PISTŌRIUM, ii, n. Farinæ conditorium, ut videtur (*pétrin*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3289. Pistorio exornatas ad annonæ coctionem pistoribus traditas. (Deest nomen.) — Ap. *Cangium* est *Pistoria*, scil. locus ubi pistores panem conficiunt (gall. *fournil*).

PISTRĪNĬCUS, a, um, adj. Ad pistrinum vel pistorem pertinens. *Gloss. Cyril.* Ἀρτοκοπικός, pistrinicus.

PISTRĪNUS, a, um, adj. Ad pistoriam artem pertinens. *Gloss. Plac.* p. 462. Formastro opere, [opere] pistrino.

PLĂCENTUM, i, n. Placenta. Vid. in v. CUMIPHA.

PLĂCESCO, is, ere, n. Placeo. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 613. Sic turis piperisque Indi nigredo placescit.

PLĂCĒTUR, pass. impers. a v. Placeo. *Cassiod. Var.* 1, 12. Nosti enim bene quo nobis studio placeatur. *S. Greg. Ep.* 2, 4, *Indict.* 11. Quibus placeri ab omnibus quæritur.

PLACIUM, ii, n. *Isid. Or.* 19, 27. Placium, stuppa et quasi crassedo serici : et est græcum nomen. (Quod equidem nomen ignoro.) *Glossar. lat. ital.* ap. *Cang.* Placium, *la stopa, e seda grossa.*

PLĂCOR vel PLĀCOR, oris, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Placor, tranquillitas. *Thom.* p. 480. Placor, placiditas. *Gloss. Paris.* Placorem, placationem (male plagationem). Cf. *Cang.* — Vox eadem alio sensu ap. *Forcell.*

PLĀGĀTUS, a, um, part. Qui plagam sequitur. *Simplic.*, ed. *Gœs.* p. 88. Plagatam ostendere cicatricem (de arboribus).

1. PLĂGELLA, æ, f. Plagula. *Cœl. Aur. Tard.* 3, 2. Multiplicati linteaminis, sive pannorum vel plagellarum.

2. PLĂGELLA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 473. Plagella, parvum vulnus.

PLĀNĀTIO, onis, f. Exæquatio. *Gloss. Cyril.* Ἀπόρθωσις, planatio.

PLĀNĀTUS, a, um, part. *Alcim. Avit. Carm.* 5, 698. Ducitur extentum planati gurgitis æquor.

PLĀNESCO, is, ere, a. Planus fio. *Paul. Nol.* 5, 318. Leniet aspera, dura Molliet, et totum coget planescere mundum.

PLĂNĒTĬCA, æ, f. (πλανητική). Vestis quædam, ut videtur, fluens. *Cassian. Cœnob. Inst.* 1, 5. Planeticarum et birrorum pretia. — Cf. *Isid. Or.* 19, 24, ubi de *Casula* loquitur, et græcos *planetas* memorat. *Thom.* p. 463. Vocamus quoque *planetam* quamdam laxam vestem circum ora. Et vid. *Cang.* in v. PLANETA.

PLANĬPES, edis, adj. Qui digitos pedum habet non distinctos. *Onomast. lat. gr.* Planipes, στεγανόπους. — Nomen habet *Forcell.*, quod ad scenicam artem pertinet.

PLĀNĬTŪDO, inis, f. Planitia. *Boet. Arithm.* 2, 25, p. 1340. Habebit superficies VI, quarum singula planitudo tetragono illi priori æqualis est. *Id. Geom.* 2, p. 1526 et 1528. — Vox nota solummodo ex *Gloss. Philox.*

PLĀNĬTUS, adv. Plano solo. *Onomast. lat. gr.* Planitus, ὁμαλῶς. — Vocem ap. *Tertull.* eradendam merito censet *Forcell.*

PLANTĀTŌRIUM, ii, n. Instrumentum ad plantandum (*plantoir*). *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 537. Pactorium, plantatorium. *Gloss. Paris.* Pactorio, plantatorio. (Male Pacturio, plantaturio.) *Gloss. Vat.* t. VII, p. 572. Pangatorium (l. *pangtorium, panctorium*), plantatorium. —Forte legendum *pactorio* ap. *Gargil.* 4, 5, ed. *Scott*, ubi legitur *punctorio*.

PLANTĀTRIX, icis, f. Quæ plantat. *Cassiod. Var.* 11, 38. Ubi apicibus elevatis fecundissima verborum plantatrix seges fructum mentibus toties suavissimum reddit. — Sic vett. edd. Verum ed. Benedictin. *plantata*. Illud tamen probo.

PLANTĀTUS, a, um, part. *Vulg. Luc.* 13, 6. Arborem fici habebat quidam plantatam. *Cypr. De Cruc.* 3. De sterili succiso robore lignum Plantatum. *Ven. Fort.* 2, 1, 15. Tu plantata (crux) micas, secus est ubi cursus aquarum. *Id.* 9, 2, 141. Inde domo domini plantati, lumine vernant.

PLĀNUS, i, m. Jactus dictus quatrio vel quaternio in tesserarum ludo. *Isid. Or.* 18, 65.

PLASMĀBĬLIS, e, adj. Qui fingitur. *Ven. Fort.* 2, 5, 3. In me qui regit ire lutum plasmabile numen.

PLASTOGRĂPHUS, a, um, adj. (πλαστογράφος. Sed et πλαστόγραφος existere debuit, ut sequentia ostendunt). Falso scriptus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 540, et t. VII, p. 574. Plastographis, falsis scriptis. *Gloss. Paris.* Plastographis, falsis scripturis.

PLĂTOMA, æ, f. Tabula marmorea; monumentum, sepulchrum. *Epiphan. Hist. Eccles.* 2, 18. Sicut lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 188. In quo loco platomam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta, versibus adornavit. *Cassiod. Var.* 3, 9. In municipio sine vestro usu jacere comperimus columnas et lapides.... Supra memoratas platonias (*sic*) vel columnas. *Anastas.* ap. *Cang.* Et ædificavit platoniam (*sic*), ubi corpora apostolorum jacuerunt. — Accuratius de vocabulo agit *Cang.* Scribit autem *Platonæ*, *Platoniæ*, *Platuniæ*. Mire enim corrupta vox a Latinis, quum debeat esse *Platumma* vel *Platymma, atis*, a græco πλάτυμμα, πλάτυσμα.

PLĂTONA, PLĂTONIA, f. Vid. v. præced.

PLĂTŌNĬTAS, atis, f. Platonis essentia. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 339. Age enim, incommunicabilis illa Platonis proprietas Platonitas appellatur.

PLAUSTRA, æ, f. Plaustrum. *Sid. Paneg.* 5, 280. Luna die; duplex ponto si Plaustra novatur Parrhasis.

PLAUSTRĀLIS, e, adj. Qui ad plaustrum pertinet. *Bed. Propos. arithm.* t. I, p. 138. Inter utrosque plaustrali pondere pensantes.

PLECTA, æ, f. Sertum. *Vulg.* 3. *Reg.* 7, 29. Et inter coronulas et plectas. *Cassian. Coll. Pat.* 18, 15. Codicem suum inter ejus plectas, quas de palmarum foliis solebat intexere, latenter abscondit. *Ibid.* Plectas palmarum, quas illi siras vocant. *Thom.* p. 477. Plecta, nexus quilibet ex virgulis vel ex papyro. Cf. *Cang.*

PLECTĬBĬLIS, e, adj. Plectilis. *Gloss. Philox.* Plectibile, πλεκτόν, πτυκτόν. (De lectione ne dubites, sequitur in glossario *Plectile.* Utrumque probat analogia.) || Animadvertendus. Quem sensum exhibent Lexica.

PLECTĬBĬLĬTER, adv. Pœnam merendo. *Alc. Avit. Ep.* 4. Qui veniabilius onerabatur fragilitate peccati, plectibilius opprimetur abusione remedii.

PLECTRĬCĂNUS, a, um, adj. Qui plectro canit vel sonat. *Poet.* in *Anthol. Lat.* t. II, p. 320. Plectricanæ citharæ septem discriminibus, quos, etc.

PLECTŬLA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 477. Plectula, parva plecta, unde cophinos faciebant.

PLECTŪRA, æ, f. Implexio. *Ennod. Dict.* 1. Et omnis ramorum plectura diffunditur.

PLĒMĬNA, um, n. pl. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 540. Plemina, quum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt. — An vitiose scriptum, verbi loco *Flemina?* Hoc sane ap. *Plaut.* et *Fest.* Dedi etiam *Flemen*, ex *Prisc.* p. 691.

PLĒNĀRIĒ, adv. Plene. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 139. Nam plenarie sensum.... (Locus truncatus.) Cf. *Cang.*

PLĒNĀRIUS, a, um, adj. Plenus, absolutus. *Prosp. Vit. contempl.* 3, 33. Prudentiæ ac sapientiæ plenaria perceptione divinitus illustrati. *Ennod. Ep.* 8. Plenarium documentum. *Cassiod. Var.* 3, 5. Tuarum munus plenarium dignitatum. Cf. *Cang.*— Priscum adjectivum habuimus, feminino genere : *Cour plénière, indulgence plénière.*

PLĒNĬPŎTENS, tis, adj. Omnipotens. *Prisc.* p. 1295. — Inde vox, quæ ap. *Cang.*, *Plenipotentiarius*, gall. *plénipotentiaire.*

PLĒNĬTER, adv. Plene. *Ennod. Ep.* 5, 16. Senarium, ut apud me maneat, exorare pleniter non omittas. Cf. *Cang.*

PLEUMŎNIA, æ, f. (πλευμονία). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 483. Pleumonia, dolor vel tumor pulmonis.

PLEURĪTĬCUS, a, um, adj. (πλευριτικός). Ad pleuritim pertinens. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 16 et 17. Pleuritica passio. *Isid. Or.* 4, 6. Unde et pleuritica passio nomen accepit.— Quod de solo ægro dictum referunt.

PLĬCĀTIO, onis, f. Plicatura. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 817. Πτυχή, plicatio. — Nota sunt composita *Implicatio*, *Complicatio.*

PLŎCE, es, f. (πλοκή). Nomen schematis. *Aquil. De Fig. Sent.* p. 23. Ploce, copulatio. *Capel.* 5, p. 174 ; *Jul. Rufinian.* — (Vox græce scribitur a *Quintil.* 9, 3, 41.) || Ploce etiam ad musicen pertinet. *Capel.* 9, p. 323.

PLŌROR, aris, ari, d. Ploro. Vid. in v. LUGEOR.

PLŪRĀLIS, e, adj. Qui ex pluribus constat. *Arnob. In Psalm.* 67. Pluralem facitis Deitatem. — Grammaticorum sensus solennis est, et unicus in Lexicis.

PLŪRĀLĬTAS, atis, f. Numerus (gall. *pluralité*). *Boet. De Unit.* p. 1276. Omnis pluralitas ex unitatibus est. *Id. Arithm.* 1, 4, p. 1298. Prædocuimus quantitatem in infinitas pluralitates accrescere. *Id.* p. 452, 539, 1122, 1301, et sæpissime. *Ambr. In Psalm.* 118, *Prol.* Ut simul et unitatem doceret, non pluralitatem. Cf. *Cang.* — Vox grammaticorum est, auctore *Charisio ;* sed non prætermittendus sensus generalis.

PLŪRĬFĀRIĒ, adv. Plurifariam. *Gloss. Philox.* Plurifariam, πολλαχῶς. Plurifarie, πολλαχῶς.

PLŪRĬMORDĬNES, m. pl. Vid. in v. PRIMORDINES.

PLURĬNŌMĬNIS, e, adj. *Isid. Or.* 1, 6. Synonyma, hoc est plurinomina. (Idem legitur in *Arte Bonifacii*, ap. *Mai.* t. VII, p. 476.) — *Multinominis* dixit *Apul.*

PLŪSĬMA. Vid. in v. MELIOSEM.

PLUSQUAMPERFECTUM, i, n. Tempus conjugationis latinæ (gall. *plus-que-parfait*). *Prisc.* p. 807, et passim.

PNEUMA, atis, n. (πνεῦμα). Spiritus. *Alc. Avit. Ad Sor.* 343. Quæ pneumate misso Christicolis, etc. Cf. *Cang.*

PŎCLUM, i, n. Sync. pro Poculum. *Plaut. Curc.* 2, 3, 80. Jacto basilicum, propino magnum poclum ; ille ebibit. (Vulgo *poculum.*) *Lucil.* ap. *Non.* p. 260 et 308. Cum poclo bibo eodem ; amplector, labra labellis Fingens compono. *Prud. Peristeph.* 10, 1264. Mox deinde dulcibus Refecta poclis mella sumpsit sanguinis. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 232. Ut valeat rursum desueta assumere pocla. — Quanquam *Arnob.* et *Prud.* (*Cath.* 6, 16) a *For-*

cell. laudantur, illa non prætermittenda visa sunt.

PŎCŬLĀRIUS, a, um, adj. Potorius. *Paul. Jct. Sentent.* 3, 6, 61. Escaria quoque et pocularia vasa debentur. *Ibid.* 67. — Etsi *Pocularis, e*, esse potest, malo similia esse *escarius* et *pocularius*.

PŎDISMĀLIS, e, adj. Ad podismum pertinens. *Boet. Geomet.* 2, p. 1527. De trigonorum podismali consideratione. *Ibid.* p. 1521.

PŎDISMĂTĬCUS, i, m. Qui podismum exercet. *Boet. Geom.* 2, p. 1520. Prisci igitur podismatici, cautissimi dispectores, etc.

PŎDISMĂTIO, onis, f. Podismus. *Boet. Geom.* 2, p. 1534. Hæc de epipedarum podismationibus figurarum ad præsens sufficiant.

PŎDISMO, as, are, a. Pede metior. *Boet. Geom.* 2, p. 1523. Quorum medietate trigoni scaleni embadum podismatur.

PŒNĀTOR, oris, m. *Gloss. arab. lat.* Pœnator, tortor.

PŒNĬTEO, es, ere, n. Me pœnitet. *Vulg. Luc.* 10, 3. Olim in cilicio et cinere sedentes pœniterent. *Ib. Judith*, 5, 19. Pœnituerunt. *Ib. Eccli.* 32, 24. Non pœnitebis. *Cypr. De Singul. Cler.*, *sub init.* Si non pœnitueritis, similiter perietis. *Cassiod.* in *Psalm.* 24. Pœniteant se errasse. Cf. *Cang.*, apud quem legitur *pœnituerint*.

PŒNĬTEOR, eris, eri, p. vel d. Pœniteo. *Vulg. Marc.* 1, 15. Pœnitemini et credite evangelio.

POĒTISSA, æ, f. Poetria (gall. *poétesse*). *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 443.

POĒTRIS, idis, f. (ποιητρίς). Poetria. *Pers. Prol.* 13. Corvos poetas et poetridas picas. (Sic *Otto Iahn*, cum parte codicum. Alii *poetrias*. Etiam *Thom.* p. 443, idem citans, exhibet *poetridas*.)

PŎLEIUM Martis, n. Dictamnum. *Isid. Or.* 17, 9. (Sed vox incerta. Alii *puleium*, alii *pulegium* : hoc habet *Areval.* Etiam græcum herbæ nomen est πόλιον.)

PŎLĬTIA, æ, f. (πολιτεία). Respublica, administratio civitatis. *Ambr. Hexaem.* 5, 15. Sic ab initio acceptam a creatura, exemplo avium, politiam homines exercere cœperunt. *Cassiod. Var.* 9, 2. Quarum (gruum) morem scriptores rerum naturalium contuentes, politiam quodam modo inter ipsas esse commemorant. Cf. *Cang.*— Vox est ap. *Forcell.*, sed ex *Cicerone*, quem græce scripsisse verisimile est.

PŎLĬTIES vel PŎLĬCIES, ei, f. (polio). Elegantia. *Onomast. lat. gr.* Policies, γλαφυρότης.

POLLĬCĬTĀTUS, a, um, part. Promissus. *Ven. Fort.* 6, 4, 94. Pollicitata semel, perpetuata manent.

POLLĬNĀCEUS, a, um, adj. Pollinarius. *Gloss. Cyril.* Γυρίτης ἄρτος, pollinaceus.

PŎLŸGĂMIA, æ, f. (πολυγαμία). Conditio viri qui plures simul uxores habet. *Hier. Exposit. in Jerem.*, *Præf.* Nuptias digamiæ, digamiam polygamiæ esse prælatam.

PŎLŸGŌNIUM, ii, n. Figura polygonia. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 225. Ceteri limites, juxta formas et inscriptiones, polygoniorum nomina acceperunt.

PŎLŸMĔTER, tra, trum, adj. (πολύμετρος). *Prisc.* p. 712. Lævius in Polymetris. (Nempe qui tractatum de variis metris scripserat.)

PŎLŸMĬTĀRIUS, a, um, adj. Polymitus. *Vulg. Exod.* 36, 35. Fecit et velum opere polymitario. || Subst. m. Polymitarius artifex. *Vulg. Exod.* 35, 35. Ut faciant opera abietarii, polymitarii.

PŎLYŌNŸMUS, a, um, adj. (πολυώνυμος). Qui plura nomina habet. *Prisc.* p. 1022. Quomodo autem sunt nomina, synonyma et polyonyma, sic inveniuntur adverbia, etc.

PŎLYPTŸCHUS, a, um, adj. (πολύπτυχος). Qui multas plagulas habet. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 574. Polyptychum scriptum, annales historiæ, acta urbana, commentaria, album curiæ, codices, testamenta, codicilli, tabulæ. — Vulgo *Polyptychi* (suppl. libri), ut videas ap. *Forcell.* et *Cang.* Etiam *S. Greg. Ep.* 7, 40, *Ind.* 2. Quia notitia ejusdem donationis non esset de polyptychis charaxata.

PŎLŸSYLLĂBUS, a, um, adj. (πολυσύλλαβος). Pluribus syllabis constans (gall. *polysyllabe*). *Prisc.* p. 1297 et 1298. (Ibi fere *Polysyllaba* sunt substantive.) *Thom.* p. 461. Polysyllabus, multarum syllabarum.

PŎLYTRŎPHUS, a, um, adj. (πολύτροφος).

Nutritorius, validus (cibus). *Th. Prisc.* p. 2, 21. A carnibus polytrophis continendo.

PŌMĀCIUM, ii, n. Liquamen ex pomis (*marmelade, confiture, gelée*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 479. Pomacium, mollis et liquidus cibus ex pomis.

POMPĀLĬTAS, atis, f. Pompa. *Prisc.* p. 1320. Altitudinis causa et pompalitatis, quæ stilo elocutionis convenit latinæ.

POMPEUTĬCUS, a, um, adj. Ad pompam pertinens. De pede *bacchio* dicit *Max. Vict.* p. 1956. (Unde videtur græcum πομπευτικός exstitisse, eodem sensu ac πομπευτήριος.)

POMPŬLENTUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 484. Pompulentus, pomposus, festivus, ornatus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 540, et VII, p. 574. Pompulentus, pompa plenus. *Gloss. Paris.* Pompulentus (male Pompalatus), pompa plenus. *Gloss. Hildeb.* Pompulentus (male Pompulatus), pompa plenus. (Ubi videndus editor.)

PONDĔRĀTIM, adv. Cum pondere (translate). *Cassiod. Var.* 2, 40. Ibi enim quidquid excellenter, quidquid ponderatim, quidquid rauce, quidquid purissime sonat. — Cf. *Hor. A. P.* 260. Missos cum magno pondere versus.

PONDĔRĀTRIX, icis, f. Quæ ponderat. Vid. in v. MENSURATRIX.

PONTĀNUS, a, um, adj. Vid. v. seq.

PONTIUS, a, um, adj. Ad pontem pertinens. *Grammat. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 184. A ponte *pontanus* et *pontius*.

PŎPĪNŬLA, æ, f. Parva popina vel popa. *Onomast. lat. gr.* Popinula, καπηλίς. (Sic enim emendo pro vulgata καπυλικός. *Popina* ap. *Non.* de muliere dicitur.)

PŎPŬLISCĪTUM, i, n. Plebiscitum. *Nep. Arist.* 1; *Alcib.* 5; *Ep.* 7; *Phoc.* 2. (Et quidem recte, etsi dubitat *Forcell.*) *Prud. In Symm.* 1119. Quum scita patrum populique frequenter (novarit).

PORCAMIS, is, f. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 372. Porcamis est pars agri habens in latitudinem pedes XXX. (Ap. *Cang.* conjectura est: *Porca unius.*)

PORCĀRIA, æ, f. Quæ porcos custodit, gall. *porchère.* (Nomen commune jure deduci potest a nomine proprio, quod bis legimus in *Inscr. chrétien. de la France*, t. I, p. 104 et 115.)

PORCASTĔR, tri, m. Porculus. *Aldhelm.* ap. *Canis.* t. I, p. 760. Sed sus cœnosis volutabri sordibus apta, Dum stratis recubans porcaster pausat obesus, etc. — Deminutiva sunt nomina in *ster*, ut notat *Prisc.* p. 628. « Sic *oleaster*, *surdaster*, *parasitaster*, etc. » Item porcus, porcaster.

PORCELLA, æ, f. Parva porca. *Theod. Prisc.* 4, 1. Uncia una axungiæ sine sale de porcella virgine.

PORCĬTOR, oris, m. Arator. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 472. Unde porcitores dicimus qui eas (porcas) faciunt.

PORTĀRIUM, ii, n. Vectigal quod ad portas urbium penditur. *Gloss. Cyril.* Τέλος πύλης, portarium. Et *Chart.* ap. *Cang.* (Forte vox nihil aliud est quam *Portorium*, corrupte.)

PORTĀRIUS, ii, m. Janitor (gall. *portier*). *Vulg.* 4. *Reg.* 7, 11. Ierunt ergo portarii, et nuntiaverunt in palatio, etc. *Ib.* 1, *Paral.* 16, 2. Cf. *Cang.*

PORTĀTOR, oris, m. Qui portat (gall. *porteur*). *S. Optat. De Schism. Donat.* 6, 2. Fugistis etiam calices, Christi sanguinis portatores. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Portator, vector. *Isid. Or.* 9, 4. Tabellio dictus quod sit portator tabellarum. (Sic vulgo. *Arev.* cum uno cod. *portitor.*) *Prob. Art. min.* in *Anal. gr.* p. 421, idemque alio nomine *Gramm. Vat.* ap. *Mai.* t. V, p. 315. Sic (ut *calcatum, calcator*) utique *portatum, portator*, et *cantatum, cantator* suæ positionis nomina, non a verbis venientia, sunt pronuntianda. Cf. *Cang.* — *Portatrix* nunc est ap. *Forcell.*

PORTEMIA, æ, f. Navicula qua utebantur in Pannonia. *Isid. Or.* 19, 1, 26. Etiam *Gloss. Pap.* (In exemplo quod affert *Cang.*, scribitur *portenna*. Servanda autem littera *m*, quæ in v. πορθμίον.)

PORTENTUŌSUS, a, um, adj. Portentosus. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 3, 19. Et cum his homines senis manibus portentuosi. *Ibid.* 47. Portentuosa plurima experti erant. *Interp. Iren.*, *Præf. lib.* I. Portentuosissima mysteria. *Isid. Or.* 12, 3. Portentuosa vero levem sumunt mutationem. *Ib.* 14, 3. Quædam (gentes) portentuosæ ac truces. *Gloss. Cyril.* Τερατολόγος, prodigiosus, portentuosus. *Ibid.* Τερατώδης, monstruosus,

portentuosus, etc. — Quod notum in talibus : *monstrosus* et *monstruosus*, *montosus* et *montuosus*, *frontosus* et *frontuosus*, etc. Adverbium *Portentuose* est ap. *Thom.* p. 571.

PORTĪCIA, æ, f. Vid. POSTICIA.

PORTĬCŬLUS, i, m. Parvus portus. *Onomast. lat. gr.* Porticulus, λιμενίσκος.

PŎRUS, i, m. (πόρος). *Ambr. Hexaem.* 3, 9. Subtilibus poris in córdis sui sedem ducentibus. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 11, p. 551. Etenim ex necessitate digreditur per majores poros. *Isid. Or.* 11, 1. Pori corporis græco nomine appellantur, qui latine proprie spiramenta vocantur. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 375. Subtilia quædam foramina, quæ poros vocamus. — Unum exemplum, idque incertum, affert *Forcell.*

POS, potis, adj. Potens. *Varr. L. L.* 4, 10. Divi potes. (Alii non bene, *divipotes.*) *Id. ib.* 4, 1. Et eo obscurius fit, si dicatur *pos* quam *impos* : videtur enim *pos* significare potius *pontem* quam *potentem*. *Alc. Avit. Ep.* 31. Hujus quoque nos voti potes. (Nisi legendum *compotes.*)

PŎSĬTĪVĒ, adv. In prima positione et extra compositionem. *Prisc.* p. 1065. Principalia pronomina.... positive magis per singulos casus declinantur. *Ibid.* paulo inf. — Gall. *positivement*, alio sensu.

POSSĬBĬLIOR, us, adj. compar. *Prosp. De Grat., med.* Ut possibilius fiat per gratiam quod non erat possibile per naturam. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 269. Eligendum est hoc quod est possibilius.

POSTERGO, as, are, a. Post tergum relinquo; negligo. *Onomast. lat. gr.* Postergo, μεθίεμαι. *Gest. Ludov. VII* ap. *Cang.* A sinistra parte terram Philadelphiæ postergantes. (Qui multa habet, proprie et translate.) — Lexica dant cognatum adject. *Posterganeus.*

POSTĪCIA, æ, f. Posticium seu posticum. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Intra basilicam pro posticia vela linea rosulata VI. (Ubi scriptum est *porticia*. Probabiliter emendat *Cang.*) *Thom.* p. 479. Postica (*sic*), posticium. Vid. v. seq.

POSTĪCIUM, ii, n. Posticum. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 24. Ipsa de posticio, quantum ligni opus erat, sola ferebat in sarcina. *Hyg. De Castr. met.* p. 7. Ut strigæ ad posticium prætorii proximæ sint. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 108. Posticium, παράθυρος. *Gloss. Philox.* Posticium, παραθύρα, παραθύριον. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 479. Posticium, statio postis, ubi scilicet occultum ostium efficitur. In Daniele : Irruere famuli per posticium. (Imo in *Vulg.* est *per posticum*. Quod Noster ad linguam ætatis suæ accommodasse videtur.) Vid. *Cang.*

POSTĪCIUS, a, um, adj. Posticus. *Inscr.* ap. *Fabret.* p. 629. Posticia porta.

POSTINDE, adv. Postea. *Lucr.* 3, 530. Inde pedes et crura mori, postinde per artus, etc. (Uno verbo scribendum videtur, ut omnes scribunt *exinde*, *subinde*.)

POSTLĀTUS, a, um, part. Postpositus. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 17. In unius immolatione filii postlata patriæ mentis pietate luctatum (Abraham).

POSTMĔRĪDIEM, adv. Pomeridiem. Vid. in v. ANTEMERIDIEM.

POSTMITTO, is, ere, a. Projicio, negligo. *Onomast. lat. gr.* Postmitto, ἐῶ. Cf. *Cang.*

POSTMŪRIUM, ii, n. *Prisc.* p. 1136. Pomœrium, quasi postmurium.

POSTPŎSĬTĪVUS, a, um, adj. Qui postponitur. *Prisc.* p. 1238. Copulativa (conjunctio), ordinis postpositivi. *Id.* p. 1252. Et *Pompej. gram.* p. 387.

POSTPŎSĬTUS, a, um, part. *Ven. Fort.* 6, 12, 30. Ordine postposito tempora rumpit amor. — Nec participium, nec ipsum verbum proprie usurpatum video.

POSTSĔCUS, adv. Pone. *Isid. Or.* 19, 24. Togæ lacinia quæ postsecus rejicitur. *Gloss. Cyril.* Κατόπισθεν, postsecus. *Gloss. Philox.* Postsecus, ὄπισθεν. || Deinceps. *Gloss. Cyril.* Ὄπισθεν, μετὰ ταῦτα, postsecus. *Ibid.* Λοιπόν, ἐπίῤῥημα, postsecus.

PŎTĂMIS, idis, f. (ποταμίς). Flumineus. *Gloss. vet. S. Genov.* Nymphæ potamides. Item *Lact.* ad *Stat. Theb.* 4, 255; *Mythogr. pr.* ap. *Mai.* t. III, p. 103.

PŌTĀTŌRIUM, ii, n. Caupona (gall. *buvette*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 365. Meraria, caupona, taberna, potatorium.

PŌTĀTŌRIUS, a, um, adj. Quo utimur ad potandum. *Isid. Or.* 20, 5 (in lemmate). De vasis potatoriis.

PŌTĀTUS, a, um, part. Bibitus. *Cypr.*

Cruc. 52. Et male potatum tandem evomuisse saporem. *Vulg. Eccli.* 31, 36. Vinum moderate potatum. *Cassiod. Var.* 8, 32. Aliqui fontes potati. *Prisc.* p. 920. (De verbo dubitat *Forcell.*) || Cui potus datus est (*abreuvé*). *Tert. Spect.* 30. Felle et aceto potatus. *Vulg.* 1. *Cor.* 12, 13. Et omnes in Spiritu potati sumus.

PŎTESTĀTĪVĒ, adv. Usu potestatis. *Cypr. De Cœn. Dom.*, *init.* Impossibile est suam animam ab inferno teneri qui alienam potestative extraxerat. (Multa exempla sunt ap. *Cang.*)

PŌTŬLUS, a, um, adj. Dimin. a Potus. *Gloss. vet. S. Genov.* Bene potuli, bene potati. (Idem exhibet *Cang.* ex Gloss. Sangerman.)

PRACTĬCĒ, es, f. (πρακτική). *Cassian. Collat. Pat.* 14, 1. Prima (scientia) practice, id est actualis, quæ in emendatione morum et vitiorum purgatione perficitur; altera theorice, id est quæ in contemplatione.... consistit. *Eucher. Formul. spirit.* p. 210. Primam (scientiam) practicen, secundam theoricen vocaverunt.

PRÆACCĬPIO, is, ere, a. Ante accipio. *Onomast. lat. gr.* Præaccipio, προλαμβάνω.

PRÆARGŪMENTOR, aris, ari, d. Antea argumentor. *Boet. Arist. Top.* 8, 3, p. 729. Sustinere autem et positionem et definitionem ipsum sibi ipsi oportet præargumentando.

PRÆAŬDIO, is, ire, a. Antea audio. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 14. Neque speravimus opus, neque præaudivimus omnino.

PRÆBENDA, æ, f. Quæ privatis publice præbentur (unde gall. *prébende.*) *Cassiod. Var.* 5, 39. Præbendarum tenor adscriptus. *Thom.* p. 267. Hæc præbenda, etc. Cf. *Cang.*

PRÆBLANDUS, a, um, adj. Blandissimus. *Juvenc.* 1, 734. Nec me quod dominum præblanda adulatio dicit. (In v. *adulatio* secunda male corripitur.)

PRÆCANTĀMEN, inis, n. Præcantatio. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 1. Et præcantamina loquebatur quibus vocaret deos superos inferosque.

PRÆCĀRUS, a, um, adj. Qui magno pretio venditur. *Ter. Phorm.* 3, 3, 25. Hui, præcara (puella) est. (Alii leg. *percara.* Et locum dat *Forcell.* in v. PERCARUS. Alterum mihi placet, ut *percarus* ad affectus reservetur.) *Onomast. lat. gr.* Præcarus, τιμιώτατος.

PRÆCĒDENTIA, æ, f. Prægressio. *Cassiod. De Astron.* p. 590. Præcedentia vel Antegradatio stellarum est dum, etc. *Isid. Or.* 3, 67 (qui idem habet).

PRÆCELSIOR, us, adj. compar. *Ambr. De Fide,* 4, 1. Semper enim victor et præcelsior æstimatur. *Id. In Luc.* 3, 3. David non eo præcelsior quod hominem se esse cognovit. — Similes comparativi succurrunt *præclarior*, *præstantior*, *præcellentior*, *prænobilior*, etc.

PRÆCENSŪRA, æ, f. Conditio agri antequam censeatur. *Frontin. De Colon.* p. 134, ed. *Gœs.* Eidem militi agens ejus (oppidi) in præcensura est assignatus.

PRÆCENTŬRIĀTUS, a, um, adj. Antea centuriatus. *Frontin.* in *Grom. vet.* p. 32. Certo præcenturiato spatio.

PRÆCESSIO, onis, f. Anteversio (gall. *précession*). *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 206. Dum proprie loquimur secundum temporis præcessionem. *Id.* p. 276. Secundum præcessionem possibilis.

PRÆCĬPĬTER, adv. *Gloss. Plac.* p. 499. Melius *præcipitanter* quam *præcipiter* dicimus.

PRÆCĪSĀLIA, ium vel iorum, n. pl. Tempus præcidendi (arbores, credo). *Prob. Append.* in *Anal. Gramm.* p. 441. Lupercalia, præcisalia, quinquennalia.

PRÆCLĀRĬTAS, atis, f. Summa claritas. *Vulg. Sap.* 8, 18. Præclaritas in communicatione sermonum ejus.

PRÆCOGNĬTOR, oris, m. Qui omnia per se cognoscit. *Ambr. De Fide,* 2, *Præf.* Si factura est, non est omnium factor. Si discens, non præcognitor. Si accipiens, non est perfectus.

PRÆCOLLĬGO, is, ere, a. Antea colligo vel concludo. *Boet. Arist. Top.* 7, 5, p. 715. Præconfessione utendum in (al. pro) talibus, aut præcolligendum, quod æquivocum, vel univocum, aut utrumque fuerit. *Id.* p. 724. Occultantem vero ratiocinatione præcolligere oportet ea per quæ, etc.

PRÆCŎLŌRO, as, are, a. Antea coloro (translate). *Vincent. Lirin. Common.* p. 357. Quod etiam iis curæ est qui mala gramina

et noxios succos medicaminum succis præcolorant.

PRÆCONFESSIO, onis, f. Antecedens confessio. Vid. in v. PRÆCOLLIGO.

PRÆCONFĬTEOR, eris, eri, d. Antea confiteor. *Boet. Arist. Top.* 1, 2, p. 673. Construentibus autem præconfitendum quod cuivis inest.

PRÆCŌNIĀLIS, e, adj. Præconio dignus. *Cassiod. Var.* 8, 1. Pietati vestræ præconiale est diligere. *Ibid.* 7, 5; 9, 25; *Id. De Anim.* 16.

PRÆCŌNIĀLĬTER, adv. Laudabiliter. *Cassiod. Var.* 10, 11. Quidquid præconialiter egeris.

PRÆCŌNIO, as, are, a. Laudo. *Interp. Iren.* 1, 4. Qui habet virum præconiare. *Id.* 1, 29. — Quod verbum non habet *Cang.*

PRÆCŌNIZO, as, are, a. Præconor (gall. *préconiser*). *Interp. Iren.* 5, *init.* Quod prophetæ quidem præconizaverunt. Et *Cang.* in v. PRÆCONARE.

PRÆCŌNO, as, are, n. et a. Proclamo, declaro. *Zeno Veron.* p. 231. Quod (sabbatum) violandum ullo opere in toto non esse præconat. Cf. *Cang.*

PRÆCŌNOR, aris, ari, d. Laudo. *Arn. In Psalm.* 92. Hunc præconata sunt flumina. *Id. In Psalm.* 97. Conspectum Domini præconantes sæculis. Et *Interp. Iren.* 5, p. 322. Vid. *Cang.* — Quod inusitatum ait *Forcell.* in v. PRÆCONANS.

PRÆCORDIUM, ii, n. *Isid. Or.* 10, *litt. F.* Quum se a cute vel a præcordio fugiens contrahit sanguis. Cf. *Cang.*

PRÆDĀCEUS, a, um, adj. Ad prædam pertinens. *Onomast. lat. gr.* Prædaceus, λεηλατικός. (Nisi legendum *prædaticius.*)

PRÆDĀTĪVUS, a, um, adj. *Onomast. lat. gr.* Prædativus, ληστός. (Hoc adjectivum non video, sed ληστικός.)

PRÆDĀTŪRA, æ, f. Prædatio. *Zeno Veron.* p. 301. Et prædaturas omnes vestri corporis ambitu superatis.

PRÆDĀTUS, a, um, part. Bello captus. *S. Greg. Ep.* 3, 17. Supradictus tribunus ab hostibus se prædatum perhibet. *Ib.* 4, 8. Prædatis atque afflictis fratribus. — Notissimi verbi novus sensus.

PRÆDESTĬNĀTIO, onis, f. Fati necessitas (gall. *prédestination*). *Aug. De Prædest.*, *init.* Adhuc quippe in quæstione caligant de prædestinatione sanctorum. *S. Fulg. De dupl. Prædest.* 1, 22. Hæc est in sanctis causa prædestinationis. *Prosp. Respons. ad Capit. Gall.* 15. Item dicit quod idem sit præscientia et prædestinatio. — Quod verbum, et *Prædestino*, non habet *Cang.*, qui in his Lexica supplere debuit.

PRÆDESTĬNĀTUS, a, um, part. (gall. *prédestiné*). *Ambr. Ep.* 9, 70. Sampson divino oraculo prædestinatus. *Aug. De Don. Persev.* 21. Hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. *S. Fulg. De dupl. Prædest.* 1, 22. Qui putantur prædestinati. *Prosp. Respons. ad Capit. Gall. Sent.* 14. Prædestinatus vivit ex fide sibi donata. *Boet. Consol.* 5, *Pros.* 2. Et suis quæque meritis prædestinata disponit. *Ven. Fort.* 3, 2, *Proœm.* Qui vos prædestinatos facturus est in luce consortes.

PRÆDĬCĀMENTUM, i, n. Categoria, demonstratio. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 4. Liber quem de decem Prædicamentis scripsit. *Id.* p. 114, 357, 790, 1124, et passim. *Isid. Or.* 2, 26. Categoriæ, quæ latine prædicamenta dicuntur. *Ibid.* non semel. (Adde *Cassiod. De Dialect.* p. 568.) *Gloss. Philox.* Prædicamenta, προκηρύγματα. Prædicamenta, πρωτότυπα, πρόδηλα.

PRÆDĬCĀTIO, onis, f. Effatum, enuntiatum, propositio (*affirmation*, *proposition*). *Boet. Introd. ad Syllog.* p. 574. In aliis vero cunctis prædicationibus, uni veritas, alteri falsitas cedit. *Id.* p. 790. Prædicatione relativa. (Quem sensum requirit adjectivum *Prædicativus.*) || Annuntiatio Evangelii. *Cassian. Ad Castorem*, *Præf.* Prædicationis apostolicæ. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 36. Ut populi sævientis seditionem sua prædicatione comprimerent. *Isid. Or.* 6, 2. Ob Evangelii prædicationem.

PRÆDĬCĀTĪVĒ, adv. Affirmative. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, p. 471. Si ambo intervalla particularia prædicative vel negative dicantur.

PRÆDĬCĀTUM, i, n. Id quod de aliqua re prædicatur vel affirmatur (*affirmation*, *attribut*, *prédicat*). *Boet. Introd. ad Syllog.* p. 562. Prædicatum est quod dicitur de subjecto. *Id. In Top. Cic.* 5, p. 823. Omnis simplex propositio ex subjecto prædicato-

que consistit. *Id.* p. 583, et passim. *Isid. De Art. Rhet.* in *Antiq. Rhet.* p. 389. Subjectum de quo dicitur aliquid, prædicatum quod dicitur de aliquo. Quinque prædicata sunt : genus, species, differentia, proprium et accidens. *Onomast. lat. gr.* Prædicatum, τὸ κατηγορούμενον. — Quod inserere debuerunt Lexica eodem jure ac *Subjectum.*

PRÆDĪVĬDO, is, ere, a. Antea divido. *Jul. Vict. Art. Rhet.*, ed. *Mai. Nov. Coll.* t. I, p. 50. Sæpenumero in principiis causam prædividimus ex utilitate nostra.

PRÆDĪVĪSIO, onis, f. Divisio ante facta. *Prob.* in *Virg. Buc.* et *Georg.* p. 25 (ed. *Keil*). Prædivisione, quam Græci προαίρεσιν vocant, quid quoque libro præcipiat, significat.

PRÆDO, as, are, a. Prædor. *Vulg. Judith*, 2, 16. Et prædavit omnem locupletationem eorum. (*Ib.* 2, 13.) *Ib. Isai*, 24, 3. Dissipabitur terra et direptione prædabitur. *Ambr. De Fide*, 3, 3. Et erunt in præda qui prædaverunt eos. — *Forcell.* laudat *Prisc.*, qui, p. 799, habet : « Prædo et Prædor. » Exempla autem desiderabantur.

PRÆDŎLEO, es, ere, n. et a. Antea doleo. *Vincent. Lirin. Common.* p. 349. Prævidebat enim futuros, quos etiam prædolebat, errores.

PRÆDORMIO, is, ire, a. Antea dormio. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 149. Dormio, dormis; prædormio, prædormis. *Aug. Serm.* ap. *Mai. Nov. Patr. Coll.* t. I, p. 1. Ibi amicus decor prædormit in gemmis.

PRÆDUCTĀLE, is, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 484. Præductale, instrumentum illud quod habent infantes quum primas litteras discunt. *Cangius* : « Præductal, παράγραφος, in *Gloss. lat. gr. Sangerm.* Stilus vel plumbum quo lineæ præducebantur in membrana ad scripturam dirigendam. »

PRÆDŪRĒ, adv. Durissime. *Avien. Or. marit.* 487. Hi lacte semet atque pingui caseo Prædure alentes, proferebant spiritum.

PRÆĒLECTIO, onis, f. Anterior electio. *Hilar. In Epist. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 101). Nam charitas præelectione vel præordinatione major est.

PRÆEXERCĬTĀTIO, onis, f. Anterior exercitatio. *Prisc.* p. 1343. Legis quoque lationem in præexercitationibus ponunt.

PRÆEXISTENTIĀLIS, e, adj. Qui præexistit. *Victorin. phil.*, auctore *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. XVIII.

PRÆEXISTO, is, ere, a. Antea existo (gall. *préexister*). *Boet. Arist. Anal. poster.* 1, p. 521. Omnis doctrina ex præexistenti fit cognitione. *Id.* p. 489 et 522 et 557. *Interp. Iren.* 3, 33. Quum enim præexisteret Salvans, etc.

PRÆFĀTOR, oris, m. Propheta. *Isid. Or.* 7, 8. Nostri prophetas vocant, quasi præfatores.

PRÆFESTĪNUS, a, um, adj. Admodum festinus. *Gloss. Cyril.* Πάνυ σπεύδων, præfestinus.

PRÆFIXUS, a, um, adj. Antea fixus (*préfix*). *Alc. Avit. Carm.* 5, 271. Quem petat in tenebris præfixi funeris ordo. *Ib.* 557. Ultima namque dies præfixa est crastina genti. (Sic vett. edd. Minus bene recentt. *defixa est.*)

PRÆFLAMMĀTUS, a, um, part. vel adj. Inflammatus. *Gloss. Paris.* Bustum præflammatum, in quo cadavera hominum comburuntur.

PRÆFLŌRO, as, are, a. Florem carpo. *Onomast. lat. gr.* Præfloro, ἀπανθίζω. — Dubia vox ap. *Liv.* 37, 58, et *Gell.* 14, 1; sed utrubique defendenda.

PRÆFORMĀTIO, onis, f. Antecedens informatio. *Hilar. In Matth.* 16. Quia legis opera in effectum fidei et præformationem rerum consequentium constituta sint.

PRÆFOSSUS, a, um, part. Ante fossus. *Porphyr.* ad *Hor. Ep.* 1, 14, 29. « Multa mole (rivus) docendus. » Docet præfossis tramitibus.

PRÆFRĬCĀTUS, a, um, part. Antea fricatus. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 7. Præfricatis partibus ad tractationem manuum.

PRÆFŪSOR, oris, m. Qui aquam adspergit in balneis. *Gloss. Cyril.* Παραχύτης, mestrinus (*sic*), præfusor. (« Ubi *Gloss. Sangerm.*, ait *Cang.*, habent *profusor.* » Alterum ultro retineam.)

PRÆGUSTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui antea gustatur. *Fulg. Planc. De prisc. Sermon.* p. 566. Edulium, ab edendo, dicitur prægustativa comestio.

PRÆHŎNŌRĀBĬLIS, e, adj. Valde honorabilis. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil.*

Solesm. t. I, p. 82). Et multo præhonorabilior perspiceretur illa justitia. *Ibid.* p. 98. Quod præhonorabilius omnibus esse existimo. Cf. *Cang.*, qui recentius exemplum exhibet.

PRÆHŎNŌRĀTIO, onis, f. Præcipua honoratio. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 95). Propter præhonorationem veritatis.

PRÆHŎNŌRO, as, are, a. Præcipue honoro. *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 54). Illud quod melius est præhonorari. *Ibid.* p. 79. Veritatem præhonorans.

PRÆINSTO, as, are, n. Antea insto. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, p. 748. Quascumque interrogationum præsenserit aliquis, præinstandum est.

PRÆINSTRUO, is, ere, a. Antea instruo. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, p. 756. Quia autem præinstruitur quis ab ea.

PRÆINTELLĬGO, is, ere, a. Antea intelligo. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 44. Huc accedit quod species prænoscuntur, id est præintelliguntur.

PRÆINTERRŎGO, as, are, a. Antea interrogo. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, p. 754. Sed oportet hoc præinterrogare.

PRÆJECTĪVUS, a, um, adj. Qui præjicitur vel præponitur. *Scaur.* p. 2254. *O* præjectiva est *e* litteræ.... *V* littera omnibus vocalibus et præjectiva et subjecta (forte subjectiva) consentit.

PRÆJĬCIO, is, ere, a. Præpono. (Opponitur *subjicio.*) *Scaur.* p. 2254. *I* quum littera omnibus vocalibus præjiciatur, nulli subjicitur, nisi *u* litteræ. *Ibid.* sæpius.

PRÆJŪDĬCIĀLIS, e, adj. Nocivus. *S. Greg. Ep.* 7, 121, *Ind.* 2. Et ne leve forsitan videretur hujus rei præjudiciale commissum. — *Cang.* habet *Præjudicialis* et *Præjudiciabilis*. Inde nostra adj. *préjudiciel*, *préjudiciable*.

PRÆJŪDĬCIĀLĬTER, adv. Cum præjudicio vel damno. *Cassiod. De Anim.* 9. Ne in unam partem præjudicialiter vergentia (lego vegentia) membra, alteram competenti decore nudarent. *S. Greg. Epist.* 7, 8. Hoc contra antiquam consuetudinem in suo gravamine præjudicialiter statutum. *Ibid.* 8, 27; 11, 59. Cf. *Cang.* — Dicimus nos *préjudiciellement*, sed primo sensu et ad jus spectante.

PRÆJŪRO, as, are, n. Antea juro. *Onomast. lat. gr.* Præjuro, προόμνυμι. — Verbum in usu fuisse, ostendunt nomina *Præjuratio*, quod ap. *Fest.*, et *Præjuramentum*, quod exhibet *Cang.*

PRÆLĀTĪVUS, a, um, adj. Qui præponitur. *Asper*, p. 1774. Prælativæ conjunctiones. || Qui prælationem significat. *Cassiod. De Oration.* p. 594. Positivum, Qui est doctus; comparativum, Qui est tam doctus prælativum, Qui est doctior, etc.

PRÆLĂVO, is, ere, a. Antea lavo. *Apul. Apol.* p. 396. Ejus merito os prælavitur.

PRÆLĪBĀTIO, onis, f. Actus prælibandi (osculum). *Ambr. De Isaac et Anim.* 3. Sicut etiam ii qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi invicem videntur infundere. — Qui sensus proprius desiderabatur.

PRÆLĪBĀTUS, a, um, part. *Ambr. De Dignit. sacerd.* 5. His ita prælibatis. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 6. Hæc igitur, nisi prælibata generis specieique cognitione, sciri non possunt. *Id. In Top. Cic.* 5, p. 823. Quum hæc ad scientiam rite prælibata pervenerint. Cf. *Cang.* — Notabis sensum verbi *oratione præstringere* in Lexicis deesse. Cf. *Ven. Fort.* 5, 4, *Præf.* Et si non aliqua compte, saltem comiter prælibare.

PRÆLĪBO, as. Vid. v. præced.

PRÆLĬQUĀTUS, a, um, part. Antea liquatus. *Cæl. Aur. Tard.* 5, 10. Præliquatus atque pravus liquor.

PRÆLŎQUIUM, ii, n. Præfatio. *Ennod. Ep.* 2, 10. Domni Avieni dictionibus a me debentur ista præloquia. *Id. ib.* 4, 4; *Apol. pro Synod.* p. 319. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 309. Proloquor, Prolocutus, Prolocutio, Proloquium.... Præloquor, Prælocutus, Prælocutio, Præloquium.

PRÆLŪBRĬCUS, a, um, adj. Valde lubricus. *Ennod. Epig.* 2, 46. Spiritus exhausto volitat prælubricus auro.

PRÆLŪDIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 467. Præludium, parvus ludus, majorem præcedens. *Onomast. lat. gr.* Præludium, προοίμιον. — Locus *Ciceronis*, quem afferunt, nec probatur, nec probandus.

PRÆMĔMOR, oris, adj. Bene memor.

Poet. in *Anthol.* t. II, p. 591. Volatu præmemores famulo.... non repetunt patriam.

PRÆMĔMŎRĀTUS, a, um, part. Supra memoratus. *S. Greg. Ep.* 7, 7, *Ind.* 2. Respondit præmemoratam abbatissam indui se monachica veste noluisse.

PRÆMĒTOR, aris, ari, d. (Vid. locum *Solini* ap. *Forcell.* in v. PRÆMETATUS.)

PRÆMISSIO, onis, f. Id quod præmittitur. *Pompej. gr.* p. 31. Dummodo tota illa præmissio fine claudatur.

PRÆMŎDĔROR, aris, ari, d. Antea moderor. *Onomast. lat. gr.* Præmoderor, προῤῥυθμίζω.

PRÆMŎDĬCUS, a, um, adj. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 540, et t. VII, p. 574. Præmodicus, valde modicus.

PRÆMŪNĪTIO, onis, f. Munimen, tutela. *Ambr. De Isaac et Anim.* 4. Hoc integimento animæ priorum indutæ, jam nudæ non sunt. Et hæc illa præmunitio, etc. Iterum *ibid.* — Hactenus translata vox, quæ ad oratores pertinet.

PRÆNĔGO, as, are, a. Antea nego. *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, p. 748. Quibuscumque in interrogationibus non necesse est prænegare, quod duplex est.

PRÆNĬMIUS, a, um, adj. Immodicus. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 540; *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Prænimio, valido, multo. — Hoc forte non exscripsissem, nisi *Prænimis* ap. *Gell.* vidissem.

PRÆNŌMĬNĀTUS, a, um, part. Antea nominatus (*susnommé*). *S. Greg. Ep.* 3, 22. Ceterosque religiosos prænominatæ civitatis. *Ibid.* 12, 8.

PRÆNOSCENTIA, æ, f. Præcognoscentia. *Victorin. philos.*, auctore *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. XVIII.

PRÆNŎTĀTIO, onis, f. Prima notio. *Ennod. Apol. pro Synod.* p. 319. Quum, in prænotatione ipsa, significantia operis innotescat immundi.

PRÆNŌTIO, onis, f. Præcepta notio. *Boet. Consol.* 5, *Pros.* 5. Neque ex imbecillitate intelligentiæ humanæ divina futurorum liberorum prænotio neganda est. *Ib.* Certa ac definita prænotio. — De unico loco *Ciceronis* nihil affirmant.

PRÆNŪBO, is, ere, n., et PRÆNŪBOR, eris, p. Ante nubo. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 226. Sacraque simul prænubitur arca.

PRÆŎPĪNOR, aris, ari, d. Antea opinor. *Boet. Anal. poster.* 1, p. 522. Alia namque, quia sunt, præopinari necesse est.

PRÆOPTĀTUS, a, um, part. Antea optatus. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 21. Præoptata incipit fastidire.

PRÆORDĬNĀTIO, onis, f. Præstituta ordinatio. Vid. in v. PRÆELECTIO.

PRÆORDĬNO, as, are, a. Antea ordino vel dispono. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 723. Necessarias igitur (propositiones), per quas fit syllogismus, non statim præordinandum, sed abeundum ad suprema. *Vulg. Act. Ap.* 22, 14. Deus præordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus. *Prosp. In Psalm.* 135. Ut in tempora præordinaverunt æterna. *Id. In Psalm.* 134. Qui præordinantur in id, etc. *Ambr. De Vocat. Gent.* 2, 4. In isto autem opere providentiæ Dei præordinabantur miracula gratiæ christianæ. Cf. *Cang.* — Et hoc verbum *inusitatum* putat *Forcell.*

PRÆOSTENDO, is, ere, a. Præmonstro. *Aug. Civ. D.* 21, 8. Hoc monstrare debent, hoc ostendere, hoc præostendere. *Isid. Or.* 11, 3. Portenta dicta perhibentur a portendendo, id est præostendendo.

PRÆPOS, otis, adj. *Gloss. Pith.* et *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 479. Præpos, valde potens. (Item *Glossæ Isid.*, nisi quod perperam habent *Propos.*) Cf. *Cang.*

PRÆPŎSĬTA, æ, f. Abbatissa. *Aug. Ep.* 211. Perseverate in bono proposito, et non desiderabitis mutare Præpositam. *Ibid.* sæpius. Cf. *Cang.*

PRÆPOSTĔRĀTIO, onis, f. Inversio. *Aug. Music.* 3, 20. Dicerem sex (tempora), nisi me illa præposteratio revocaret. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 530. Isterologia (hysterologia), præposteratio sermonum.

PRÆPOSTĔRĀTUS, a, um, part. Inversus. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 5. Præposterato ordine dicit. *Cassiod. De Orthog.*, *Præf.* Alii præposterato ordine similia dicunt. *Id. In Psalm.* 17. Fiat hujus versiculi compaginatio præposterata verborum. *Præcept. Music.* (ex *Aug.*) ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 133. Qui membris iisdem præposteratis fieri possunt.

PRÆPOSTĔRIUS, adv. compar. *Pompej. gram.* p. 316. Ecce præposterius usus es re olim facta ante rem paulo post factam.

PRÆPRŎPĔRO, as, are, n. Festinantius et inconsiderantius ago. *Gloss. Philox.* Præproperat, προπετεύεται.

PRÆRŌRO, as, are, a. Antea vel Multum roro. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 171. Candida quum sudo prærorat sidera nimbo.

PRÆRUPTIO, onis, f. Præruptum. *Isid. Or.* 14, 9. Hiatus, præruptio terræ profunda. Cf. *Cang.*

PRÆSĀGIO, as, et PRÆSĀGO, as, are, a. Præsagire. (Prima declinatio dedit nostrum v. *présager*.) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 468. Præsagire, divinare.... Præsagare vel Præsagiare in eodem sensu. *Ib.* p. 519. Præsagare vel Præsagiare, id est divinare; unde Josephus : Quibus ille Pharisæis præsagiabat. Cf. *Cang.* — Participium *Præsagiatus* ex *Hieron.* refert *Forcell.*

PRÆSCĪTUS, a, um, part. *Alc. Avit. Carm. ad Sor.* 2, 320. Angit præscitus ducti quos terminus ævi. *Prosp. Respons. ad Capit. Gall.* 15. Et quæ prædestinata appellantur, non possunt non esse præscita. *Boet. Consol.* 5, *Pros.* 3. Eventus præscitæ rei.

PRÆSCRIPTIUNCŬLA, æ, f. Parva præscriptio. *Cassian. Incarn.* 7, 5. Et tu nativitati terrenas opinionum præscriptiunculas objicis.

PRÆSĒMĬNO, as, are, a. Antea semino (translate). *Epiphan. Hist. Eccl.* 6, 24. Hilarius Pictaviensis rectæ fidei dogmata dudum præseminaverat, etc.

PRÆSENTĀRIĒ, adv. Præsentanee. *Boet. Consol.* 4, *Pros.* 6. Et quod simpliciter præsentarieque prospexerat.

PRÆSERVĀTUS, a, um, part. Servatus, salvus (gall. *préservé*). *Hilar. In Epist. ad Galat.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 72). Ita ut præservati, opportuni esse videremur ad ea quæ secundum Christum sunt suscipere. Cf. *Cang.*

PRÆSESSIO, onis, f. Præeminentia (gall. *préséance*). *Liberat. Breviar.* p. 73. Eo quod non fuerit data præsessio sanctæ sedi eorum.

PRÆSICCO, as, are, a. Antea sicco. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 13. Putat altiora ulcera præsiccari. *Ib.* 4, 3.

PRÆSĬDIĀLĬTER, adv. Cum præsidio et tutela. *Isid. Or.* 9, 3. Præsides quia alicujus loci tutelam præsidialiter tenent. Cf. *Cang.*

PRÆSIGNĀTUS, a, um, part. In anteriore parte signatus. *Isid. Or.* 15, 1. Simulacrum cœli stellis micantibus præsignatum.

PRÆSPECTO, as, are, a. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 541, et t. VII, p. 574. Præspectans, intuens. — Inde nova quædam auctoritas verbo *Præspicio* accedit, quod in *Not. Tir.*

PRÆSTANTER, adv. Eximie. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 14. Qua debuit præstanter ornari in sæculo. — Unum exemplum referebatur, sed superlative.

PRÆSTĪGIUM, ii, n. Præstigia. *Isid. Or.* 8, 9. Præstigium Mercurius primus dicitur invenisse.... Dicitur autem præstigium quod præstringat aciem oculorum. *Gloss. Paris.* Præstigium, fallacia, dolus, etc. *Onomast. lat. gr.* Præstigium, γοητεία. Vid. *Cang.* — Inde masculini generis est verbum nostrum *le prestige*.

PRÆSTŌLĀTIO, onis, f. Exspectatio. *Vulg. Prov.* 11, 23. Præstolatio impiorum furor. (Quæ vox ter occurrit in *Vulg.*)

PRÆSTRICTIM, adv. Strictim, breviter. *Cassiod. Instit. div. Litt.*, *Præf. sub f.* Ut in sequenti libro de orthographiæ regulis præstrictim nonnulla poneremus.

PRÆSULCO, as, are, a. Antea sulco. *Prosp. De Ingr.* 2, 254. Exortura seges, neque quidquam cordis in arvo Præsulcet divina manus.

PRÆSŪMENTER, adv. Cum præsumptione vel spe. *Cassiod. Var.* 5, 15. Præsumenter ergo conveniet ad eum læsorum tumultus; speret remedium qualibet pressus injuria.

PRÆSUMPTĪVUS, a, um, adj. Qui præsumit. *Prisc.* p. 1025. Species præsumptiva (conjunctionis). || In quo est præsumptio seu confidentia. *S. Greg. Ep.* 7, 3, *Ind.* 2. Et devia ad rectitudinem, et præsumptiva ad humilitatis normam reducat (magnitudo vestra). — *Cang.* adjectivum non habet, sed adverbium *Præsumptive*. Dicimus nos *présomptif*, sed alio sensu.

PRÆTARDO, as, are, a. Valde tardo. *Epit. Iliad.* 920. Sed vasto gurgite præceps (Xanthus) Volvitur, atque virum torrentibus impedit undis, Prætardatque gradus.

PRÆTENSIO, onis, f. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 571. Prætendo, is; inde Prætensus, a, um, et hæc Prætensio. (Alia est scriptura *Prætentio* ap. *Cang.*, unde gall. *prétention.*)

PRÆTENSUS, a, um, part. Ut Prætentus. *Poet.* in *Anthol.* t. I, p. 612. Sed prætensa catus derisit retia quidam. *Hilar. De Trinit.* 7, p. 46. Sermonis mei iter.... aut foveis incisum, aut laqueis prætensum est. *S. Greg. Ep.* 1, 75. Prætenso terrore futuri judicii *Ibid.* 1, 34. Cf. *Cang.* — *Forcell.*, seu Germanica ejus editio, exhibet supino *prætensum*, omittitque *Prætensus*, et rursus dat *Prætentus*, omisso supino *prætentum*.

PRÆTERGRESSUS, a, um, part. Præcedens. *Alcim. Avit. fragm.* p. 204. Nobis vero prætergressis, illorum est (via) qui sequuntur.

PRÆTĔRIET, fut. pro Præteribit. *Vulg. Sap.* 1, 8. Nec præteriet illum corripiens judicium. *Ib. Eccli.* 39, 37. In temporibus suis non præteriet verbum. *Juvenc.* 4, 160. Præteriet nec enim præsens generatio sæcli.

PRÆTERLAPSUS, a, um, part. *Epit. Iliad.* 964. Quam (hastam) præterlapsam vitavit callidus Hector.

PRÆTĬTŬLĀTUS, part. Vid. v. seq.

PRÆTĬTŬLO, as, are, a. Titulo inscribo. *Hier. Breviar. in Psalter.* (t. II, *part. alt.*, p. 122). Et qui (psalmi) prætitulati esse non videntur apud Hebræos, pro uno psalmo habentur. *Aldhelm. De Metr.* ap. *Mai.* t. V, p. 568. Prætitulas, prætitulant. (Nempe hæc sunt exempla choriambi.) *Gennad. De Vir. illust.* 98. Dictatus alius (liber), De vitiis et virtutibus prætitulatus.

PRÆTŌRIŎLUM, i, n. Parvum prætorium, domuncula. *Vulg. Ezech.* 27, 6. Fecerunt tibi prætoriola de insulis Italiæ. *Gloss. Isid.* Prætoriola, domunculæ in navi. Cf. *Cang.* —Vox succurrit in *Inscr.* malæ notæ, quam Forcelliniano Lexico addidit *Furlan.*

PRÆTŌRIUS, ii, m. Qui fuit prætor. *Prisc.* p. 589.

PRÆTRĔPĬDO, as, are, n. Valde trepido. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicileg. Solesm.* t. I, p. 238. Sed dum prætrepidant, dum sese ad crimina firmant.—Tantummodo exstat exemplum participii *prætrepidans*.

PRÆTRĪTUS, a, um, part. Antea tritus. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 17. Oleum amygdali amari, prætriti cum aceti sextariis duobus.

PRÆVĔNIENTER, adv. Prius. *S. Greg. Ep.* 2, 31, *Indict.* 11. Hæc merces.... in futura vos ita apud Deum prævenienter commendet.

PRÆVERSUS, a, um, part. *Capel.* 1, p. 10. Et præversa vigil monere sensa.

PRÆVIĀTRIX, icis, f. Quæ præcedit. *Ven. Fort.* 3, 2, *Præf.* Nisi a vobis ipsis lampas præviatrix itineris occurrisset. — Sic melius quam ut alii, *viatrix*. Verbum *Præviare* est ap. *Cang.*

PRÆVĬDENTIA, æ, f. Præscientia. *Boet. Consol.* 5, *Pros.* 6. Unde non prævidentia, sed providentia potius dicitur.

PRÆVĬDUS, a, um, adj. Prævidens, præscius. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 213. Discindit vestes, et prævida pectora tundit.

PRÆVĬGĬLO, as, are, n. Attente vigilo. *Aug. De Nàtur. et Grat.* 18. Et dicit (Pelagius) hominem prævigilare debere ne ignoret.

PRÆVINCIO, is, ire, a. Antea vincio. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 4. Furem reperit, quem sua jam præda prævinxerat.

PRÆVINCO, is, ere, a. Longe supero. *Poet.* in *Isid.* t. I, p. 481. Ardua sublimes prævincunt culmina thermæ.

PRANSŌRIUM, ii, n. Prandii dapes. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Isid.* Pransorium, promulsarium (l. promulsidarium, emendante *Grævio*). || Refectorium. *Thom.* p. 458 et 479. Pransorium, domus ubi prandemus.

PRANSUS, us, m. Prandium, victus. *Alc. Avit. Ep.* 77. In pransu negligens crimen. — *Pranso facto*, alia declinatione, est ap. *Cang.*

PRĂSĬNOPLŪMUS, a, um, adj. Acu pictus prasino colore. *Chart. Cornet.* ap. *Mabil. Diplom.* p. 462. Vela linea blattoserica prasinopluma II. (Ibidem videas etiam *orthopluma.*)

PRĂSĬNŎPORPHȲRUS, a, um. V. v. seq.

PRĂSĬNŎPURPŪRUS, a, um, adj. Colore prasino et purpureo. *Chart. Cornet.* ap.

Mabil. p. 462. Vela tramoserica prasinopurpura II. (Sed malim *prasinoporphyra*, ut citat *Cang.*)

PRĀVESCO, is, ere, n. Pravus fio, corrumpor. *Gloss. Cyril.* Διαφθείρω, depravo, corrumpo. [Διαφθείρομαι,] pravesco. — Excidit unum lemma, ut fit aliquando.

PRAXILLĒUM metrum, n. (Praxillus). *Serv. Centim.* p. 1824.

PRĔCĀBĬLIS, e, adj. Precans. *Gloss. Philox.* Precabile, δεητικόν, εὐκτικόν.

PRĔCANTER, adv. Cum precibus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart., Præf.* 39. Ferte precanter opem. *Thom.* p. 451. Precor, verbum deponens; inde Precanter, adverbium.

PRĔCĀTRIX, icis, f. Quæ precatur. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 342. Leucadio pariter pro præside prompta precatrix.

PRENDĬDI, perf. pro Prendi. *Vulg. Johan.* 21, 3. Et illa nocte nihil prendiderunt. *Ib.* 21, 10.

PRESBŸTĔRA, æ, f. (πρεσβυτέρα). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 479. Presbytera, uxor presbyteri. *Id.* p. 268. Cf. *Cang.*

PRESBŸTĔRIUM, ii, n. (πρεσβυτέριον). Presbyterorum collegium vel ordo vel munus (gall. *presbytère*). *Vulg.* 1. *Timoth.* 4, 14. Cum impositione manuum presbyterorum. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 3. Flavianus in ordine presbyterii constitutus. *Arn. In Psalm.* 47. Ut illi juste episcopatus sedem, illi juste presbyterii gradum tradas. Et *Thom.* p. 267. Cf. *Cang.*

PRESSĪVUS, a, um, adj. Qui premit. *Gloss. Cyril.* Πιέσιμον, pressivum.

PRETOR, oris, m. Prætor. *Lucil.* ap. *Diom.* p. 447. Pretor ne rusticu' fiat. — Ubi barbarismus notatur.

PRIĀPĒUS et PRIĀPĪUS, a, um, adj. Priapeius. *Diom.* p. 494; *T. Maur. Met.* 1199. Priapeus versus. *Serv. Centim.* p. 1825. Priapium metrum. (Sic *Santen.* Sed *Priapeium* exhibet *Putsch.*) *Mar. Vict.* p. 2494. Priapion metrum.

PRĪMĬFORMIS, e, adj. Ad primam formam pertinens (gall. *primitif*). *Cassiod. Orthog.* c. 6. Admonemus quod in derivatis hic etiam, sicut ubique, spectavimus primiformium regulas. *Mar. Vict.* p. 2513. Unde nunc novem prototypa, id est primiformia omnium metrorum genera. Hoc metrum quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi. *Interp. Iren.* 3, 23. Hic est Adam, primiformis ille homo, etc.

PRĪMISCRĪNIĀTUS, us, m. Primiscrinii munus. *Cassiod. Var.* 11, 21. Gradus feliciter primiscriniatus ascendat.

PRĪMĬTIUS, a, um, adj. Primus, principalis. *Gloss. Cyril.* Πρωτεῖον, primitium, primatus. — Vocem non scribit *Forcell.* nisi ut expungat. Hanc tamen exstitisse, indicat nomen *Primitiæ* (scil. fruges).

PRĪMĬVIRGIUS, ii, m. *Gloss. Isid.* Primivirgius, caballarius, quod primus est militiæ in virgis. (Item *Gloss. Vat.* t. VI, p. 541, nisi quod habet *caballaris.*) *Gloss. Paris.* Primivirgius, caballaris, quod prima est milia (l. militia) ejus in virgines (l. virgis). *Gloss. Cyril.* Πρωτοραβδοῦχος, primivirgius. *Thom.* p. 466. Primivirgius, conestabularius, qui primam virgam gerit ante regem. Cf. *Cang.*

PRĪMŌGĔNĬTA, orum, n. pl. Jus natu majoris. *Vulg. Gen.* 10, 33. Juravit ei Esaü, et vendidit primogenita. *Aug. Conf.* 7, 9. Quod Esaü perdidit primogenita sua.

PRIMŌGĔNIUS, a, um, adj. Primigenius. *Pompej. gr.* p. 239. Quia non sunt primogenia (pronomina), quæ dicit Varro, sed deductiva. (Cf. *Varr. L. L.* 5, 5, ubi vulgo *primigenia.*) *Arn. Adv. Gent.* p. 86 et 93. Primogenios ortus. (Sic vett. edd. Aliter, *primigenios.*) *Onomast. lat. gr.* Primogenius, ἀρχοειδής. — Comparari possunt *primogenitus*, et nomen proprium *Primogenes.* Ap. *Cang.* est *primogenitura.*

PRĪMOPLASTUS, i, m. (primus, πλαστός). Protoplastus. *Prud. Cath.* v. 1222. Induit, ne gens periret primoplasti ex germine. (Ubi secunda corripitur.) *Interp. Iren.* 2, 9. A primoplasti traditione. Et *Tertul. Exhort. Castitat.* c. 2, citante *Cang.*

PRĪMORDĪNES, um, m. pl. Qui sunt primi ordinis (in senatu). *Gloss. Plac.* p. 499. Nam primordines et plurimordines dicuntur illustres. (Adject. *plurimordines* huc non facit.)

PRĪMORDIS, e, adj. Primordialis. *Commod.* 35, 12. Mors unde provenit neglecta lege primordi. — Forte genitivo, pro *primordii.*

PRĪMŬLĒ, adv. Dimin. a. Prime. *Cassiod. De Orat.* 3. Primum, primule; longum, longule.

PRINCĬPĀLIOR, us, adj. compar. *Boet. In Arist. Prædicam.* 1, p. 113. Sed principalior erit illa disputatio quæ de sermonibus est. *Id.* p. 541. Adhuc principalior est. *Id.* p. 1323. Ad principaliorem habitudinem.

PRĪNUS, i, m. f. (πρῖνος). Ilex. *Vulg. Dan.* 13, 58. Sub prino.

PRĪVANTIA, æ, f. Privatio. *Boet. De Definit.* 1, p. 655. Id est per privantiam contrarii ejus. *Isid. Or.* 2, 29. Latini, per privantiam contrarii ejus quod definitur, dicunt, etc. Cf. *Cang.*

PRĪVĀTĪVĒ, adv. Negative. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, 4, p. 471. Si ambo intervalla particularia prædicative vel privative dicantur. *Ibid.* 5, p. 471. Quando ad majus quidem fuerit universaliter vel prædicative vel privative. *Id.* p. 483, et passim.

PRĪVĀTŌRIUS, a, um, adj. Privativus. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 252. Privatoriæ propositiones sunt quæcumque prædicant privationem. *Id.* p. 391. Simplicem affirmationem sequebatur privatoria negatio. *Id.* sæpissime, ut p. 388, 392, 393, 394, 395, etc. — Adv. *Privatorie* est ap. *Cang.*

PROARCHŌN, ontis, f. (προάρχων). Primus auctor. *Interp. Iren.* 1, 33. Hoc autem opus ejus esse proarchontem dicunt fabricatorem conditionis hujus.

PRŎBĀBĬLISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 2, 8, p. 756. Ex iis quæ sunt quam probabilissima. Et iterum *ibid.*

PRŎBĀTĒ, adv. Laudabiliter. *Empor.* p. 309. Qui præcepta dicendi probatissime prosecuti sunt.

PRŌBĬBO, is, ere, a. et n. *Gloss. Cyril.* Προπίνω, propino, probibo.

PROBLĒMĂTĬCUS, a, um, adj. (προβληματικός). Controversus (gall. *problématique*). *Cœl. Aur. Tard.* 3, 3. Sed passionis genus Philonis in Problematicis (scil. libris) daturos nos pollicemur.

PROCAS, æ, adj. m. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 541. Procas, qui post mortem patris nascitur.

PRŎCĂTĂLEPSIS, is, f. (προκατάληψις). Figura quædam sententiæ (præoccupatio). *Jul. Rufin.* p. 50; *Isid. Or.* 2, 21.

PRŌCESSIO, onis, f. Incedentium ordo (*procession*). *Alcim. Avit. Homil. De Rogat.* p. 153. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, maxima compunctione; ut revera populi lacrimis laboribusque brevis atque angusta processio videretur. *Cassiod. Var.* 6, 17. In tumultuosis processionibus nostris nulla permixtione confundi. Cf. *Cang.*

PRŎCHERIUM, ii, n. Sportula. *Cassian. Coll. Patr.* 19, 3. Septem paximacia sequestratim in procherio, id est amanuensi sporta, die sabbati, reponuntur. (Verum ultro legam *procheiro*, *prochiro*, a græco πρόχειρον. Nomen, quod *Cang.* exhibet, προχείριον non invenio.)

PRŌCINCTUS, a, um, adj. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Procinctus, expeditus et armatus. Item (omisso *et*) *Gloss. vet. S. Genov.*

PRŌCIO, is, ire, a. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 541, et *Gloss. Pith.* Procivimus, provocavimus. (Unde emendandæ sunt *Gloss. Isid.* Procivimus, probavimus.)

PRŌCREĀBĬLIS, e, adj. Qui procreat. *Cassiod. Var.* 2, 10. Ut illud humani generis procreabile sacramentum (scil. matrimonium) scelerata temeritate profanetur.

PROCŬBUS, a, um, adj. Qui procumbit, qui genu flectit. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 238. Sic procubus orat. *Ib.* p. 242. Dum procubus orat Ante pedes votis. — Exemplum adjectivi *Procubuus* exhibet *Cang.*

PRŌDĬGĀLĬTAS, atis, f. Prodigentia (gall. *prodigalité*). *Boet. Arist. Top.* 6, 6, p. 717. Si hic quidem temperantiam et timiditatem habet, ille autem fortitudinem et prodigalitatem. *Ib.* Timiditas et prodigalitas erit. — Id exscripsi ne forte credant hanc vocem ante octavum sæculum ignotam, quum solus laudetur *Porc. Latro.* Et recentiora citat *Cang.*

PRŌDĬGĀLĬTER, adv. Prodigendo. *Ambr. De Dign. sacerd.* 5. Et qui novam prodigaliter regulam ac tempestatem peperisse deflentur.

PRŌDĬGIUS, ii, m. Prodigium. *Cur. Fortun. Art. rhet.* 3, p. 91. Romani neutra multa masculino genere potius enuntiant, ut Hunc theatrum, hunc prodigium.

PRŌDUCTĬLIS, e, adj. Qui produci potest, ductilis. *Vulg. Exod.* 25, 18. Cherubim aureos et productiles facies. *Ib. Eccli.* 50, 18.

PRŌDUCTĪVUS, a, um, adj. Deductivus. *Gloss. Plac.* p. 482. Lemniscata est nomen productivum, generis feminini. (Scil. *Lemniscatus* deducitur a *Lemniscus*.) || Qui aliquid producit. *Epiphan. Hist. Eccl.* 1, 14. Videntur hæc nomina veluti temporum esse productiva.

PRŌDUCTUS, us, m. Productio. *Gloss. Cyril.* Ἔκτασις, extentio, productus, prorogatio.

PRŒLIĀTIO, onis, f. Decertatio. *Jul. Val. Alex. Obit.* 8. Quum nihil egerit aliud nostra inter nos decertatio quam, etc.

PRŎFĀNISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Ennod. Apolog. pro Syn.* p. 336. Profanissimi hominum scriptum retineo. *Hilar. De Synod. contr. Arrian.* p. 36. Et hoc sane nunc quoque profanissimum ecclesia recognoscit.

PRŌFICTITIUS, a, um, adj. Fictitius. *Zeno Veron.* p. 324. Profictitium crimen propere recluditur. (Sed malim *perfictitius*, ex noto verbo *perfingo*.)

PRŌFLĬGĀTIO, onis, f. Certamen. *Novel. Theod.*, *tit.* 26. Summam.... profligatione contentionis in posterum ab hujusmodi exactionis inquietudine liberamus. — Unicum, quod refertur, exemplum translatum est. || Clades. *Ennod. Agnello*, p. 632. Facies pudorem meum in statione esse si relegas, in profligatione maxima si transcribas.

PRŌFLĬGĀTOR, oris, m. Debellator, victor. *Ennod. Diction.* 15. Quum arcem justitiæ profligator intrasti. — Quod verbum translato sensu tantummodo exhibetur (scil. decoctor.)

PRŌFLUENTISSĬMUS, a, um, part. superl. *Arnob. In Psalm.* 104. Manuum suarum profluentissima largitate.

PRŌFLŬVIES, ei, f. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 575. Profluvies, sordis effusio. (Sed legendum credo *proluvies.*)

PRŎFŬGA, æ, m. f. (Sic *Prisc.* p. 622, ed. *Putsch.* Sed vox nihili est. Lege *Perfuga* cum *Krehlio.*)

PRŎFUNDĒ, adv. (Exempla tantum erant comparativi gradus.) || Translate. *Cassiod. De Anim.* 4. Cœlestia profunde cogitat. *Vulgat. Osee*, 9, 9. Profunde peccaverunt.

PRŌGĔNĬCŬLOR, aris, ari, d. Ad pedes accido. *Gloss. Philox.* Progeniculo, γονοῦμαι.... Progeniculatur, γονυπετεῖ. (Alterum exemplum emendare voluit *Bailey*, scripsitque *progeniculat.* Sed *geniculo* et *geniculor* juxta in usu fuerunt.)

PRŌGĔNĬTĪVUS, a, um, adj. Qui progignit. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 27. Genus enim, quum unum sit, plurimarum specierum progenitivum est.

PRŌGĔNITRIX, icis, f. Avia. *Paul.* ex *Fest.* Popillia tribus ex progenitrice traxit vocabulum. *Isid. Or.* 9, 6. Genitor, genitrix; progenitor, progenitrix.

PROHĬBENTIOR, us, part. compar. *Boet. Arist. Top.* 3, 4, p. 683. Nam et voluptatis prohibentior est ægritudo.

PRŌJECTĀTUS, a, um, part. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Projectus, quasi porro ejectus, et projectatus.

PRŌJECTĬBĬLIS, e, adj. Projiciendus (translate). *Interp. Iren.* 1, 34. Projectibilem serpentem.

PRŌJECTO, as, are, a. Projicio. *Amm.* 14, 5. Tandem desinere quieti coalitos (al. traditos) homines in aperta pericula projectare. — Vox apud *Forcell.* est, sed denuo fulcienda.

PRŌLĀTĪVUS, a, um, adj. Qui profert. vel profertur (*oral, verbal*). *Hilar. De Synod. contra Arrian.* p. 130. Si quis insitum vel prolativum Verbum Dei filium dicat, anathema sit. *Ambr. De Fide*, 4, 4. Quasi non intelligat quid intersit inter prolativum sermonem et in æternum permanens Dei Verbum. *Interp. Iren.* 2, 18. Prolativum hominum verbum.

PRŌLĀTOR, oris, m. Qui profert vel creat. *Interp. Iren.* 2, 2. In illum qui prolator fuit talis successionis. *Ibid.* Neque alius qui fabricator mundi, præter illum qui fuit prolator. || Qui profert (legem). *Cypr. De Singul. Cleric.*, *post med.* Sed constitutionarios et prolatores ipsos ignorat.

PRŌLECTĬBĬLE, adj. n. Quod inducit, seductio. *Onomast. lat. gr.* Prolectibile, ἐπαγωγή.

PRŌLIXISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 46. Labor qui erit quam prolixissimus tibi.

PRŌLŎCŪTIO, onis, f. Colloquium. *Claud. Mamert. Stat. An.* 2, 3. Ne te in hac prolocutione sollicitet ambulandi cura. — Cf. *Cang.*, qui apposite verbum nostrum laudat *pourparler*.

PRŌLONGO, as, are, a. Profero, prorogo, produco (gall. *prolonger*). *Vulg. Deuter.* 6, 2. Ut prolongentur dies tui. *Ib. Psalm.* 119, 2. Incolatus meus prolongatus est. (In *Vulg.* legitur sexies.) *Prosp. In Psalm.* 128. Etiamsi prolongent iniquitatem suam. *Boet. Arist. Top.* 8, 1, p. 725. Amplius, prolongare et interponere quæ nihil sunt usui ad orationem. *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 34. Quod (oratorium) nos parumper jussimus prolongari. *Thom.* p. 313. Elongo, as, et Prolongo, as. Cf. *Cang.* — Duobus locis, *Plinii* et *Senecæ*, a *Forcell.* jure expunctis, vocabulum omni auctoritate carebat.

PRŌMĀNO, as, are, n. Late mano. *Zeno Veron.* p. 186. Inque radios usque promanans (visus corporis).

PRŌMERGO, is, ere, n. Emergo. *Ambros. In Luc.* 7, 13. Ut de medio duarum virgarum claviculo brevi erumpente promergant (poma in ficu), quo geminis tecta præsidiis, tanquam naturæ parentis gremio, succi fotu plenioris inolescant.

PRŌMISCEO, es, ere, a. Misceo. *Onomast. lat. gr.* Promisceo, ἐπιμίγνυμι. — Apud *Macr. Somn. Scip.* 1, 6, variatur inter *promisceri* et *permisceri*. Verbum autem *Promiscere* etiam in usu fuisse, indicant *Promiscuus, promiscue, promiscam.*

PRŌMŎNEO, es, ere, a. Palam moneo. *Fest.* Promenervat, promonet. (Alii divisim scribunt *pro monet.* Illud autem mihi placet, præcedenti præpositione servata.)

PROMPTĬTŪDO, inis, m. Promptus animus. *Onomast. lat. gr.* Promptitudo, προθυμία. Cf. *Cang.* — Gallice *promptitude.*

PRŌMULGĀTOR, oris, m. Qui promulgat. *Ennod. Ep.* 7, 12. Scio arctare paginam, cujus pretium promulgator intelligo.

PRŌMŬLUS, a, um, adj. Qui promitur (defensionis causa). *Ennod. Hymn.* 12. Torrentis unda gurgitis Impacta cornu spicula Sermone vincens promulo. *Gloss. Hildeb.* Promulus (male Promusus), promptus, expeditus. (Editor, qui conjicit *promtulus*, locum Ennodii ignorabat.)

PRŌMŪRĀLE, is, n. Munitio anterior. *Isid. Or.* 15, 2. Promurale, eo quod sit pro munitione muri. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 541, et *Gloss. Isid.* Promurale, murus ante murum. *Onomast. lat. gr.* Promurale, πρόβλημα τείχους. Cf. *Cang.*

PRŌNŬBUS, i, m. Auspex, qui nuptiis adest ex parte sponsi; procus. *Paul. Nol.* 14, 152. Tali lege suis nubentibus adstat Iesus Pronubus. *Ennod. Dict.* 16. His te Alecto pronubum sectatur insignibus. *Epig.* in *Anthol.* t. II, p. 605. Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit. *Gloss. Plac.* p. 494. Pronubos, procos. — Etsi *Forcell.* vocem *Pronubus* scribit, fatetur se masculino genere hujus adjectivi usum non invenire. Quam vocem omittit *Freund.*

PROŌDĬCUS, a, um, adj. (προῳδικός). Versus minor qui longiorem præcedit. *Mar. Vict.* p. 2501. Et quæque (scil. quæcumque) alia.... sequenter clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellantur quia proodicis versibus ἐπᾴδονται, id est accinuntur. — Male *Putsch.* divisim scribit *pro odicis*; pejus *Forcell.* omittit *pro*. *Furlan.* conj. *epodicis*; sed *epodicus* et *proodicus* contraria sunt. Haud longe ab hoc loco non semel occurrit græcum προῳδικός.

PROPĀGĬNĀTIO, onis, f. Propagatio. *Isid. Or.* 17, 5. Vitibus, inter cetera, magis ista conveniunt : oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio.

PROPĀGĬNO, as, are, a. Vineam propago. *Isid. Or.* 17, 5. Propaginare est flagellum vitis terræ submersum sternere, et quasi porro pangere. Cf. *Cang.*

PRŎPHĒTĀTIO, æ, f. Prophetia. *Arn. In Psalm.* 64. Cecinisse eos in prophetationis suæ initio. *Prosp. In Psalm.* 111. Prophetatio Aggei et Zachariæ.

PRŎPHĒTIZO, as, are, n. (προφητίζω). Divino. *Vulg. Luc.* 22, 64. Prophetiza, quis est qui te percussit? *Ib. Matth.* 26, 68. — Gall. *prophétiser.*

PROPĪNĀTUS, a, um. part. *Zeno Veron.* p. 335. Reliquias poculi propinati exhauris.

PRŎPINQUIUS, adv. compar. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 132. Si arborem dicat, propinquius designabit quid sit id quod definiat. *Id.* p. 285.

PROPŌLA, æ, f. Mercatoris taberna. *Prud. Hamart.* 763. Baluea, propolas, meritoria, templa, theatra. *Thom.* p. 432. Propola, domus unguentaria in civitate. (Et *Prudentium* laudat.) — Notum est nomen, sed masculino genere.

PRŌPORTIŌNĀBĬLĬTER, adv. *Boet. Geom.* 1, p. 1514. Proportionabiliter aliæ ex aliis constituuntur circumferentiæ. *Id. In Porphyr.* 4, p. 88. Cf. *Cang.*

PRŌPORTIŌNĀLĬTAS, atis, f. Conditio rerum quæ inter se proportionem habent (gall. *proportionnalité*). *Boet. Arithm.* 2, 40, p. 1351. Proportionalitas est duarum vel plurium proportionum similis habitudo, etc. *Id.* p. 1352, 1401, 1402, 1797, et passim. *Cassiod. Geom.* 6. Proportionalitas in tribus, ut minimum, terminis invenitur. Vid. etiam *Bed. De Rat. Calc.* t. I, p. 147.

PRŌPORTIŌNĀLĬTER, adv. Cum proportione (gall. *proportionnellement*). *Boet. Music.* 3, 11, p. 1428. Superparticularis proportio scindi in æqua medio proportionaliter interposito numero non potest. *Id.* p. 1437 et 1438, et passim. *Cassiod. Geom.* 6. Quando tres magnitudines proportionaliter fuerint constitutæ.

PRŌPORTIŌNO, as, are, a. Juxta proportionem compono (gall. *proportionner*). *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 401. Tradunt physici.... ad similitudinem numerorum corpora proportionari. — Proprie dictum, ut patet ex dictione *proportionatum corpus*, quam habet *Forcell.* Et hic periculosum erat asserere verbum *inusitatum.*

PRŌPOS. Vid. PRÆPOS.

PRŌPOSCO, is, ere, a. *Gloss. Isid.* Proposcit, petit.

PRŌPŎSĬTĪVUS, a, um, adj. Qui proponit. Vid. in v. INSTANTIVUS.

PRŌPŌTĀTIO, onis, f. Propinatio. *Gloss. Cyril.* Πρόποσις, propotatio. *Gloss. Philox.* Propotatio (male Perpotatio), πρόποσις.

PRŌ PRÆFECTIS, m. pl. *Cod. Theod.* 6, 25, 4. Qui pro præfectis diœceses sibi creditas temperarunt. — *Pro præfecto* est ap. *Forcell.*

PRŌPRÆTOR, oris, m. Pro prætore. *Gloss. Cyril.* Ἀντιστράτηγος, proprætor. *Onomast. lat. gr.* Proprætor, ἀντισράτηγος. — Vocem scribit *Forcell.*, sed nullo exemplo confirmat. Cf. PROQUÆSTOR.

PROPRIISSĬMĒ, adv. superl. *Boet. Arist. Top.* 1, 6, p. 665. Solet autem et hoc assignari multipliciter, propriissime autem. *Id.* p. 719. Dicebatur autem propriissime idem quod numero unum.

PROPRIISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. Arist. Top.* 7, 1, p. 719. Secundum propriissimum eorum modorum.

PRŌPŬDIŌSĒ, adv. *Gloss. S. German.* et *Gloss. vet. S. Genov.* Propudiose, turpiter. Item *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 542; *Thom.* p. 484.

PRŌPUNGO, is, ere, a. In anteriore parte pungo. *Cæl. Aurel. Tard.* 1, 1, 36. Propungentibus pilis capitis.... dropacem apponemus.

PRŌPURGO, as, are, a. Purgo. *Vulg. Eccli.* 7, 33. Et propurga te brachiis. — Nihil de vocabulo affirmare ausim, quum solenne sit *Perpurgo.*

PRŌQUÆSTOR, oris, m. Pro quæstore. *Gloss. Cyril.* Ἀντιταμίας, proquæstor. *Gloss. Philox.* et *Onomast. lat. gr.* Proquæstor, ἀντιταμίας. — Vocem agnoscit *Forcell.*, nullo tamen subdito exemplo.

PRŌRŎGĀTOR, oris, m. Qui prorogat vel extendit. *Prosp. Resp. ad Capit. Gall.* 3. Non itaque recte opinatur qui putat prorogatorem vitæ lapsuris auctorem esse peccati. — Vocem dedi, quia præcipuus sensus deerat.

PRŌROSTRUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 473. Prorostrum, prominens pars navis, vel locus in foro. *Isid. Or.* 15, 2. Hæc loca (scil. forum) et prorostra vocantur, etc. *Ib.* 18, 15. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 574. Proraustra (*sic*) ideo vocantur quod bello Punico captis navibus Carthaginiensium raustra ablata sunt, etc. — Barbara vox orta videtur ex frequenti usu verborum *pro rostris.*

PRŌSĀLIS, e, adj. Prosaicus. *Cassiod. Instit. liber. Litt.* 1. Sine vitio dictionem prosalem metricamque componere.

PRŎSANTĬDIASTŎLE, es, f. (προσαντιδιαστολή, ut conjicere licet). Oppositio, comparatio. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 5, 600.

PRŌSĂTRIX, icis, f. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Prosatrix, genitrix.

PRŌSĔCŪTUS, a, um, part. pass. sensu. *Vincent. Lirin. Commonit.* 11, p. 330. Quem tanto imperii judicio electum, tanto sacerdotum studio prosecutum videret.

PRŌSĔDEO, es, ere, n. Ante sedeo. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Prosedæ (male Prostitutæ), meretrices, a prosedendo in meritoriis vel in fornicibus.

PRŌSEPTUM, i, n. Septum. *Ambr. In Luc.* 6, 9. Desidia quadam mentis intra proseptum carnis inclusi (nos).

PRŎSEUCHA, æ, f. (προσευχή). Ædificium hypæthrum ubi Judæi libros legis palam lectitabant. (*Juv.* ap. *Forcell.* Cf. *Cang.*) || Parvum cubiculum (*chambrette, cabinet*); etiam lupanar. *Thomæ Thesaur. nov. Lat.* p. 470. Proseucha, parva domus. *Ibid.* p. 480. Proseucha, domus meretricum vel quælibet officina. *Ib.* p. 327. Proseucha, lupanar. *Johan. de Jan.* Proseucha, domus pauperum. — Conferri potest vox *cella*, quæ modo domuncula est, modo numinis cujusdam domicilium, modo etiam meretricis sedes : hoc enim sensu frequenter ap. *Juv.* et *Mart.* et *Petron.*

PROSMĔLŌDOS, on, adj. (προσμέλῳδος, ut conjicere licet). Proslambanomenos. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1387. Proslambanomenos ab aliquibus prosmelodos dicitur. *Id.* p. 1389.

PROSNĒSIUM, ii, n. *Isid. Or.* 19, 4, 6. Prosnesium, funis quo navis in littore religatur ad palum. (Sic omnes, nulla subjecta var. lect.) *Vit. B. Bernard.* ap. *Cang.* Jam a navibus pontes educere, tonsilla figere, prosnesiorum retinaculis rates sistere festinabant. — Corrupta quidem vox, sed, ut mihi videtur, usitata. Præivit sane, quod conjiciunt, *promnesium*, *prumnesium*, *prymnesium*, gr. πρυμνήσιον. In indice editionis *Lindem.* exhibetur *Prymnesium*, in contextu autem *Prosnesium.* Cf. *Fest.* in v. PRIMNESIUS.

PRŎSŌPŎPŒIA, æ, f. (προσωποποιία). Figura sententiæ. *Quint.* 6, 1, 25. His præcipue locis utiles sunt prosopopœiæ. Sic *Id.* 3, 8, 49. (Raro in talibus Noster latine declinat : ideo, quum id fit, loci expresse citandi sunt.) *Aquil.* p. 18; *Jul. Rufin.* p. 52; *Isid. Or.* 2, 13; 2, 20.

PROSPĂRĂLEPSIS, is, f. (προσπαράληψις). Additio litteræ vel syllabæ. *Diom.* p. 436. Prosparalepsi et paragogæ contraria (apocope).

PROSPECTIO, onis, f. Inspectio. *Cod. Theod.* 7, 4, 15. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus.

PROSPĬCIENS, entis, adj. Qui prospicit, providus. *Ambr. Hexaem.* 5, 8. Ut appetens cibi, ita prospiciens periculi. — Participia, quæ adjectiva fiunt, locum suum in *Forcell.* Lexico obtinent, ut *Metuens*.

PROSPĬCIENTIA, æ, f. Prævisio et providentia. *Ambr. Off.* 1, 21. Unius prospicientia totius Ægypti per quinquennium famem repulit. *Id. Hexaem.* 3, 9. Prospicientia Creatoris. *Onomast. lat. gr.* Prospicientia, πρόνοια. — Duo loci, a *Forcell.* allati, variis lectionibus in dubium vocantur.

PROSTRĀTIO, onis, f. Actus prosternendi corpus. *Cassian. Incarn.* 3, 16. Jubar illud divini luminis, quod sustinere non potuit in ipsa sui prostratione, vidisse (Paulum). *Id. Coll. Patr.* 21, 26. Totius corporis prostratione. *Gloss. Paris.* Strages, prostratio corporum. — Quam vocem translate solummodo exhibebant.

PROSTRO, as, are, pro Prosterno. *Isid. Or.* 18, 56. Homines consecutos prostrare, amictos umbone pelliceo. *Gloss. Paris.* (in v. FORNICARIUS). Hæc fornicatrix sub arcuatis prostrabatur.

PRŎSYLLŎGISMUS, i, m. (προσυλλογισμός). Syllogismus in quo præmissa est alterius syllogismi conclusio. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, p. 489. Quando per prosyllogismos concluditur.

PRŎTĒLĀTUS, a, um, part. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, 8. Longitudine nimium protelati voluminis.

PRŎTENSIO vel PRŎTENTIO, onis, f. Extensio. *Hier. Ep.* 3, 1, *Vit. Paul. erem.* Dextræ propensione manus cupitum indicat iter. *Hilar. De Trin.* 1, p. 2. Protensio speciei corporeæ. || Productio, dilatatio, longitudo. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 413. Nulla protensione libelli, nullis dilatationibus promulgatæ laudis. *Boet. Geom.* 2, p. 1520. Stadia, milliaria, fluminum latitudines, et alia quamplura longa protensione directa. *Id. ib.* Quinque millia pedum

protensione habet. — Vocem tantum non omisit *Forcell.*

PRŌTENSUS, a, um, part. Protentus. *Boet. Arist. Top.* 1, 8, p. 666. Ea quæ probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa. *Ibid.* iterum.

PRŌTENTO, as, are, a. Tento. *Gloss. Cyril.* Προπειράζω, protempto (protento).

PRŌTŎLAPSUS, i, adj. (πρῶτος, lapsus). Primus peccator. *Commod.* 35, 1. Adam protolapsus.

PRŌTŎMARTYR, yris, m. (πρωτόμαρτυρ). Primus martyr. *S. Greg. Ep.* 2, 38, *Indict.* 11. Nec non protomartyris Christi, Stephani. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 188. Locum sepulchri et reliquiarum Beati protomartyris Stephani. *Gloss. Paris.* Protomartyr, primus martyr. Cf. *Cang.*, qui tamen nullum locum citat.

PRŌTŎPLASMA, atis, n. (πρωτόπλασμα, etsi deest in Lexicis). Prima creatura, protoplastus. *Ven. Fort.* 2, 4, 5. Exsiluit protoplasma solo. (In quo prima male correpta.)

PRŌTOSPĂTHĀRIUS, ii, m. Primus spatharius. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 192. Misso et Zacharia primospathario suo. Cf. *Cang.*

PRŌ TRIUMVĬRO, m. Qui fuit triumvir. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2169. C. Cæcilius.... pro triumviro quater.

PRŌTRŪSUS, a, um, part. *Vincent. Lirin. Common.* 4, p. 320. Interdictis urbibus, protrusi atque extorres.

PRŌTŪTO, as, are, a. Tutor. *Gloss. Cyril.* Προασφαλίζομαι, protuto.

PRŎVENTUM, i, n. Eventum, casus. *Avian. Fab.* 22, 20. Quæ (invidia) dum proventis aliorum gaudet iniquis Lætior, infelix et sua damna cupit.

PRŎVINCIŎLA, æ, f. Parva provincia. *Vincent. Lirin. Common.* 5, p. 322. Pro alicujus provinciolæ temeraria quadam conspiratione certarent.

PROXĬMĀTUS, a, um, part. Admotus. *Cassiod. Var.* 11, 6. Miles ad secreta judicis proximatus.

PROZEUXIS, is, f. (πρόζευξις, ut conjicere licet). Nomen schematis. *Sacerd.* p. 33.

PRŪNĒTUM, i, n. Locus prunis consitus. *Onomast. lat. gr.* Prunetum, κοκκυμηλών.

PRYMNĒSIUM, n. Vid. PROSNESIUM.

PSALLENTIUM, ii, n. Psalmodia. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 1, 43. Cum magnis laudibus psallentioque copioso. *Ib.* 2, 21; 3, 5; 4, 13, et passim. Cf. *Cang.*, qui, inter alios, citat *Paul. Diac.* — Vox fere portentosa inde mihi orta videtur quod inter ecclesiastica officia fuere *Psallentes* dicti. *Epiphan. Hist. Eccl.* 4, 10. Athanasius inter medios psallentium illæsus abscessit.

PSALMĬSŎNUS, a, um, adj. Qui psalmis sonat. *Alc. Avit. Homil. fragm.* 7, p. 164. Quum ad præsens psalmisonum solenne perventum est.

PSALMIZO, as, are, a. et n. Psallo. *Gloss. Cyril.* Ψάλλω, nablizo, psalmizo.

PSALMŌDIA, æ, f. (ψαλμῳδία). Psalmorum cantus (*psalmodie*). *Hier. Ep.* 86, *Ad Eustoch.*, *Epitaph. Paulæ.* Ut, in opere et cibo separatæ (virgines), psalmodiis et orationibus jungerentur. *Cassiod. Rhet.*, *fin.* Vocis diligentiam in psalmodiæ decantatione custodiet. *S. Greg. Ep.* 9, 68. Et psalmodiæ officium solenniter exhibere facias. *Ibid.* 10, 13. Cf. *Thom.* p. 482 et 553, et *Cang.*

PSEUDOĂPOSTŎLUS, i, m. Falsus apostolus. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singular. Cleric.*, *med.* Nam et hujusmodi pseudoapostoli operarii sunt dolosi.

PSEUDŎBAPTIZĀTUS, a, um, adj. Male baptizatus. *Cypr. Sent. Novat. in Concil. Carth.* Qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizare.

PSEUDŎCŎMĬTĀTENSES, ium, m. pl. Falsi comitatenses. *Cod. Theod.* 8, 1, 10. Pseudocomitatensium etiam quaternas annonas. Cf. *Cang.*

PSEUDŎDOCTOR, oris, m. Falsus doctor. *Vincent. Lirin. Commonit.* p. 358. Pseudoprophetæ vel pseudodoctores divinæ legis sententias proferunt. Cf. *Cang.*

PSEUDŎFŎRUM. Vid. PSEUDOPHORUM.

PSEUDOGRĂPHIA, æ, f. (ψευδογραφία). Falsa descriptio. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 10, p. 741. Neque si aliqua est pseudographia circa verum. *Id.* p. 698. Nam decipitur geometer quum pseudographiam facit. *Id.* p. 725.

PSEUDOGRĂPHUS, a, um, adj. (ψευδόγραφος). Falso scriptus, falsus. *Hier. Expos. in Isai*, *Prol.* Duo ad Gratam libri, qui

pseudographi putantur. *Cassiod. Instit. divin. Litt.* 5. Sapientiæ librum, quem pseudographum prænotavit. *Gloss. Paris.* Pseudographis, falsis scripturis. Cf. *Cang.* || Falso describens (ψευδογράφος). *Boet. Arist. Top.* 1, 1, p. 662. Syllogismus pseudographus. *Id.* p. 742. Contentiosa (oratio) sic se habens ad dialecticam ut pseudographa ad geometriam.

PSEUDŎMĂGISTER, tri, m. Falsus magister. *Vincent. Lirin. Common.* p. 360. Alii pseudoprophetæ et pseudomagistri.

PSEUDŎMŎNĂCHUS, i, m. (ψευδομόναχος). Falsus monachus. *Hier. Ep.* 33 (t. IV, *part. alt.*, p. 248). Nam quidam pseudomonachus.... Judas factus est proditor. Cf. *Cang.*

PSEUDŎPHŎRUM, i, n. (ψευδόφορον). Pseudothyrum. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 388. Namque ad pseudophorum cellæ dum accederet æger. *Sulp. Sev. Dial.* 3, 14. Ad pseudophorum monasterii. — Nolim, cum *Furlanetto*, in hac voce videre latinum *foris*.

PSEUDOPRESBȲTER, eri, m. (ψευδοπρεσβύτερος). Falsus presbyter. *Ambros. Serm.* 50. Susannam pseudopresbyteri arguunt.

PSEUDŎSȲNŎDUS, i, f. (ψευδοσύνοδος). Non legitima synodus. *Aug. In Psalm.* 56. Qui pseudosynodum habuere in caverna Susis.

PSĪLŌTHRO, as, are, a. (ψίλωθρον). Lævigo, glabro. *Plin. Valer.* 3, 52. Hoc (oleo) peruncti psilothrantur.

PTARMĬCUS, a, um, adj. (πταρμικός). Qui sternutamentum excitat. *Th. Prisc.* 2, 3. Tum acerbis adjutoriis ptarmicis imminere nos conveniet. Et *Cœl. Aur. Acut.* 1, 15.

PTŎLĔMÆĒUM, i, n. (πτολεμαιεῖον). Sepulchrum Ptolemæorum. *Suet. Aug.* 18. Consultus num et ptolemæeum inspicere vellet.

PŪBĒDA, æ, f. Pubescens puer. *Capel.* 1, p. 12. Pubeda vixdum, vel paterna contremens Præcepta. *Id.* 9, p. 308. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pubeta vel Pubeda, adolescens. *Thom.* p. 408. Hic pubeta, æ, juvenis; quod etiam Hic pubeda dicitur. (Et priorem *Capellæ* locum citat.) « Glossæ nostræ, ait *Hug. Grot.* ad eumdem *Capellæ* locum : Pubeda, juvenis sine pube. Et alibi : Pubeda, adultus. » Cf. *Cang.* — Vocem, quam *Forcell.* exhibet, explodit *Furlan.*, aitque legendum *bupæda*, nempe βούπαις, grandis puer. Quod quidem doctius quam verius.

PŪBĔRĀLE, is, n. Pubes (os quod dicimus *pubis*). *Gloss. Cyril.* Ἐφήβαιον, puberale. (*Puberalis*, in exemplo quod refert *Cang.*, est puerilis, juvenilis.) || Aliter *Gloss. Philox.* Puberale, ἐφήβιον (forte ἐφηβεῖον).

PŪBĔRESCO, is, ere, n. Puber fio. *Onomast. lat. gr.* Puberesco, ἡβάζω.

PŪBĔRO, as, are, n. Pubesco. *Gloss. vet. S. Genov.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 542, et *Gloss. Hildeb.* Puberat, crescit. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 575. Puberat, pubescit. *Gloss. Paris.* Puberat, crescit, incrementat, barbescit.

PŪBĒTA. Vid. PUBEDA.

PŪBLĬCĀRIUM, ii, n. Teloneum. *Gloss. Cyril.* Δημόσιον τελώνιον, publicarium. Cf. *Cang.* in v. PUBLICUM.

PŪBLĬCISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 731. Oratio autem est manifesta uno quidem modo et publicissimo. *Id.* p. 733.

PŬDEFĪO, is, ieri, p. Me pudet. *Onomast. lat. gr.* Pudefio, αἰσχύνομαι. — Notum erat particip. *Pudefactus*.

PŬDENTIA, æ, f. Pudor. *Hier. Ep.* 48, *Ad Furiam.* Ubi pudentiæ et pudicitiæ sanctitas? (Sic vett. edd. Sed aliter ed. Bened. t. IV, p. 555. Ubi pudicitiæ sanctitas, ibi frugalitas est.) *Thom.* p. 432. Pudet : unde Pudenter et hæc pudentia, æ. Cf. *Cang.*

PŬDĪCĬTIES, ei, f. Pudicitia. *Prud. Psych.* v. 98. Dixerat hæc, et læta Libidinis interfectæ Morte, Pudicities gladium Jordanis in undis Abluit infectum. (Vulgo *Pudicitia*, ultima licenter producta. Sed vetus declinatio *Amicities*, *Avarities*, *Blandities*, apud istos poetas frequens.)

PŬDŌRĀTUS, a, um, adj. Pudicus. *Vulg. Eccli.* 26, 19. Mulier sancta et pudorata. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cler.*, *post med.* Qui religiosa, modesta, veneranda, pudica, pudorata cum feminis negotia peregerunt. (Vocabulum *pudica* glossam sapit.) *Thom.* p. 474. Pudoratus, pudibundus.

PUĔRĀRIUS, adj. Puerorum amator. *Gloss. Cyril.* Φιλόπαις, puerarius. *Gloss. Philox.* et *Onomast. lat. gr.* Puerarius, παιδεραστής.

PUĔRŌSUS, adj. m. Puerorum amator. *Gloss. Cyril.* Παιδικός, puerosus.

PŬGĬLĀTOR, oris, m. Pugil. *Arn. Adv. Gent.* 1, p. 20. Tyndaridæ Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugilator bonus. (Bona *Thysii* editio male exhibet *pugillator*. Etsi recte scribit *Forcell.*, solennis vocabulorum confusio innuenda mihi visa est. *Pugillatorem* esse tabularium, nemo ignorat.) *Boet. In Arist. Prædicam.* 3, p. 183. Secundum potentiam pugilatoriæ artis pugilatores vocantur. (Et hic *pugillatores*, quamvis infra sit *pugiles.*) *Id.* p. 176 et 177. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 468. Pugilator (male Pugillator), pugil. *Id.* p. 414. Item a pugilo Hic pugillator (l. pugilator), id est victoriosus. *Gloss. Isid.* et *Thom.* p. 484. Pugilones, pugilatores (male Pugillones, pugillatores). || Fur. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Pugilator (male Pugillator), qui de manu in manum nummorum aliquid subtrahit. — Verbum a v. *pugnus* deductum credo, ut a manu *Manuarius*, cum eodem sensu.

PŬGILLO et PŬGĬLO, onis, f. Vid. in v. præced.

PULCHRĬFĬCO, as, are, a. Pulchrum facio. *Isid. Or.* 17, 8. Unde et splendorem cutis pulchrificat (mastix). Cf. *Cang.*

PŪLĬCĀRIS herba, f. Psyllion (nempe quia pulicis simile semen habet). *Isid. Or.* 17, 9, 54.

PŪLĬCELLA, æ, f. Virgo (gall. *pucelle*). *Capitul. Chlodov.* (circa a. 501) ap. *Pardess. Dipl.* t. I, p. 49. Si pulicella fuerit. — Quæ vox ap. *Cang.* non occurrit.

PULLASTER, tra, adj. Juvenis. *Onomast. lat. gr.* Pullaster, πῶλος. — Quo confirmatur femininum *pullastra*, incertum ap. *Varr.*

PULLESCO, is, ere, n. Pullulesco. *Onomast. lat. gr.* Pullesco, βλαστάνω. — Vox dubia ap. *Colum.*

PULLŬLĀTIO, onis, f. Germinatio. *Prisc.* p. 1339. Dices, quomodo de corpore, staturam, pulchritudinem, pullulationem (scil. de arboribus).

PULPA, æ, f. Piscis e genere mollium (gall. *poulpe*). *Theod. Prisc.* 4, 2. Omitto plurima et a plurimis animalia sine sanguine memorari, utputa pulpas, sepias, ostreas, etc. — Quem sensum non ipse *Cangius* indicat.

PULPĬTUS, i, m. Pulpitum. *Isid. Or.* 18, 43. Qui pulpitus orchestra (male orcistra) vocabatur. *Ibid.* 44. *Gloss. Philox.* Pulpitus et Pluteus, θυμέλη.

PULSĀTUS, us, m. Pulsatio. *S. Greg. Ep.* 10, 1. Et, dum licet, magno pulsatu iniquitatum nostrarum maculas deleamus. Cf. *Cang.*

PULVĔRESCO, is, ere, n. Pulvere cooperior. *Onomast. lat. gr.* Pulveresco, κονιορτοῦμαι.

PULVĪNĀRIUS, a, um, adj. In quo pulvinaria sternuntur. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 576. Pulvinariæ cerimoniæ.

PUNCTĬTO, as, are, a. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 479. Pungitare, Punctitare, sæpe pungere.

PUNCTOR, oris, m. Qui pungit. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 455. Pungo; unde Punctor, oris.

PUNCTUS, i, m. Punctum. (Cave hanc vocem, prolapsæ omnino latinitatis, *Plinio*, 2, 68, 68, al. 2, 68, 4, tribuas: quod facilius admittit *Forcell.*, malum auctorem *Isidorum* arcessens.) *Boet. Arithm.* 2, 30, p. 1344. Illius puncti qui eminus fixus est. *Id.* p. 117. In numero unitas, in litteris punctus. (De quibus autem dubito. Noster enim vulgo neutrum genus usurpat, ut p. 1488, punctum quod; p. 1496, aliquod punctum; p. 146 et 542 et 552, puncta.) *Capel.* 9, p. 318. Is punctus. *Isid. Or.* 1, 19. Punctusque ad unam litteram ponitur. *Ibid.* 5, 25. Cujus tam brevis est temporis punctus. *Ib.* 3, 12; 13, 2. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 266, ed. *Gœs.* Punctos habet litteris græcis. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 211. Unus punctus quarta pars horæ, et facit decem momenta; duo puncti viginti momenta. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 105. Punctus, κέντημα. *Gloss. Cyril.* Κέντημα, hic punctus. *Onomast. lat. gr.* Punctum, σημεῖον. *Thom.* p. 455. Vel eorum inserebant (testamentis) punctos qui erant heredandi. Cf. *Cang.*

PUNGĬTO, as, are. Vid. PUNCTITO.

PŪRĬFĬCĀLIS, e, adj. Qui purificat. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 1165. Sumpsisti meritis purificale decus.

PŪRĬFĬCĀTŌRIUS, a, um, adj. Qui puri-

ficat. *Cypr. De Spir. Sanct., sub init.* Superferebatur elemento purificatorio Spiritus sanctificator. Cf. *Cang.*

PŪRIFLUUS, a, um, adj. Qui purus fluit. *Ambros.* in *Inscr.* ap. *Grut.* p. 1166. Confessosque reos maculoso crimine solvens, Fontis puriflui diluit irriguo.

PŪRĬTIA, æ, f. *Non.* p. 156. Puritia, id est puritas. *Varro Rer. Divin.* lib. 1. Quæ puritia est infrequens polluta. (Quod viri docti facile conjecerunt, pro *pueritia*. Manifestum errorem ab acutissimo *Mercero* non correctum fuisse miror.)

PURPŬRĀRIA, æ, f. Mulier quæ purpureo colore inficit. *Vulg. A. Ap.* 16, 14. Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum.

PURPŬRESCO, is, ere, n. Purpurasco. *S. Optat. De Schism. Donat.* 5, 7. Dum confectione vellus candidum purpurescit.

PURPŬRĒTĬCUS, a, um, adj. Porphyreticus. *Inscr.* ap. *Fabret.* p. 522. In purpuretica (scil. porticu porphyreticis columnis fulta). *Inscr. Rom.* ap. *Cang.* Adampliavit purpuriticis (*sic*) columnis.

PURPŬRILLA, æ, f. *Gloss. Isid.* Purpurilla, locus extra portam quo purpurea veste uterentur. (Quæ verba mutila sunt, ut statim patebit.) *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 542. Locus extra portam ubi scorta prostabant. Dictum est isto vocabulo quod matronæ stola, libertinæ toga, prostitutæ purpurea veste uterentur. (Emendavi quod legitur: *stola libertina et toga*). Cf. *Cang.*

PURPŬRĪNUS, a, um, adj. Purpureus (gall. *purpurin*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 465. Purpura; inde Purpureus, Purpuratus, Purpurinus.

PURPŬRIO, onis, m. Gallinæ aquatilis genus. *Gloss. Cyril.* Πορφυρίων, purpurio. — Vocabulo græco variæ sunt significationes.

PURPŬRĪTES, æ, m. (lapis). Porphyrites. *Isid. Or.* 16, 5. Purpurites ex Ægypto est, rubens, candidis interventientibus punctis.

PŪSILLĂNĬMUS, a, um, adj. Pusillanimis. *Vulg. Isai,* 35, 4. Dicite pusillanimis : Confortamini.

PŬTĀTĪVUS, a, um, adj. Existimatus (gall. *putatif*). *S. Fulg. Epist.* 18. Non putativam infirmitatem, sed veram docet apostolus. Cf. *Cang.* — *Forcell.* unum *Tertulliani* exemplum habet.

PUTRĬMORDAX, acis, adj. Qui putria mordet. *Boet. Arist. Top.* 6, 2, p. 707. Ut Plato ciliumbrem oculum, araneum putrimordacem dixit.

PŬTUS, i, m. Puer. *Catal. Virg.* 9, 2. Dispeream nisi me perdidit iste putus. Sin autem præcepta vetant me dicere, sane Non dicam; sed me perdidit iste puer. (Manifestus sensus est, et sic interpretatur *Jos. Scalig.*) *Gloss. Philox.* Puti, μικροί. Putus, μικρός. (Cf. *Cang.*, qui ait : « Hodie etiamnum Itali *putto* puerulum vocant, unde nostrum *petit.* »)

PŸLŌRUS, i, m. (πυλωρός). Meatus inferior ventriculi. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 1. Pyloro paralysi vitiato. *Ibid.* 5, 10. Ex pyloro vel nestide.

PŸRĂMĬDĀLIS, e, adj. Vid. v. seq.

PŸRĂMĬDĬCUS, a, um, adj. (πυραμιδικός). *Boet. Arithm.* 2, 4, p. 1328. De solidis, et sphæricis, vel pyramidicis, laterculis etiam, vel tignulis et cuneis. (Legitur *pyramidis. Furlan.* conj. *pyramidalibus.*)

PYRGUS, i, m. (πύργος). Analogium (*ambon*). *Inscr.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 182. Agnellus episcopus hunc pyrgum fecit. Cf. *Cang.* — Noti vocabuli novus sensus.

PŸRŎMANTIA, æ, f. (πυρομαντεία). Ignispicium (gall. *pyromancie*). *Isid. Or.* 8, 9, 10.

PYRRHĬCHUS, a, um, adj. Ad pyrrhicham saltationem pertinens. *Sid. Ep.* 9, 15, 7. Resonetque mixtus ille pes celerrimus, Bene nuncupatus quondam ab arte pyrrhicha.

Q

QUADRĀGĒSĬMĀLIS, e, adj. Ad quadragesimam pertinens. *Aug.* vel *Pseudo-Aug. De Vit. Eremit. ad Soror.* 19. Extra quadragesimam, in cibo quadragesimali jejunet. *Isid. Regul. Monach.* 9, *De Mensis.* In observatione quadragesimali, pane solo et aqua contenti omnes erunt. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 202. Terminum quadragesimalem a XII calend. martis require. Cf. *Cang.*

QUADRĀGESSIS, is, m. Quadraginta asses. *Prisc.* p. 1358; *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

QUADRANGŬLĀRIS, e, adj. Quadrangulus. *Boet. Arist. Analyt. pr.* 2, 25, p. 520. Si *d* sit quadrangulare, in quo autem *e* rectilineum, etc.

QUADRĔCUPLUS vel QUADRĬCUPLUS, a, um, adj. Qui quantitatem aliquam quaterdecies continet. *Bed. De Ration. Calc.* t. I, p. 157. Undecupli, duodecupli, tredecupli, quadrecupli, etc.

QUADRESSIS, is, m. Quatuor asses. *Prisc.* p. 1356; *Johan. de Jan.*

QUADRĬCEPS, cipitis, adj. Qui quatuor capita habet. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

QUADRĬCHORDUM, i, n. Tetrachordum. *Boet. Music.* 1, 20, p. 1383. Cujus quadrichordi Mercurius dicitur inventor.

QUADRĬCORNIUM, adj. n. Qui quatuor cornua habet. *Onomast. lat. gr.* Quadricornium, τετράκερων.

QUADRĬCŬBĬTĀLIS, e, adj. Vid. v. seq.

QUADRĬCŬBĬTUS, a, um, adj. Qui quatuor cubitorum est. *Boet. Arist. Topic.* 6, 2, p. 707. Animal gressibile, bipes, quadricubitale. *Id. Arist. Elench. sophist.* p. 753. Putasne quadricubitum tricubito majus?

QUADRĬCUPLUS. Vid. QUADRECUPLUS.

QUADRĪDUUM, ii, n. Quatriduum. *Prisc.* p. 1337. Et *Gloss. Cyril.* Τετραήμερον, quatriduum. *Onomast. lat. gr.* Quadriduum, τέσσαρες ἡμέραι.

QUADRĬFĀRIUS, a, um, adj. Quadruplus. *Cassiod. Var.* 1, 45. Per quadrifarias mathesis januas introisti. *Ib.* 2, 3; 3, 6. *Arn. In Psalm.* 108. Ergo quadrifariam confusionem induuntur dæmones.

QUADRĬFĪNIUS, a, um, adj. Quadrifinalis. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 250. Terminus quadrifinius.

QUADRĬFORMIS, e, adj. Qui quatuor formas habet. *Orient. Orat.* 24, 2. Et illa moles quadriformis machinæ. *Zeno Veron.* p. 205. His quadriformibus elementis in unum quadripartita mole constantibus. *Gloss. Cyril.* Quadriformis (imo Quadriforme), τετράμορφον. Et *Thom.* p. 487. — *Furlan.*, qui vocem addidit, nihil laudat nisi *Not. Tir.*

QUADRĬFORMĬTAS, atis, f. Quadriformis natura. *Eucher. Formul. spirital.* p. 219. Quadriformitas Evangeliorum. — Dicitur et *Triformitas.*

QUADRĬFURCUS, a, um, adj. Qui quatuor furcas seu cuspides habet. *Prisc.* p. 1358.

QUADRĬGĔMĬNUS, a, um, adj. Quadruplex. *Isid. Or.* 12, 4. Sunt autem illi quadrigemina cornicula.

QUADRĬGŌNUS, a. um, adj. (quadrus, γῶνος). Tetragonus. *Claud. Mamert. Epist.* p. 211. Jam nec trigona nec quadrigona (figura) erit. *Ibid.* iterum.

QUADRĬLĀTĔRUS, a, um, adj. Qui qua-

tuor latera habet (gall. *quadrilatère*). *Capel.* 6, p. 231. Extra has formas, quidquid quadrilaterum est, τραπέζιον vocatur. *Boet. Geom.* 1, p. 1489. Quadrilatera (figura est) quæ sub quatuor (rectis lineis continetur). *Ibid.* 2, p. 1529. *Balb.* in *Gromat. vet.* p. 106. Quadrilatera forma est quatuor laterum totidemque angulorum. *Isid. Or.* 3, 12. Quadrilatera figura. *Onomast. lat. gr.* Quadrilaterum, τετράπλευρον. — Omissi a *Forcellino* vocabuli unum exemplum addidit *Furlan.*

QUADRĬLINGUIS, e, adj. Qui quatuor linguas callet. *Onomast. lat. gr.* Quadrilinguis, τετράγλωσσος.

QUADRĬMEMBRIS, e, adj. Qui quatuor membra habet. *Onomast. lat. gr.* Quadrimembris, τετραμερής. — De unico *Capellæ* exemplo jure dubitatur.

QUADRINGENTĒNĀRIUS, a, um, adj. Quadringentarius. *Prisc.* p. 1355.

QUADRĬNOCTIUM, ii, n. Quatuor noctes. *Onomast. lat. gr.* Quadrinoctium, τετρανυκτία. — Vocem antea ignotam eruit *Furlan.* ex *Prisc.* p. 1357.

QUADRĬPĔRTIOR, iris, iri, d. In quatuor partes divido. *Onomast. lat. gr.* Quadripertior, τετραχῶς μερίζω. — Activum *Quadripartio* addidit *Furlan.* ex *Dict. Cret.* Ad alterutrum pertinet *Bedæ* locus *De Numer.* t. I, p. 102. Bipartiens, tripartiens, quadripartiens.

QUADRĬPŎTENS, tis, adj. Quater potens. *Victorin. philos.*, teste *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. XVIII.

QUADRĬRĒMĒX, igis, adj. Quadriremis. *Auct.* ap. *Cur. Fort. Art. rhet.* 3, p. 91. Quadriremigem, quam in salo fluctuantem reliquit. (Sic *Capperon.*, ut antea *Pith.* p. 71. Sed locus *Ciceronis*, *Verr.* 5, 35, quem Noster innuere videtur, exhibet *quadriremem.*)

QUADRĬSULCUS, a, um, adj. Qui quatuor cuspides habet. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 3, 321. Trisulca, pro quadrisulca.

QUADRĬSYLLĂBUS, a, um, adj. Qui quatuor syllabas habet. *Aug. Music.* 3, 11. Fac igitur hoc idem in ionico quolibet, vel alio quolibet quadrisyllabo sex temporum.

QUADRŬPĔDĀLIS, e, adj. Quadrupedus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 412. Quadrupes, unde quadrupedalis et quadrupedius. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Bipedalia, tripedalia, quadrupedalia. (*Quadrupedalia*, absolute, ut *Quadrupedia*, scil. animantia. Cf. *Cang.*)

QUADRŬPĔDIA, n. pl. Quadrupeda animantia. *Col.* 11, 2. Pecus lanatum ceteraque quadrupedia. *Vulg. Act.* 10, 12. In quo erant omnia quadrupedia. *Aug. De Morib. Manich.* c. 9. Volatilia in ventis, quadrupedia in igne, bipedia in fumo. *Isid. Or.* 12, 1. Quadrupedia vocata quia quatuor pedibus gradiuntur. *Zeno Veron.* p. 80. Omnia namque quadrupedia, etc. Cf. *Cang.* — Vocem omiserat *Forcell.* Nullum alium auctorem, nisi *Jul. Valer.*, novit *Bailey.* Vid. v. præced.

QUADRŬPĔDO, as, are, n. Quatuor pedibus incedo. *Gloss. Cyril.* Τετραποδίζω, quadrupedo. Sic etiam *Onomast. lat. gr.*

QUADRUPLĀRIS, e, adj. Quadruplus. *Boet. Music.* 2, 8, p. 1398. Quadruplares omnes diagonii. — Incerta *Macrobii* auctoritas inde confirmatur.

QUADRUPLĬCĀTUS, a, um, part. *Boet. Arithm.* 2, 44, p. 1356. Et si quintupli (termini), quadruplicato (numero); et si sextupli, quincuplicato. (Al. leg. *quintuplicato.*) *Zeno Veron.* p. 284. Zachæus quadruplicata expungit apophoreta. Adde *Interp. Iren.* 1, 12.

QUADRUPLĬCĬTAS, atis, f. Quadruplum. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 453 et 487.

QUADRŬPLĬCĬTER, adv. Quadruplicato. *Boet. In Arist. Prædicam.* 4, p. 192. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. *Id.* p. 676. *Isid. Or.* 3, 7. Continet in se inferiorem numerum tripliciter aut quadrupliciter. Et *Thom.* p. 453 et 487.

QUADRUSSIS, is, m. Quatuor asses; numerus quaternarius. *Capel.* 7, p. 241.

QUÆSĪTO, as, are, n. *Prisc.* p. 826. A Quæso Quæsito fit. *Gloss. Paris.* Quæsitat, quærit, interrogat, sciscitatur.

QUÆSTIŌNĀRIUS, a, um, adj. In quo quæstiones sunt. *Boet. Geom.* 2, p. 1520. Hic liber quasi quæstionarius.

QUÆSTIŌNO, as, are, a. *Gloss. vet. S. Genov.* Quæstionavit, perquisivit, examinavit. *Gloss. Vatic.* VII, p. 576. Quæstionavit, investigavit, examinavit. Cf. *Cang.* (Inde nostrum v. *questionner.*) — Partici-

pium *Quæstionatus* addidit *Furlanettus* ad Lexic. *Forcell.*

QUÆSTŌRICIUS, a, um, adj. Ad quæstorium pertinens. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1869. Q. Fulvius.... triumvir, ædilis, quæstoriciæ potestatis.

QUĀLĬTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui qualitatem exprimit. *Cassiod. Complex. in Psalm.* 21. Hæc est tertia definitionis species, quæ græce ποιότης, latine qualitativa dicitur. *Isid. Or.* 2, 29, iisdem fere verbis exponit. Cf. *Cang.*

QUAMPLŪRĬMĒ, adv. Quammaxime. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 365. Stagnum constituimus, et quamplurime contra tertiam horam.

QUANDIŪCUMQUE, conj. Per omne tempus quo, donec. *Aug. De Don. Persever.* 10. Quod teneri et amitti potest, dicimus eum habere quandiucumque habet.

QUĀQUAM, adv. Per aliquem locum; aliquo modo. *Lucr.* 1, 427. Haud usquam sita corpora possent Esse, neque omnino quaquam diversa meare. (Alii leg. *quoquam.* Ita *Eichstædt.* Sed illud sane verum. Quasi auctor scripserit : Et nequaquam diversa.) *Char.* p. 192. Quaquam. Sallustius : Tametsi haud quaquam par gloria sequitur scriptorem et actorem rerum. Pomponius : Quaquam negas nuptam.

QUĀQUĀVERSUM, adv. In quamcumque partem. *Vincent. Lirin. Common.* 6, p. 323. Atque omnes quaquaversum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur. *Isid. Or.* 15, 16. Iter vel Itus est via qua iri ab homine quaquaversum potest. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 491. Item (quis) venit in compositionem : quaquaversum, id est circumcirca, passim, ubique. *Id.* p. 492. — *Quaquaversus* citatur ut incertum ex *Cic. Philip.* 9, 7. Alii *quaqueversus*; alii, ut *Orell.*, *quoquoversus*. Equidem *quaquaversus* verum existimo. Vid. v. seq.

QUĀQUĀVERSUS, adv. Quaquaversum. *Onomast. lat. gr.* Quaquaversus, πανταχόσε. Et vid. v. præced.

QUĀQUE USQUE, adv. Usquequaque. *Inscr. Grut.* p. 611. Et inde quaque usque ad viam publicam Campanam.

QUĀSILLUM, i, n. Quasillus. *Prisc.* p. 618. Hic qualus, hoc quasillum. — Hærebant an *inter quasilla* legerent ap. *Cic. Philip.* 3, 4.

QUĂTERDĔCIES, adv. Quatuordecim vicibus. *Prisc.* p. 1355. Duodecies, terdecies, quaterdecies, quinquiesdecies. *Bed. De Numer.* t. I, p. 100. Duodecies, tredecies, quaterdecies. *Id. Solut. arithm.* t. I, p. 146. In C quaterdecies VII numerantur. — Evidens sensus est. Alibi autem possit esse quadraginta vicibus vel quadragies, ut intelligunt ap. *Cic. Verr.* 2, 1, 39.

QUĂTERDĒNĀRIUS, a, um, adj. Quartusdecimus. Pervetus codex (sæculi VIII) *Bibl. S. Genov.*, *Argum. in Matthæum.* « Sicque quaterdenario numero triformiter posito. » Idem Argumentum refert *Mai. Script. vet. Nov. Coll.* t. IX, p. 161, quod antiquissimum esse his verbis testatur : « Argumentum hoc, in quod commentatur Sedulius, etc. » Sed exhibet *quaternario denario* numero. Quod sane obvium; alterum tamen retinendum judico, ob manuscripti nostri ætatem, et cognata verba *quaterdeni* (scil. *quaterni deni*, ap. *Bed. De Num.* t. I, p. 100) et *quaterdecies*. Etiam comparari possunt *sedecimus* (sextus decimus), *terdecimus*.

QUĂTERNĀTIO, onis, f. Quadruplex natura. *Interp. Iren.* 1, 1. Diligenter igitur ostendit primam quaternationem. *Ibid.* non semel.

QUĂTERNĬTAS, atis, f. Quaternus numerus; quatuor personæ. *Aug. De Dono Persev.* 67. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit. *Vincent. Lirin. Common.* p. 335. Ne, duos profitendo filios, quaternitatem videatur colere, non Trinitatem. *Id.* p. 340. Explosa Trinitatis fide, quaternitatem nobis introducenti. *Boet. De duab. Nat. Christ.* p. 1216. Unum esse Deum ac Dei filium, nec quaternitatem Trinitati adstrui. *Cassiod. In Psalm.* 2. Ne sit quaternitas, non Trinitas Deus.

QUĂTUORANGŬLĀTĬLIS, e, adj. Qui quatuor angulos habet. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 305. In fontem quatuorangulatilem descendet (terminus).

QUERCĪNUS, a, um, adj. Quernus. *Suet. Cal.* 19. Insignis quercina corona. (Codices exhibent *quercica;* unde *Lipsius* optime conjecit *quercina.* In editionibus vero legitur

quercea vel *quernea.*) *Tert. Coron. Mil.* 13. Hoc vocabulum est coronarum, quas et foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes.... sumunt. *Gloss. Cyril.* Δρύϊνος, quercinus. — Egregia vox a Lexicorum auctoribus seu ignoratur, seu immerito rejicitur.

QUĔRĒLO vel QUĔRELLO, as, are, n., et QUĔRĒLOR vel QUĔRELLOR, aris, ari, d. Queror. *Arn. In Psalm.* 76. De malis præsentibus querelatur. *Gloss. Isid.* Querelantem, querelas afferentem. *Gloss. vet. S. Genov.* Conqueritur, querelatur. Causatur, querelatur. Conquestus, querelatus. *Gloss. Paris.* Quærellantem, quærellas afferentem. Quærellatus, quæstus, incusatus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 515. Causatur, querellatur. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 576. Querellatur, quiritat, vociferatur, etc. *Gloss. Hildeb.* Accusat, arguit, querellatur. (Ubi miror virum doctum scribere : « Vocem *querellatur* in nullo adhuc glossario repperi, nisi in altero hujus cod. glossario. » *Glossaria* enim duo *Vaticana* ad manum habuit, et sæpius laudat.) *Ibid.* Querellatus, quæstus. (Hic vero probabilis nota.) *Thom.* p. 492. Querelare, conqueri. Et cf. *Cang.* (Particip. *Querelans*, ex *Servio*, jam additum erat a *Furlan.*) — Inde ortum verbum nostrum *quereller*, servata vitiosa geminatione litteræ *l*.

QUĔRĒLŌSUS, a, um, adj. Qui querelas movet. *Cassiod. Var.* 7, 14. Quum res querelosas sine querimoniis egeris. Cf. *Cang.* — Inde gall. *querelleur.*

QUĔRĬMŌNIŌSUS, a, um, adj. *Isid. Or.* 10, *litt. Q*, et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 576. Questuosus, querimoniosus. *Thom.* p. 492. Querimoniosus, querimonia plenus.

QUĔRĬMŌNIUM, ii, n. Querimonia. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 2, 401. Judicis in vultus inopum querimonia pandens. Cf. *Cang.*

QUĔRĬTOR, aris, ari, d. Sæpe queror. *Paul. Nol. Carm.* 10, 147. Quare gratandum magis est tibi quam queritandum. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 576. Queritatur qui assidue clamosus est. *Tac. Ann.* 16, 34. Igitur flentes queritantesque qui aderant, etc. (De hac proba lectione non ambigendum.) *Plin. H. N.* 9, 31, 1. Qui, in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris quam equos, queritabantur. (Sic enim emendo, pro vulg. *quiritabant*. Est var. lect. *quæritabant*. Sed verbum *quiritare* non huc facit. Quod vide infra.)

QUĔRO, is, ere, n. Queror. *Prisc.* p. 791. *Id.* p. 792. *Reor* quoque, *Queror* et *Solor* in significatione passiva inveniuntur.

QUERQUEUS, a, um, adj. Querceus. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1890. Coronam argenteam querqueam. — Quod facit cum scriptura *querquetum*, pro *quercetum*, quæ est ap. *Fest.*

QUĔRŬLOR, aris, ari, d. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 542. Querens, querulans, deprecans. — Multa citat *Cang.*, semper deponentis forma, et recte monet vocem deductam ab adjectivo *querulus*.

QUĔRŬLŌSUS, a, um, adj. Querulus. *Vulg. Epist. Jud.* 16. Sunt murmuratores querulosi. *Cassiod. Var.* 9, 14. Percelli non potest jure, cui mavult querulosus ignoscere.

QUESTUŌSUS, a, um, adj. Vid. QUERIMONIOSUS. (Et *Cang.* vocem citat ex *Chart.* anni 1027.)

QUIDNISI? adv. Quidni? *Fest.* Quidnisi usurpavisse antiquos, testis est Afranius in Epistola : Me auctore, mater, abstinebis. Quidnisi ?

QUIĒTŪDO, inis, f. Quies (gall. *quiétude*). *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 543. Quietudo, pax et securitas. *Gloss. Cyril.* Ἠρεμία, otium, quietudo, quies. Ἡσυχία, otium, quietudo, silentium. Cf. *Cang.*

QUINCUPLĬCĀTUS, a, um, part. Vid. in v. QUADRUPLICATUS.

QUINCUPLUS, a, um, adj. Quincuplex. *Boet. Arithm.* 1, 23, p. 1355. Nam duplex unum intermittit, triplus II, quadruplus III, quincuplus IIII. *Bed. De Ration. Calc.* t. I, p. 151. Et *Gloss. Phil.* Quincuplum (male Quadruplum), πεντάπλουν.

QUINDĔCUPLUS, a, um, adj. Qui quindecies quantitatem continet. *Bed. De Ration. Calc.* t. I, p. 157.

QUINGENTĒNI, æ, a, pl. Quingeni. *Vulg.* 2. *Macch.* 8, 22. Subjectis unicuique millenis et quingentenis. Et *Prisc.* p. 1353.

QUINQUĀGESSIS, is, m. Quinquaginta asses. *Prisc.* p. 1356; *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

QUINQUĀGINTĀVĬRI, orum, m. pl. Quinquaginta magistratus. *Frontin. De Colon.* in

Gromat. vet. p. 139, ed. *Gœs.* Ager ejus a quinquagintaviris pro parte in jugeribus est assignatus culturæ. (Sed *Lachmann*, p. 236, exhibet *a quinque viris.*)

QUINQUANGŬLUS, a, um, adj. Qui quinque angulos habet. *Boet. Geom.* 1, p. 1513. Quinquangulum æquilaterum atque æquiangulum designare. *Cassiod. Arithm.* p. 586, et *Isid. Or.* 3, 7. Quinquangulus numerus. Et *Prisc.* p. 1358; *Johan. de Jan.*

QUINQUĔFĀRIAM, adv. Quinque modis. *Bed. De Numer.* t. I, p. 102. Trifariam, quadrifariam, quinquefariam.

QUINQUĔFASCĀLIS, adj. m. Quem quinque fasces præcedunt (scil. legatus provinciæ). *Inscr.* in lapide dicto *Marbre de Thorigny.* In provincia Lugduness. quinquefascalis [dum] agerem. (Vid. *L. Rénier, Mémoires de la Société des Antiquaires de France*, ann. 1855, p. 52. Insignem illum lapidem ipse vidi, qui nunc est in urbe dicta *Saint-Lô.*) — Cf. SEXFASCALIS.

QUINQUĔPARTES versus, m. pl. Qui quinque orationis partes liberas possident, ut ait *Diom.* p. 498. *Id.* p. 497.

QUINQUĔPĔDA, æ, f. Pertica quinque pedum. *Mart.* 14, 92, *in lemmate.* Quinquepeda. (Sic bene ed. *Calderin. Mediol.* 1490. Nam *Quinquepeda* ut *Decempeda.* Exstat et adj. *Quinquepedalis.* Alii *quincupeda, quinquepedal* vel *quinquepedale, quincupedal.* Apud *Forcell.* est *Quincupeda.*)

QUINQUEPLEX, icis, adj. Quincuplex. *Gloss. Cyril.* Πενταπλοῦς, quinqueplex. Πενταπλῆ, quinqueplex.

QUINQUĔVERTEX, icis, adj. Qui quinque vertices habet. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 29. Quod oraculum, regi somnio dato, quinqueverticem fore urbem pronuntiavisset (l. prænuntiavisset).

QUINQUĔVĬRĀLIS, e, adj. Ad quinqueviros pertinens. *Cassiod. Var.* 4, 23. Ad judicium quinquevirale ducere. *Cod. Theod.* 2, 1, 11. Quinqueviralis judicii forma servabitur.

QUINQUIESDĔCIES, adv. Quindecies. *Prisc.* p. 1355.

QUINQUĪMUS, a, um, adj. Quinque annos natus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 492. Quinquimus puer, quinque annorum. *Id.* p. 487; *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

QUINTUPLĬCĀTUS, a, um. Vid. in v. QUADRUPLICATUS.

QUINTUPLĬCĬTER, adv. Quinque vicibus aut modis. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101. Dupliciter, tripliciter, quadrupliciter, quintupliciter.

QUĬRĪTO, as, are, n., et QUĬRĪTOR, aris, ari, d. Opem clamoribus invoco. (Nonnulla mihi addenda visa sunt, tum ad pravas quasdam lectiones explodendas, tum ut deponentis formæ auctoritatem adderem.) *Plin. j. Paneg.* 29. Perituræ in horreis messes, nequicquam quiritantibus sociis, auferantur. (Male *queritantibus.*) *Liv.* 39, 8. Nulla vox quiritantium audiri poterat. (Est qui legit *queritantium*: perperam.) *Gloss. vet. S. Genov.* Quiritat, publice clamat. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 576. Quiritat (male Queritat), per publicum clamat. *Gloss. Paris.* Quiritat (male Quæritat), vociferat, clamat. *Ibid.* Quiritat, populo alloquitur. (Vox autem delenda ex *Plin.* 9, 31, 1. Vid. locum in v. QUERITOR.) || Quiritor, deponentis forma, *Varr.* ap. *Diom.* p. 377, citante *Forcellino.* Et *Prisc.* p. 799. *Quirito* et *Quiritor.* (Male *quærito* et *quæritor*, ed. *Putsch.*) *Arn. Adv. Gent.* 4, p. 133. Hoscine a nobis deos violari et negligi sacrilego clamitatis quiritaminique contemptu?

QUĪSQUISLĬBET, quæquelibet, etc. Quilibet. *Salv. Adv. Avar.* 3, 18. Quidquidlibet dederis pro te, vile est.

QUOADUSQUE, conj. Quoad. *Vulg. Matth.* 18, 34. Quoadusque redderet universum debitum. *Ibid.* sæpius. *Arn. In Psalm.* 93.

QUŎQUORSUM, adv. Quoquoversum. *Solin.* 38. Mons Taurus, quoquorsum mari alluitur, procedit in prominentias.

QUŎTIESLĬBET, adv. Quotocumque numero. *Boet. Music.* 1, 4, p. 1375. Major numerus habet in se minorem numerum vel bis, vel ter, vel quotieslibet. *Id. Arithm.* 1, 29, p. 1317.

QUŎTUPLĬCĬTER, adv. Quot modis. *Boet. Aristot. Top.* 1, 11, p. 667. Quotupliciter unumquidque dicitur. *Id.* p. 668, 671, 673 et 674.

QUŎTUSLĬBET, quotalibet, quotumlibet, adj. Quotuscumque. *Claud. Mam. Stat. An.* 1, 18. Granum papaveris, aut quotalibet pars grani ipsius.

R

RĂBIA, æ, f. Rabies. *Gloss. Paris.* Rabidis, rabia furentibus. *Gloss. Cyril.* Λύσσα, rabia, rabies. — *Servii* locum refert *Forcell.*, de quo dubitat. Italorum vocem *rabbia* hic jam deprehendas. Eodem modo dicuntur *Scabia, Macia, Pauperia, Planitia*, etc.

RACA vel RAGA, æ, f. Braca. *Cod. Theod.* 14, 10, 2. Intra urbem Romam nemo vel ragis vel tzangis utatur. Cf. *Cang.* v. RAGA.

RACANA vel RACHANA, æ, f. Raca, braca. *Ennod. Ep.* 9, 17. Lænam et racanam... mihi sub celeritate dirigite. *S. Greg. Ep.* 9, 75. Duas racanas, quas de labore vestro esse mandastis, libenter accepi. *Ibid.* 12, 16. Misimus lenas XV, racanas XXX, lectos XV. Cf. *Cang.*

RACCO vel RĀCO, as, are, n. Clamare ut tigres. *Auct. Philom.* 49. Tigrides indomitæ racant, rugiuntque leones. (Alii *rancant*, ut *Forcell.*, alii *raucant.*) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 78. Tigridum (proprietas est) rachare. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 570. Tigrides raccant. *Ms. Bibl. Imp.* n. 7643. Tygrides rachetra (*sic*).

RĂCĒMOR, aris, ari, d. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 506. Racemari, sparsas uvas colligere. — Quo verbo translate usus est *Varro*.

RACHANA. Vid. RACANA.

RACO. Vid. RACCO.

RĂDIĀLIS, e, adj. Qui ad radios pertinet. (Vox haud dubie latina est, quam in schedis meis exscripsi, sed omisso auctore et loco.)

RĀDĪCĀLĬTER, adv. Radicitus, medullitus. *Prosp. De Vit. contempl.* 3, 2. Necessitas corruptionis quæ in illo radicaliter fuit.

RĀDĪCO, as, are, n. Radicor. *Ambros.* seu *Pseudo-Ambr. Hymn.* Quæsita jamdudum fides Radicet imis sensibus. Cf. *Cang.*

RĀDĬFĬCO, as, are, n. Radicor. *Onomast. lat. gr.* Radifico, ῥιζοφυῶ.

RAGA, f. vid. RACA.

RĀMĀLIS, e, adj. Ad ramum pertinens. *Isid. Or.* 17, 7. Nos ramalem (picem) possumus dicere.

RANCEO, es, ere, n. *Gloss. Paris.* Rancet, rancidum est, τάγγει (l. ταγγίζει). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 563. Rancet, rancidum est. *Onomast. lat. gr.* Ranceo, ces, εὐρωτιάω. — Notum est participium *Rancens*.

RANCO. Vid. RACCO.

RĀNĬCŬLUS, i, m. Ranunculus. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 80. Rana, raniculus.

RĀPUNCŬLUS, i, m. Rapulum. *Onomast. lat. gr.* Rapulum, rapunculus, γογγυλίς.

RĀRĬTER, adv. Raro. *Schol.* ad *Juv.* 11, 206. Quidquid fit rariter, magis delectat.

RĀRO, as, are, n. Rarefacio. *Onomast. lat. gr.* Raro, as, μανόω.

RĀSĀMENTUM, i, n. Rasamen, rasura. *Onomast. lat. gr.* Rasamentum, ῥίνημα. || Quod raditur ex mensura. Cf. *Cang.*

RĀSIO, onis, f. Rasura. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 4. Non enim initio rasio capitis est adhibenda. *Ib.* 4, 7. Et *Thom.* p. 503. Cf. *Cang.*

RĀSOR, oris, m. Tonsor. *Onomast. lat. gr.* Rasores, κουρεῖς. Cf. *Cang.* — Translato sensu habet *Fest.*

RĀSŌRIUM, ii, n. Novacula (gall. *rasoir*). *Alcuin.* p. 1085. Superiores capitis partes rasorio renovamus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Larna, rasorium. *Thom.* p. 383. Novaculum (*sic*), rasorium. *Johan. de Jon.* in VV. NOVACULA et RASILIS. Cf. *Cang.* (Voca-

bulum prætermisissem, nisi jam *Alcuinum* auctorem haberet.)

RĀSŌRIUS, a, um, adj. Rasus. *Gloss. Isid.* Rallum, rasorium. *Gloss. Cyril.* Ξυστήρ, ralla, rallum, rallus, rasorium. *Onomast. lat. gr.* Rasorius, κουρικός.

RĂTIŌNĀBĬLIUS, adv. compar. *Prisc.* p. 861. Unde manifestum est quod rationabilius hoc secundum primam conjugationem protulit Virgilius. *Aug. De Peccat. Merit.* 1, 13. Multó enim rationabilius Adam dicitur imitator diaboli.

RĂTIŌNĀLE, is, n. Ornamentum magni sacerdotis apud Judæos. *Vulg. Exod.* 28, 28. Et stringatur rationale annulis suis. *Ibid.* sæpius. *Hier. Epist. critic.* (t. II, p. 581), *Ad Fabiolam.* Græce vocatur λόγιον, nos rationale possumus appellare.... Pannus est brevis ex auro et quatuor textus coloribus, hoc est iisdem quibus et superhumerale. Et vid. *Eucher.* sup. in v. LOGION. Cf. *Cang.*

RAUCESCO, is, ere, n. Raucus fio. *Isid. Or.* 12, 7. At ubi raucescit (gruis), succedit alia.

RAUCĬDŬLUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 449. Raucidulus, aliquantum raucus. Et *Johan. de Jan.* — Quæ vox igitur *Hieronymo* haud dubie asseratur.

RAUCO, as. Vid. RACCO.

RĀVĒ, adv. Rauce. *Gloss. Isid.* Ravit, rave (male ravie) loquitur. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 576. Ravit, rave (male pave) loquitur. *Gloss. Pith.* Ravit, rave (male rauce) loquitur. — Quid sit *rava vox*, notum vel est *Festo.*

REÆDĬFĬCO, as, are, a. Iterum ædifico (gall. *réédifier*). *Liv.* 5, 53. Quia piget reædificare, hæc dedecora pati parati estis? (Sic *Elzev.* et *Gronov.* Quod non spernendum. Sed *ædificare* habet *Drakenb.*) *Vulg. Matth.* 26, 61. Possum.... et post triduum reædificare illud (templum). *Ibid.* sæpius. *Isid. Or.* 7, 8. Nam et templum Domini iidem reædificaverunt. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 387. Reædificandi sumpsit animum. *Zeno Veron.* p. 198. Horrea diruit, et majora reædificat. || Translate. *Hier. Ep.* 2, 3, *Ad Sabinian.* Reædificantur omnes qui faciunt iniqua. *Tert. De Pudicit.* 14 et 20.—Vox in Lexicis hactenus non satis firmata.

REĂGO, is, ere, a. Iterum ago vel impello (unde gallicum *réagir*). *Avien. Arat.* 668. In pontum reagunt lucra semper hiantes. —Melius *Horat. Carm.* 1, 14, 1. O navis *referent* in mare te novi Fluctus.

REĀLIS, e, adj. Qui revera exsistit (*réel*). *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 501. Res.... Et inde Hic et hæc realis, et hoc reale. Et inde Realiter. Et *Victorin. philos.*, auctore *Maio, Nov. Coll.* t. III, p. XVIII. Vid. v. seq.

REĀLĬTER, adv. Reipsa (*réellement*). Vid. v. præced. *Cang.* unum exemplum refert, additque : « Passim occurrit apud Philosophos, ut et vox *Realis*, pro Reipsa exsistens; sed id notum est omnibus. » Quem locos citasse velim.

REAMPLIO, as, are, a. Amplio, augeo. *Cypr. De Laud. Martyr.*, *sub init.* Et majestas nominis reampliatur.

REAUDIOR, iris, iri, p. *Gloss. Plac.* p. 497. Resultare dicuntur vocum sonitus, id est reaudiri.

RĔBAPTIZĀTIO, onis, f. Secundus baptismus. *Aug. Ep.* 203, *Maximino.* Sed illo absente, quum diaconi rebaptizatio recens esse dicitur, etc. *S. Optat. De Schism. Donat.* 7, 4. Vos exterminatis in rebaptizatione suavitatem olei illius quod in nomine Christi confectum est. *Concil. Carthag.* an. 348. Universi episcopi dixerunt : Absit, absit : illicitas esse sancimus rebaptizationes.

RĔBELLIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 509. Rebellium, discordia. Cf. *Cang.* — Quo vocabulo usum esse *Livium*, quis ausit contendere?

RĒBĬLIS, e, adj. (reor). Cogitatus. *Gloss. Philox.* Rebile, οἰητόν.

REBRĂCHIĀTŌRIUM, ii, n. *Cassian. Cœnob. Instit.* 1, 6. Gestant autem resticulas duplices, laneo plexas subtemine, quas Græci ἀναβολάς, nos vero succinctoria, seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 4. Brachiola venustissimis supparis ambita. (Ubi glossa : Supparis, rebrachiatariis, leg. rebrachiatoriis.) Cf. *Cang.* — Ex his colligamus *rebrachiatorium* esse parvam partem vestitus virilis seu muliebris quæ humeris inducitur, ut apud nos *un petit collet, une guimpe.* Quem, inter alios,

sensum habet vox *supparum*, teste *Lucan.* 2, 363, de Marcia : Humerisque hærentia primis *Suppara* nudatos cingunt angusta lacertos. *Onomast. lat. gr.* Supparus, περιώμιον.

RĔCALCĀTUS vel RĔCULCĀTUS, a, um, part. Repetitus (interprete *Gothof.*). *Cod. Theod.* 16, 6, 4. In tantum sceleris progressi dicuntur ut baptisma, mysteriis recalcatis, temeritate noxia iterarent.

RĔCALVĀTIO, onis, f. Calvum occipitium. *Vulg. Levit.* 13, 42. Sin autem in calvitio sive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus.

RĔCĂPĪTŬLĀTIO, onis, f. Collectio (gall. *récapitulation*). *Hilar. In Ep. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 102). Recapitulatio evidenter dicitur multorum sensuum velox resumptio. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 24 (*in lemmate*). Recapitulatio generalis. *Interp. Iren.* 4, 1. Recapitulationem universæ legis faciens (Moyses). *Id.* 3, 31. *Isid. In Genes.* 3. Sequitur hinc recapitulatio universæ conditæ creaturæ. Cf. *Cang.*

RĔCEPTĀBĬLIS, e, adj. Qui recipit (*susceptible de*). *Ambr. Ep.* 6, 39. Quum aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile. Cf. *Cang.*

RĔCEPTIO, onis, f. Actus recipiendi vel accipiendi. *Alcim. Avit. fragm.* p. 188. Cui honorem suum etiam in Bonosiacorum receptione servantes. *Hilar. In Ep. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 124). Nulla tibi differentia est apud Deum secundum mercedum receptionem. Cf. *Cang.* — Hic sensus deest, qui primus est. *Cicero* sensum jurisconsultorum exhibet, *recel.*

RĔCEPTRIX, icis, f. Quæ recipit. *Ambr. De Vocat. Gent.* 2, 4. In illa arca universi generis animalium receptrice. *Id. In Luc.* 8, 17. Et anima quæ receptrix salutaris Verbi est. — Quæ dictio ex duobus solummodo *Tullii* locis nota, ubi peculiariter significat *une recéleuse.*

RĔCĬDUUS, a, um, adj. Recidivus, renovatus. *Tert. De Pudic.* 16. Ne quidquam de reciduo fruticare permittat (apostolus). *Gloss. Isid.* Recidua, ex ruinis renascentia. *Thom.* p. 100, exhibet adj. *Reciduus*, et barbarum verbum *Reciduo, as*, renovo. — *Reciduus* dictum videtur ut *deciduus, succiduus.*

RĔCĬPIEM, antique pro Recipiam. *Cato* ap. *Fest.* Recipiem, recipiam. (Sic certissime *Jos. Scalig.* pro vulgari *recipie*, omissa nempe lineola supra *e*. Quod patet ex similibus : *Attingem, Dicem, Faciem.*)

RĔCIPRŎCĒ, adv. Per reciprocationem, invertendo. *Prisc.* p. 1142. *Si ambulat, movetur.* In hoc non possumus reciproce dicere : *Si movetur, ambulat.* Adde *Gloss. Paris.* Reciproce, vicissim. — Unum exemplum affertur, idque dubium.

RECLĪNATIO, onis, f. Declinatio, fuga. *Ambr. De Bon. Mort.* c. 3. Nulla requies a perturbationibus, nulla a laboribus reclinatio.

RECLĪNO, as, are, n. Reclinor, jaceo. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 5. Item, nocturno tempore, quum reclinaret (regina) cum principe, etc.

RECLŪSIO, onis, f. Apertio. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 1. Vicinus oculus non valebit perfectam facere reclusionem, conducto inferiore palpebro.

RĔCOMMŎNEO, es, ere, a. Iterum commoneo. *Cassiod. In Apocal.* 4. Ad quam (caritatem) illum redire habita satisfactione recommonet.

RĔCOMPENSĀTIO, onis, f. Compensatio (gall. *compensation ; récompense*). *S. Greg. Ep.* 7, 17. Hac eos concessa prospeximus recompensationis prærogativa gaudere. *Bed. Vit. Cuthbert.* c. 37. Si cujuslibet muneribus digna recompensatione non respondisset. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 597. Velim et hoc sit quædam fessæ menti rata recompensationis portio. Cf. *Cang.*

RĔCOMPENSĀTOR, oris, m. Qui recompensat. *S. Greg. Ep.* 9, 55. Bonorum vestrorum omnipotens Deus recompensator exsistat. Cf. *Cang.*

RĔCOMPENSO, as, are, a. Compenso ; remuneror (gall. *compenser ; récompenser*). *S. Greg. Ep.* 2, 3, *Indict.* 11. Quos (solidos) ille, credo, disponit pro monasterii debito recompensari. *Ibid.* 5, 17. Ejus vobis vicem generis humani Conditor ac Redemptor, inter plurima bona quæ agitis, recompenset. *Ibid.* 12, 17 et 30. *Mythogr. pr.* t. III, p. 140. Si quidem virtutis successu enitenti recompensaturus (Meleager) pellem monstri illius, etc. *Bed. Mund.*

Constit. t. I, p. 391. Tantam circuli latitudinem recompensat impetus. *Thom.* p. 509. Recompensare, reddere. Cf. *Cang.*

RĔCONCĒDO, is, ere, a. Invicem concedo. *Gloss. Cyril.* Ἀντιπαραχωρῶ, reconcedo. Cf. *Cang.*

RĔCONCĬLĬTAS, atis, f. Reconciliatio. *Gloss. Cyril.* Διαλλαγὴ φιλίας, reconcilitas. (In præcedenti lemmate legitur : Reconciliatio, concilitas.)

RĔCONDĬTŌRIUM, ii, n. Apotheca. *Isid. Or.* 15, 5. Horrea a græco, verbum ex verbo, repositoria vel reconditoria dici possunt. Cf. *Cang.*

RĔCONTEXTIO, onis, f. Nova contextio. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 375. Partium ejus (mundi) recontextio. *Ib.* p. 393. Elementa mutantur de statu in statum per contextionem et recontextionem sui.

RĔCONTĬNEO, es, ere, a. Contineo. *Interp. Iren.* 2, 1. Oportet.... alios omnes a foris ab alterutro quodammodo recontineri.

RĔCONTRACTIO, onis, f. Nova contractio. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 375. Rursus per recontractionem terra diluitur in aquam.

RECONTRANS, tis, part. Reluctans, rebellans. *Tert. Ad Nat.* 2, 8. Gens (Ægyptia) rixosa, suis regibus recontrans. — Addita præpositione *in*, finxerunt et verbum *Reincontro*, unde nos *rencontrer*.

RĔCONVĂLESCO, is, ere, n. Convalesco. *Ennod. Carm.* 1, 10. Ut viva dulci funere Reconvalescant corpora. — *Reconvalui* est ap. *Cang.*

RECRASTĬNĀTIO, onis, f. Procrastinatio. *Gloss. Cyril.* Μέλλησις, procrastinatio, recrastinatio, cunctatio. *Gloss. arab. lat.* Recrastinatio, comperendinatio. Cf. *Cang.*

RĔCREĀBĬLIS, e, adj. Qui recreat, jucundus. *Cassiod. Var.* 11, 14. Ut et animus recreabili delectatione satietur. *Ven. Fort.* 5, *Procem.* Felici propulsa flatu recreabilis opinionis vestræ nostras aures aura demulsit.

RECRĔMO, as, are, a. Iterum cremo. *Ven. Fort.* 9, 2, 134. Nec paleas generas, frumenta sed integra gignis, Nec recremanda focis. *Gloss. Cyril.* Ἐγκαυστόν, recremandum. *Ibid.* Καίομαι, ardeo, conflagro, recremo (imo recremor).

RECRŬCĬFĪGO, is, ere, a. Iterum crucifigo. *Hier. In Epist. ad Galat.* cap. 5. Unum verbum compositum in græco est, ἀνασταυροῦντες, quod nos interpretari possumus recrucifigentes.

RECTIANGŬLUS, a, um, adj. *Boet. De Divis.* p. 644. Triangulorum alia sunt rectiangula, alia acutos habentia tres angulos. *Id. Geom.* 1, p. 1491. Rhombus vero est quod æquilaterum quidem est, sed rectiangulum non est. *Id.* p. 1506, 1507 et 1508, et passim. (Noster semper scribit *rectiangulus*. Etiam *Rectiangulum* ap. *Isid. Or.* 3, 12, ex optt. codd. exhibet *Lindem.*, quanquam vulgo *rectangulum*. Hinc nos dicimus *rectangle*.)

RECTĬFĬCO, as, are, a. Corrigo (unde gall. *rectifier*). *Cypr. De Singul. Cleric.*, *post med.* Cupidinem domat, mentemque rectificat. *Gloss. Cyril.* Ὀρθοτομῶ, rectificatio (l. rectifico), recte tracto. (Duo lemmata in unum confusa suspicor, ut sit alterum : Ὀρθότης, rectificacio. Alii autem leg. *rectifacio*, pro *rectificacio* : sic in recente *Cangii* editione.) Cf. *Cang.*

RECTĬLĪNEUS, a, um, adj. Qui rectas lineas habet (gall. *rectiligne*). *Boet. Geom.* 1, p. 1488. Tunc rectilineus angulus nominatur. *Ib.* p. 1489. Rectilineæ figuræ.

RĔCŬBĀTŌRIUM, ii, n. Scabellum. *Ven. Fort.* 5, *Procem.* Vel pedum vestrorum recubatorium faciens.

RĔCŬBĀVI, perf. pro Recubui. *Isid. Or.* 14, 4. Amplexus est sedem ubi recubaverat (bos).

RĔCŬBĬTUS, us, m. Lectus, torus. *Vulg. Matth.* 23, 6. Amant autem primos recubitus in mensis. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 23. Ac de recubitu ablatus, mortuus sepulturæ mandatus est. *Ib.* 3, 30. In recubitu ab inimicis gladio percussus interiit. *Bed. In Cantic. Cant.* (t. IV, p. 1015). Quoadusque rex in recubitu suo est. — Hunc sensum, qui primus est, omittunt, et unum vocabuli exemplum citant.

RĔCURSUS, a, um, part. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 8. Hora noctis recursa, cum paucis pergens, etc.

RĔDACTIO, onis, f. Conversio (gall. *réduction*). *Boet. Arithm.* 2, 29, p. 1351. Est proportionalitas collectio proportionum in unumque redactio.

RĔDÆQUO, as, are, a. Æquo. *Gloss. Cyril.* Ἀντισῶ, redæquo.

RĔDĂMĀTUS, a, um, part. *Ambr. In Luc.* 7, 9. Plurimum diligens, et ideo redamatus plurimum.

RĔDAMNO, as, are, a. Contra damno. *Theod. Prisc.* 2, 2, 5. Aliquando rursus suam sententiam redamnantes.

RĔDĂMO, as, are; a. Invicem amo. *Cic. Amic.* 14. Qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare possit. (« Ex his patet, ait *Forcell.*, hoc verbum *Ciceroni* minime probum videri, vel tunc temporis inusitatum fuisse. » Notandum fuit vocem apud seriores invaluisse.) *Paul. Nol.* 11, 43. Et paribus semper redamandi legibus æqua (amicitia). *Ambr. In Luc.* 5, 6. Si enim commune sit omnibus etiam pectoribus redamare. *Prosp. De Ingr.* 3, 197. Quo redametur, amans. *Aug.*, citante *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 1. Redamare amantem. *Ennod. Ep.* 4, 2. Bajulus tamen precor ut, pro his quæ tribuit, redametur. *Gloss. vet. S. Genov.* Redamatur, mutuo diligitur.

RĔDANDRUO, as, are, n. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Redandruare, gratiam referre. *Gloss. Paris.* Redandruare (male Redrandare), gratiam referre. *Gloss. vet. S. Genov.* Redamtruo (male Remantuo), amantem diligo. (Cf. *Fest.* in v. REDANTRUARE.) — Equidem suspicor vetustissimum vocabulum a Germanis etiamnunc servari, *ander*. Unde *redandruare* sit *alternare*, alternis facere.

RĔDARGŪTIO, onis, f. Reprehensio. *Vulg. Psalm.* 37, 15. Non habens in ore suo redargutiones. *Ib. A. Ap.* 19, 27. ‖ Argumentum quod redarguit. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 8, p. 740. Redargutio est syllogismus contradictionis. (Vox apud Nostrum frequentissima : cf. p. 733, 735, 736, 743, 744, 745, etc.)

RĔDDĬTUS, us, m. Reditus, gall. *un revenu.* (Frequens apud seriores mendum, qui nomen a v. *reddere* deducebant, non intelligentes Reditum posse aliud esse ac Reversionem.) *Cassiod. Var.* 1, 25. Portum Lucini deputatis redditibus reparari jussio nostra constituit. *S. Greg. Ep.* 11, 51. Ut de redditibus ecclesiæ quartam in integro portionem clericis.... præbere debeas. *Ibid.* 12, 30. Aut illic de pensione redituum ejus tibi satisfacito, aut si certe ipsi redditus minime ad recompensandum sufficiunt, etc. *Ibid.* sæpius. *Thom.* p. 163. Reddo, is; unde Redditus, a, um, et hic Redditus, us. *Cang.* (v. REDITUS), citatis *Spartian.* et *Digest.*, addit : « Scripti codd. *redditus* interdum habent. » *Chartul. S. German. Paris.* ap. *Cang.* (v. CELLERARIUS) : « Redditus qui debetur cellerariis regis. » (Et ipse in manuscriptis medii ævi plerumque *redditus* scriptum vidi.) — Gallicum quoddam nomen, *rendement*, recentissime fictum, voci *redditus* apta esse possit interpretatio.

RĔDEMPTO, as, are, a. Freq. a v. Redimo. *Onomast. lat. gr.* Redempto, λυτροῦμαι. — A *Forcell.* citatur *Tac. Hist.* 3, 34. A propinquis affinibusque occulte redemptabantur. (Sic vulgo, et *Burnouf.* Alii tamen *redimebantur.*)

RĔDIET, fut. pro Redibit. *Ennod. Diction.* 9. Ad pœnitentiam rediet quidquid contempta lucis expetiit. *Vulg. Levit.* 25, 10. Unusquisque rediet ad familiam pristinam. — Cf. EXIES.

RĔDĬMIÆ, arum, f. pl. *Gloss. Isid.* Redimiæ, res a prædonibus redemptæ. *Gloss. Placid.* p. 498. Redimiæ, res quæ redimuntur a prædonibus. *Gloss. Cyrill.* Λύτρα, redimiæ.

RĔDINSERTO, as, are, a. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 576. Redinsertare, denuo inserere. Redinsertavit, denuo inseruit. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 543, et *Gloss. Paris.* Redinsertavit, denuo inseruit. Et *Thom.* p. 506. (Ex his patet, præteritum *redinsertavit* occurrisse in aliquo vetere scriptore, quod grammatici certatim exponerent.) — Perperam in *Glossar. Cang.* scribitur *redinsserare.*

RĔDĬTO, as, are, n. Redeo. *Gloss. Cyrill.* Προσοδεύομαι, redito. *Onomast. lat. gr.* Redito, ἐπαναστρέφω. *Thom.* p. 508. Reditare, sæpius redire. Cf. *Cang.*

RĔDĬVĪVĀTIO, onis, f. Reformatio; recreatio. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Flores fructusque arborum et herbarum redivivatione reformat (natura).

RĔDŎLENTIOR, us, adj. compar. *Aug. De Morib. Manich.* c. 16. Nec ad pervertendum-

dos sensus redolentius (vinum), sed ad vegetandum corpus utilius.

RĔDŎPĔRIO, is, ire, a. Retego. *Ambr. De Noe et Arca*, 20. Et speciem voluptatis, quæ quodam operimento ceteras tegebat partes, redoperuit ac retexit. *Thom.* p. 509. Redoperire, aperire. *Id.* p. 408. Redopertus. Cf. *Cang.*

RĔDŎRIOR, iris, iri, d. Renascor. *Onomast. lat. gr.* Redorior, ἀνάρχομαι.

RĔDUPLĬCĀTIO, onis, f. Repetitio (gall. *réduplication*). *Boet. Arist. Anal.* 1, 38, p. 497. Ad extremum reduplicationem ponendam.

REEXSPECTO, as, are, n. Iterum exspecto. *Vulg. Isai.* 28, 10. Manda, remanda; exspecta, reexspecta.

RĔFECTŌRIUS, a, um, adj. Qui reficit (corpus). Vid. *Ambros.* in v. EPULATORIUS.

RĔFĔRENDUS, i, m. Qui in album curiæ a principe referebatur. *Cassiod. Var.* 1, 41. Quæ circa referendos curiæ priscus ordo designavit. *Ib.* 3, 33; 4, 25.

RĔFĬGŪRO, as, are, a. Iterum figuro. *Vulg. Sapient.* 19, 6. Omnis creatura ad suum genus ab initio refigurabatur.

RĔFLĀBĬLIS, e, adj. Qui, postquam pressus est, iterum tumet. *Zeno Veron.* p. 367. Delicate tumentis ac reflabilis tori plumeo sepulchro superba (scil. caro). — Ignotus perrari vocabuli sensus.

RĔFLAGRO, as, are, n. Iterum flagro. *Gloss. Paris.* Reflagravit, revixit. (De igne dictum puto.)

RĔFLAMMO, as, are, a. Redaccendo. *Non.* p. 440. Quasi quod exstinguitur, possit reflammari; quod opprimitur, non queat.

REFLŌRĀTIO, onis, f. *Gloss. Paris.* Delibatio, refloratio. *Ibid.* Refloratio, delibatio. *Gloss. Hildeb.* Refloratio, delibatio. (*Ibid.* jam sup. in v. *Delibato*, l. *Delibatio.*) Et *Gloss. Pap.*

RĔFLŌREO, es, ui, ere, n. Refloresco (translate). *Ferrand.* ap. *Mai. Nov. Collect.* t. III, p. 169. Exsultet animus, refloreat corpus. — Gallice *refleurir*.

REFLUCTUO, as, are, n. Retro fluctuo. *Isid. Or.* 13, 20. Motus, et corpus illud quod refluctuat. (Scil. de mari reciproco.)

RĔFŎCILLĀTUS, a, um, part. *Hier. Vit. Malchi* (t. IV, p. 95). Quibus adscensis (camelis), et nova sitarchia, id est annona, refocillati. (*Id est annona* glossam sapit.) — Duo exempla incerta referebantur.

REFRACTIO, onis, f. Conversio (gall. *réciprocité*). *Boet. De Syllog.* 2, p. 595. Syllogismi qui κατὰ ἀνάκλασιν vocantur, id est per refractionem quamdam conversionemque propositionis. — Perraræ vocis translatus sensus.

REFRACTĪVA verba, n. pl. Suipassa vel a se patientia (*réfléchis*). *Prisc.* p. 1093.

REFRACTUS, us, m. Refractio. *Incert. in Anal. gramm.* p. 437.

REFRĀGIUM, ii, n. Refragatio. *Ambr. In Psalm.* 35. Luctando corona quæritur, non reluctandŏ; studio, non refragio comparatur. (*Refragium* facit cum contrario *suffragium*.)

REFRICTIO, onis, f. Perfrictio. *Gloss. Cyril.* Περίψυξις, refrictio.

REFRICTUS, a, um, part. a Refringo. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 493. Mente hebes, ore putris, lacerus pede, voce refrictus (de leproso). — Sic etiam ed. Romana. Sed nemo vocabulum explicat. Lego *refractus*, quod valet *fractus*. Cf. ap. *Stat. Silv.* 2, 1, 123. Refringere verba.

REFRONTO, as, are, a. *Gloss. Isid.* Refrontat, repellit a capite. (Scil. capillos.) *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Refrontat, a fronte repellit.

RĔFŪGO, as, are, a. Fugo. *Hier. Exposit. in Epist. ad Philemon.* (t. IV, p. 442). Et asserere, a se refugari Spiritum sanctum, si corpusculi paulisper necessitatibus serviamus.

RĔFUNGOR, eris, i, d. Perfungor. *Gloss. Cyril.* Ἀπολειτουργῶ, refungor.

RĔFŪTĀBĬLIS, e, adj. Rejiciendus. *Ambr. In Luc.* 8, 18. Relinquitur autem seminator zizaniorum, ex quibus refutabilis similago conficitur. — Exstat gallica vox, translato sensu, si non in Lexicis, saltem in usu, *réfutable*.

REGA, æ, f. Modus agri apud Aquitanos. *Chart. Cornet.* ap. *Mabill. Diplom.* p. 462. Quæ sepis descendit per regam. Cf. *Cang.* || Riga. Quod vide.

RĒGĀLIUS, adv. compar. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 7. Postea vero regalius et competentius initiabatur.

RĔGĔLĀTUS, a, um, part. Dissolutus (*fondu*). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 576. Regelatum plumbum, id est liquefactum. Et *Gloss. Pap.* — *Regelata* recte legitur ap. *Mart.* 11, 8, quanquam vett. edd. exhibent *relegata*, sensu et metro juxta reclamantibus.

RĔGENDĀRIUS, ii, m. Qui scripta regerit seu in codicem refert. *Cassiod. Var.* 11, 29. Hinc est quod Cartherium regendarii locum feliciter obtinere censemus. (Ibi formula inscribitur *De Regendario.*) Cf. *Cang.*

RĔGESTŌRIUM, ii, n. Thesaurus. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 11. Regestoria reserant, promptuaria exspoliant. Cf. *Cang.*

RĔGĬMŌNIUM, ii, n. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 576; et *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. arab. lat.* Regimonium, regimen. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Regimonium, gubernationem. Cf. *Cang.*

RĔGIŌNĀRIUS, ii, m. Gromaticus, finitor. *Auct. De Colon.* in *Gromat. vet.* p. 355, ed. *Gœs.* Cassium oppidum regionarii diviserunt. (Aliter *Lachmann.* p. 232. Casinum oppidum milites legionarii deduxerunt.) || Diaconus vel subdiaconus qui, absente pontifice, quædam munera obibat. *S. Greg. Ep.* 7, 5. Maxime vitam ejus, Johanne regionario remeante, cognovimus. *Ibid.* 7, 118, *Indict.* 2. Et *Thom.* p. 505. — Videndus *Cang.*, qui de variis *Regionariis* tractat.

RĔGISTRUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 494. Registrum, liber quidam ex cujus dictis regitur ecclesia. Cf. *Johan. de Jan.*, et *Cang.* in v. REGESTUM. — Inde gall. *registre*.

REGNĀTRIX, icis, f. Quæ regnat (translate). *Poet.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 170. Dant regnatricem flumina sancta fidem. — Unum dictionis exemplum habemus, qua *Tacitus* usus est proprio sensu.

REGRĂDO, as, are, a. De gradu dejicio. *Gloss. Cyril.* Καταβιβάζω, regrado. || Translate (gall. *dégrader*). *Novel. Theod.*, *tit.* 21, 1. Verberandi regradandive senatores licentiam denegamus. — Non desunt exempla participii *Regradatus*.

RĒGŬLĀRIS, e, adj. Ad regulam pertinens (translate). *Ennod. Apol. pro Synod.* p. 344. Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 100. Recurre ad paginam regularem. *Id. ibid.* p. 163. Adde unum (cyclum) regularem. *Onomast. lat. gr.* Regularis, κανονικός. Cf. *Cang.* — Lexica nihil habent nisi *æs regulare* ex *Plinio*.

RĒGŬLO, as, are, a. Exigo ad regulam, compono, ordino (gall. *régler*). *Onomast. lat. gr.* Regulo, κανονίζω. *Gloss. Cyril.* Κανονίζω, regulo (male regulor). *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 202. Sic regulatur dominicus dies festi paschalis. Cf. *Cang.* — Unum exemplum affertur ex *Cœl. Aurel.*

REILLŪMĬNO, as, are, a. Iterum illumino. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 382. Et tunc reilluminabitur (luna) ab illo (sole). *Ib.* p. 395. Reilluminata vero ratione.

REINCORPŎRO, as, are, a. Iterum incorporo. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 393. Quod animæ, solutæ a corpore, velint, debeant et possint reincorporari. *Ibid.* Necesse est reincorporentur. — Succurrit Virgilianum illud, *Æn.* VI, 751. Rursus et incipiant in corpora velle reverti.

REINTEGRĀTIO, onis, f. Integratio (gall. *réintégration*). *Charis.* p. 98 (citans *Terentium, And.* 3, 3, 23). Amantium iræ, amoris reintegratio est. (Variant codd. inter *reintegratio, redintegratio, integratio.* Hoc fere editi habent. Quæ sit vera lectio, huc non attinet.) *Interp. Iren.* 5, p. 300. Reintegrationem et adunitionem trium precari. *Gloss. Cyril.* Ἡ εἰς ὁλόκληρον ἔξοδος, in integrum restitutio, reintegratio. Cf. *Cang.*

REINTEGRĀTUS, a, um, part. *Alc. Avit. Ep.* 31. Reintegratæ pacis nuntium. *Hormisd. Epist.* ap. *Alcim. Avit.* p. 146. Reintegratæ unitatis gaudia.

REINTEGRO, as, are, a. Redintegro (gall. *réintégrer*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 287. Integro, reintegro. Cf. *Cang.* — Vocem loco suo scribit *Forcell.*, sed nullo exemplo confirmat.

REINVĪTO, as, are, a. Rursus invito. *Vulg. Luc.* 14, 12. Noli vocare amicos tuos divites, ne forte et ipsi te reinvitent.

RĔJĂCEO, es, ere, n. Retro jaceo; etiamnum maneo. *S. Greg. Ep.* 3, 24. Vastandarum rerum debilium, quæ illic rejacent, præbeatur occasio. *Ibid.* 7, 13. Cujus parte aliqua restituta, partem apud eum asserit remanere. *Ib.* 7, 25. Si qua ex eis scripta

in ecclesiæ vestræ scrinio rejacent. *Ib.* 12, 12. — *Cang.* quidem exempla citat, sed ex *Chart.* anni 994, et recentiora.

RĔJECTITIUS, a, um, adj. Qui rejicitur. *Gloss. Cyril.* Ἀποβολιμαῖος, rejectitius.

RĔJŬVĔNESCO, is, ere, n. Repuerasco (gall. *rajeunir*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 506. Repuerascere, rejuveniscere (*sic*). *Cangius* : « *Schol.* in *Mart. Capel.* ap. *Maium* in *Glossario novo*, *lib.* 1. Phœbus sive sol, puer imberbis depingitur, quia quotidie rejuvenescit. *Infra* : Tempus singulis annis senescit hieme, rejuvenescit vere. » Cf. *Johan. de Jan.*

RĔLAPSIO, onis, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 300. Relabor, unde Relapsus et Relapsio.

RĔLAPSUS, a, um, part. *Ambr. De Cain et Abel*, 1, 2. Non ergo, tanquam relapsus in terram deprehenditur corporis solutione. Vid. v. præced.

RĔLĂVO, as et is, a. *Prisc.* p. 1296. Excipiuntur *relavo* et *revivo*, quæ in præterito sic exeunt : *relavi*, *revixi*. Sequuntur etiam regulam superiorem. Excipitur *relavo*, quod in præterito perfecto et plusquamperfecto, et in uno futuro conjunctivi modi disyllabam *la* longam habet, in ceteris vero temporibus breviatur : *relavi*, *relaveram*, *relavero*. — Vocem scribit *Forcell.*, sed *Lucretii* exemplum vanum est.

RĔLAXĀTIO, onis, f. Emissio captivi (gall. *relaxation*). *Prosp. In Psalm.* 111. Prophetare cœperunt ea quæ ad relaxationem captivitatis pertinerent. — Qui sensus Lexicis ignotus.

RĔLEO, es, ere, a. Deleo. *Prisc.* p. 664. Sunt quædam quorum simplicia in usu frequenti non sunt, ut *defenso*, *repleo*, *compleo*, *deleo*, *releo*, etc. Cf. *Cang.*

RĔLICTIO, onis, f. Derelictio. *Prisc.* p. 1279. Relinquo.... Nomen verbale Relictor et Relictrix ; ipsa res Relictio : potest tamen et Relictus dici, sed quartæ declinationis. Cf. *Cang.* — Hæc ideo referre placuit quod locos Ciceronis variis lectionibus vexant : recte edidit *Orell.*

RĔLICTOR, oris, m., et RĔLICTRIX, icis, f. Qui vel Quæ relinquit. Vid. v. præced.

RĔLINQUŌSUS, a, um, adj. Qui relinquit vel omittit. *Non.* p. 432. Religiosi, quasi, relinquosi omnium ceterorum, sacrificiis deserviant.

RĔLĬQUĀRIUM, ii, n. Reliquatum. *Gloss. Cyril.* Ἔλλιμμα (l. Ἔλλειμμα), reliqua, reliquarium. *Ibid.* Λοιπαδάριον, reliquarium. *Ib.* Λοιπά, reliqua, reliquarium (male reliquarum.) *Gloss. Philox.* Reliquarium, ἔκθεσις λοιπάδος.

RĔLĬQUĀTUS, a, um. Reliquus. *Apollin.* ap. *Alcim. Avit. Ep.* 11. Illico sum reliquati fœnoris recordatus.

RĔLUCTĀTIO, onis, f. Obluctatio. *Cod. Theod.* 12, 1, 179. Si quis de reddendis ac jungendis eligendisve curialibus vocem reluctationis objecerit. *Gloss. Plac.* p. 497. Resultatio, id est reluctatio quæ renititur et contra contendit.

RĔLUO, is, ere, a. Relavo. *Licin. Macer* ap. *Non.* p. 52. Nequaquam sui lavandi reluant arma lue. (Sed locus obscurus nec satis sanus.) *Onomast. lat. gr.* Reluo, is, ἀνανίπτω. — Unum exemplum profertur translato sensu.

RĔMASCŬLĀTUS, a, um, part. *Gloss. Isid.* Remasculata, virili virtute resumpta. Item *Gloss. Paris.*, nisi quod perperam habet *Remascellata*, ut *Gloss. Pap.*

RĔMĒDIĀBĬLIS, e, adj. Qui remedium affert. *Cassiod. Var.* 3, 14. Et remediabile bonum est in peccatum, accelerata correctio. (Sic omnes.) *Id. De Anim.* 5. Contra adversa vel prospera remediabilis opponitur fortitudo. (Ed. Benedict. *remedialis.*) *Ib.* 12. Pœna facta est æterna requies, passio remediabilis, mors fidelium salutis introitus. (Et hic ed. Bened. *remedialis.*) — An ea vox a *Seneca* scripta fuerit, jure dubitatur. (Recte quidem adjectivum *remédiable* scripsit philosophus noster *Charron*, quum oppositum *irremédiable* pervulgatum sit.

RĔMĔMŎRĀTIO, onis, f. Memoratio. *Vulg. Psalm.* 37, 1. Psalmus David in rememorationem sabbati. Et *Arn. In Psalm.* 69. Cf. *Cang.* — Vox tantum non omissa.

RĔMĔMŎROR, aris, ari, d. Recordor (gall. *se remémorer*). *Vulg. Hebr.* 10, 32. Rememoramini autem pristinos dies. *Ib. Psalm.* 77, 35. *Isid. Or.* 11, 1. Voluit enim eos natura uterum maternum rememorari. Cf. *Cang.*

RĔMENDO, as, are, a. Emendo. *Onomast. lat. gr.* Remendo, as, ἀνορθόω.

RĔMENSŪRO, as, are, a. Iterum mensuro. *Latin. et Mysront.* in *Grom. vet.* p. 348. Et (Augustus) omnem terram suis temporibus fecit remensurari. Cf. *Cang.*

RĔMĒTIO, is, ire, a. Remetior. *Vulg. Matth.* 7, 2. In qua mensura mensi fueritis, remetietur.

RĔMĔTO, as, are, n. Remeo, redeo. *Enn.* ap. *Fest.* Desunt rivos, camposque remetant. (Vulgo *remant*, barbare. Locum emendat *Jos. Scalig.* Destituant rivos camposque revitant. *Dacer.* Camposque remanant. Sed *remeto,* antique, ut *Commeto, as.*)

RĔMĬGĀTOR, oris, m. *Gloss. Paris.* Remex (male Remes), remigator. Et *Thom.* p. 494. Remigo, as; unde Remigator, Remigatio.

RĔMISSOR, oris, m. Qui remittit (peccata). *Ambr. In Psalm.* 39. Cessavit oblatio pro peccato, quia peccatorum remissor advenerat. *Inscr. Grut.* p. 1167. Moxque (*sic*) vobis tribuet veniam pius ille remissor.

RĔMĪTUS, a, um, adj. Remis instructus. *Boet. In Arist. Prædicam.* 2, p. 161. Remita navis. *Ib.* p. 162. Remita res.

RĔMULCO, as, are, a. Remulco traho. *Non.* p. 57. Remulcare dictum quasi molli et leni tractu ad progressum mulcere. (Hoc remanet, quamvis de loco cit. *Sisennæ* dubites.) *Onomast. lat. gr.* Remulculo (*sic*), νεωλκῶ. *Thom.* p. 494. Remulco, as, navem deducere ad littus; et inde Remulcator, et Remulcatus, et Remulcatio.

RĔMŪNĔRĀTUS, a, um, part. Præmio ornatus. *Alcim. Avit. Ep.* 75. Ut vos bonis omnibus remuneratos extollat (Redemptor). *Prosp. De Vit. contempl.* 1, 3. Ut jam nec remuneratis præmium finiat, nec damnatis supplicium. *Cassiod. Var.* 2, 15. Ama quæ in te remunerata cognoscis. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 18. Abbate remunerato. — Quam vocem frustra addidit *Bailey*, quum in loco *Gellii*, 18, 13, verbum *remuneratus sit* (*sophisma*) activum sensum obtineat.

RĔNĀTO, as, are, n. Iterum nato. *Jornand. De Reb. Get.* 16. Aut certe, semel voratum (vas), undis respuentibus renatare.

RĔNĪTENS, tis, part. Vid. v. seq.

RĔNĪTEO, es, ere, n. Niteo. *Ambr. De Fide,* 2, *Præf.* Bona ergo fides, cum pulchro operum renitet ornatu. *Prisc. Perieg.* 258. Purior at soli renitet nudatus ab undis. *S. Greg. Ep.* 2, 38, *Indict.* 11. Pretiosissimis lapidibus in diademate Christi merito renitentibus. *Ambr. Ep.* 5, 31. Pastorales casas auro degeneri renitentes. Adde *Thom.* p. 372. — Vocem nunc habet Lexic. *Forcell.* a *Furlan.* additam; nihil autem novit nisi *Not. Tir.* Quæ omissa in *Glossar. Cang.*

RĔNORMO, as, are, a. Iterum ad normam exigo. *Nips.* in *Grom. vet.* p. 288. Ad hunc unum auctum renormabis pedes XXI.

RĒNŌSUS, a, um, adj. Nephriticus. *Gloss. Cyril.* Νεφριτικός, renosus. *Gloss. Philox.* p. 187. Rienosus (*sic*), νεφριτικός. (Nempe dictum est *Rien* apud seriores.) *Ibid.* p. 184. *Renitiosus,* corrupte.

RĔNŎVELLO, as, are, a. Renovo (gallice *renouveler*). *S. Optat.* 1, p. 22. Iterum hoc modo renovellatæ sunt partes. *Id.* 2, p. 110. Dum hominum esset renovellata nativitas. — Dictum a *Colum.* de vinea.

RĔNŬMĔRĀTIO, onis, f. Repetitio. *Cassiod. Instit. lib. Litt.* 2. Quæ græce ἀνακεφαλαίωσις, et quibusdam Latinorum renumeratio.

RĒNUNCŬLUS, i, m. Dimin. a Renes. *Vulg. Levit.* 3, 4. Offerent reticulum jecoris cum renunculis. *Ibid.* alias.

RĔPĂRĀMEN, inis, n. Reparatio. *Onomast. lat. gr.* Reparamen, ἐπισκευασία. Cf. *Cang.*

RĔPAUSĀTIO, onis, f. Pausa. *Cassiod. Instit. lib. Litt.* 1. Positura sive distinctio est moderatæ pronuntiationis apta repausatio. || Quies, somnus (*repos*). Cf. *Cang.*

RĔPAUSO, as, are, a. Otium do, refocillo, curo. *Cassian. Coll. Patr.* 18, 14. Dari inquit (femina), mihi aliquam de sororibus quam repausem.... Tandem dedisti mihi quam repausem. — Sæpius verbum neutraliter usurpatur, ut *Pausare*; sed de sensu non dubitandum, quum sit eodem loco *dari quam reficerem....* Et ibid. « Precabatur ut aliquam sibi alendam viduam daret. » Utrumque sensum agnoscit *Cang.*, qui activum vertit : Quietem dare, laudatque *Vit. S. Basilisci* : « Me repausat dominus Christus. » Nec male græcum [illegible]

latine comparat. Et quidem cum hac verbi significatione fecit participium *Pausatus*. Inde fluxit nostrum v. *Reposer*, quamvis multi ad latinum *Reponere, repositus* statim respiciant.

RĔPĔDĀTUS, a, um, part. Repetitus. *Capel.* 9, p. 312. Si prius ingratæ mortalitatis commoda repedata recenseam.

RĔPENSIO, onis, f. Compensatio. *Ennod. Ep.* 9, 30. Et hæc quidem (tributa) cœlesti præparantur pro hac repensione suffragio. Cf. *Cang.*

RĔPENSOR, oris, m. Qui rependit. *Ennod. Epist.* 9, 29. Vestræ gratiæ repensorem.

RĔPENTIM, adv. Vid. v. seq. (Et conf. *Cang.*)

RĔPENTĪNĒ, adv. *Gloss. Cyril.* Ἀφνω, repente, repentim, repentine. — Unum citant *Lactantii* locum, cum var. lect. *repentino*.

RĔPERTIO, onis, f. Inventio. *Mythog. prim.* t. III, p. 94. Nihil aliud in vita sua, nisi huic repertioni, Endymion studuit.

REPIGRO, as, are, a. Retardo. *Zeno Veron.* p. 421. Suos ut repigret (sol) cursus. — Passivum exhibet *Apul.*

REPLĀCO, as, are, a. Placo. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 543, et *Gloss. Paris.* Remulceus, replacabis.

REPLĒTĪVUS, a, um, adj. Completivus (*explétif*). *Prisc.* p. 1023. *Tandem*... pro conjunctione repletiva invenitur. *Id.* p. 1033 et 1070 et 1169.

REPLUM, i, n. Vestimentum quoddam muliebre. *Gloss. Isid.* Replum, species muliebris. (Dicere usus nos: *un article de femme*. Ubi *Vulcan.* et *Voss.* conj. *Peplum*, repugnante *Martinio.*) *Gloss. S. German.* Replum, quod replet. Replum, species mulieris, ne peplum facere debuisset. (Idem fere in *Cod. Reg.* 7613, teste *Cang.*)

RĔPORTĀTIO, onis, f. Actus reportandi. *Aug. De Gest. Pelag.* 5. Et ab inimicis victoriarum reportatio. Cf. *Cang.* — Vocem omnes omittunt. Unus *Bailey* ait hanc in Jurisconsultis reperiri, nullo indicato loco.

RĔPŌSĬTIO, onis, f. Actus reponendi (*remise en place*). *Nips.* in *Gromat. vet.* p. 286, in lemmate. Limitis repositio. *Ibid.* p. 288. Si repositionem, etc. — Hic sensus, qui primus est, deerat.

RĔPŌSĬTŌRIUS, a, um, adj. In quo res reponuntur. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 146. Capsella et Capsula, cista repositoria. *Gloss. Pap.* Vasa repositoria.

RĔPRÆSTO, as, are, a. Repræsento, præbeo. *Paul. Jct. Dig.* 19, 1, 47. Si non integras (materias) repræstaverit intra statuta tempora, etc. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 543. Redhibere, repræstare, reddere. — Haud dubie verbum serioris ævi fuit. De quo *Forcell.* nihil affirmat. Cf. *Cang.*

RĔPREHENSĬBILIOR, us, adj. compar. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 3. Ut et in eo, in quo laudabilis fore crederetur, ibi reprehensibilior judicaretur.

RĔPREHENSĬBĬLĬTER, adv. Vituperabiliter. *Alc. Avit. Ep.* 9. Ne videatur facultas in eo sacerdotalis officii reprehensibiliter minorata. *S. Greg. Ep.* 12, 32. Si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident. Cf. *Cang.*

RĔPRŌMISSOR, oris, m. Qui repromittit. *Vulg. Eccli.* 29, 21. Repromissorem fugit peccator.

REPTĬBĬLIS, e, adj. Reptilis. *Boet. In Cic. Topic.* 3, p. 805. Ad ambulatile (genus), reptibile, volatile... pertinet.

REPTUS, i, m. Reno (gall. *gilet rond*, *veste*). *Isid. Or.* 19, 23, 4. Cf. *Cang.*

RĔPUGNĀTOR, oris, m. Impugnator. *Ambr. De Paradis.* 8. Conticescant igitur repugnatores isti Veteris Testamenti. *Cypr. De Singul. Cleric.*, ante med. Et pro altera persona contra Satanam repugnator. Et *Bed.* ap. *Cang.*

RĔPULSIO, onis, f. Actus repellendi, depulsio. *Isid. Or.* 5, 4. Depositæ vel commendatæ pecuniæ restitutio; violentiæ per vim repulsio. *Pompej. gramm.* p. 266. Deinde alia illorum repulsio, quæ repellunt istum modum. — Vox leviter firmata auctore *Cœl. Aureliano*.

RĔPULSOR, oris, m. Qui repellit, qui rejicit. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 3. Similiter etiam textrini præpositum, repulsorem negligentium, ut substituat diligentes. || Translate. *Ambr. Ibid.*, *Serm.* 5. Tamen quasi Deum repulsorem peccati esse cupiebat.

RĔPULSŌRIUM, ii, n. Quod repellit (translate), munimen. *Cypr. De Singul. Cleric.*,

post. med. Rationabile simul et certum recognoscant, quod accepimus ab eodem Paulo apostolo, repulsorium. (Quod citat *Cang.* ex *Ambros.* : « Verbum repulsorium tædiorum, » ad adjectivum referri potest.) — Gallicum verbum habemus *repoussoir*.

RĔPURGĀTIO, onis, f. Purificatio. *Gloss. Cyril.* Κάθαρσις, repurgatio, purgatio.

RĔQUĪSĪTIO, onis, f. Postulatio (gall. *réquisition*). *S. Greg. Epist.* 1, 71. Ad earum requisitionem te Secundino fratri volumus præbere solatia. Cf. *Cang.* || Inquisitio, cognitio. *S. Greg. Ep.* 8, 30. Si, qualis fuit in requisitione cura, talis fuisset in discussione subtilitas, etc. *Præcept. Chlotar.* ann. 537, ap. *Cang.* Nullas requisitiones.... a dominis ejusdem monasterii requiramus. — Unicum profertur *Gellii* exemplum, nec iis intellectibus.

RĔSĂLŪTĀTUS, a, um, part. *Hier. Ep.* 3, 2, *Vit. S. Hilarion.* Substitit, et resalutatis omnibus, etc.

RĔSARCĪNĀTIO, onis, f. Sarcimen (*couture, reprise, raccommodage*). *Gloss. Cyril.* Ὑποραφή, plicatura, resarcinatio.

RĔSĔCĀBĬLIS, e, adj. Qui resecari debet. *Cassiod. Var.* 2, 41. Semper in auctoribus perfidiæ resecabilis videtur excessus.

RĔSĔRĀTIO, onis, f. Apertio. *Ennod. Dict.* 14, p. 512. Sic te adversus nos intimorum reseratione munivimus.

RĔSERPO, is, ere, n. Iterum serpo (translate). *S. Greg. Epist.* 1, 69. Nullam exinde querelam adversus suprascriptam feminam ulterius reserpere permittat. *Ib.* 3, 32. Si vestris inveniant (hæretici) temporibus licentiam reserpendi.

RĔSICCO, as, are, n. Iterum siccesco. *Plin. Valer.* 1, 10. Et quum resiccaverint hæc omnia, etc.

RĔSISTENTIA, æ, f. Repugnantia (gall. *résistance*). *Aug. De Peccat. Merit.* 2, 22. Atque exhiberet vitæ illi congruum sine ulla resistentia famulatum. Cf. *Cang.*

RĔSŎLĬDĀTUS, a, um, part. *Alc. Avit. Epist.* 33. Resolidatam, Christo propitio, meam familiam.

RĔSŎLŪTŌRIUS, a, um, adj. Qui resolvit (vocabulum dialecticum, græce ἀναλυτικός). *Cassiod. Dialect.* p. 577. Nec in his explicandis diutius laboramus, si priores resolutorii, vel topica diligentius ingenium lectoris instruxerint. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 4. Scribit primos (syllogismos) resolutorios, quos Græci ἀναλυτικοὺς vocant. *Id.* p. 114, 596, 857, et passim. || Etiam vox est jurisconsultorum. Qui resolvit, dissolvit vel rescindit (gall. *résolutoire*). *S. Greg. Ep.* 2, 18. Et verecundum sit docere ceteros in sua quandoque resolutoriam proferre largitate sententiam. — Quæ vox in *Gloss. Cang.* desideratur.

RĔSORDEO, es, ere, n. Sordeo. *Poet.* in *Anthol.* t. II, p. 594. Et tibi munus Cereris resordet.

RESPECTIO, onis, f. Inspectio, examinatio. *Vulg. Sapient.* 3, 13. Habebit fructum in respectione animarum sanctarum. || Respectus, ratio. Cf. *Cang.*

RESPĪRĀBĬLIS, e, adj. Spirabilis (gall. *respirable*). *Boet. Arist. Topic.* 3, 4, p. 701. Qui posuerit aeris proprium respirabile. *Id.* p. 705.

RESPLENDUI, præterit. a v. Resplendeo. *S. Greg. Epist.* 8, 2. Dominorum pietas.... ita benigna hic subventione resplenduit ut, etc.

RESPONSĀLIS, is, m. Apocrisiarius. *S. Greg. Epist.* 1, 42. Quod responsalem tuum tarde dimiserim. *Ibid.* 2, 39. Responsalium vestrorum moribus. *Id.* passim. Cf. *Cang.*

RESPONSĀRIUS, ii, m. Responsalis. *Liberat. Breviar.* p. 159. Præsente eodem Pelagio responsario. Cf. *Cang.*

RESPONSĪVUS, a, um, adj. Qui invicem respondet. *Isid. Or.* 2, 21. Aliæ (sententiæ) responsivæ, ut *illinc, istinc*. *Asper*, p. 1730. Responsiva pronomina, ut *hic, iste*.

RESTAGNĀTUS, a, um, part. Qui restagnat. *Cassiod. Var.* 2, 32. Quantum spatii restagnatis incursibus paludestris illuvies occupavit.

RESTAURĀTRIX, icis, f. Quæ restaurat. Vid. in v. DISSIPATRIX.

RĔSULTĀTIO, onis, f. Repercussio, sonus. *Ambr. Hexaem.* 3, 5. Quam dulcis sonus, quam jucundus fragor, quam grata et consona resultatio ! *Id. In Psalm., Præf.* Clamor jucunditatis, lætitiæ resultatio. *Cassiod. Var.* 2, 40. Concavæ citharæ blanda resultatio. (Et vid. *Aug.* sup. in v. MANATIO.) *Excerpt. ex vet. Lex.* p. 356, ed. *Vulcan.*

Resultatio, ἠχώ. Adde *Gloss. Plac.* p. 497. || Translate. Recusatio. *Cassiod. Var.* 2, 24. Non decet inde signum resultationis exire unde exemplum potuit exsultationis effulgere. || Repugnantia. Cf. *Cang.*

RĔSUMPTIO, onis, f. Actus resumendi. *Carm. de Schemat.* p. 69. Illa resumptio fit, quædam quum dicta resumo. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 102. Recapitulatio evidenter dicitur multorum sensuum velox resumptio. — Unum, quod citatur, exemplum ad rem medicam pertinet.

RĔSUO, is, ere, a. *Gloss. Paris.* Resuere, dissuere. — Quod exhibetur tantummodo ex *Not. Tir.*, nec bene exponitur *iterum suere.*

RĔSŬPĪNĀTUS, us, m. Supinatio. *Plin. H. N.* 9, 36, 1. Resupinatus dexter soleis est, passeri lævus.

RĔSUSCĬPIO, is, ere, a. Iterum suscipio. *Arat.* 2, 589. Qui per tua munera semper Quod reddamus agis, donique resuscipis usum.

RĔSUSCĬTĀTUS, a, um, part. *Alc. Avit. Ep.* 28. In resuscitati Mediatoris corpore. || Translate. *Sid. Paneg.* 23, 416. Miscet cuncta fragor resuscitatus.

RĔTANGO, is, ere, a. Non semel tango. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 13. Detergemus faciem quoque spongia aqua frigida expressa retangentes.

RĔTECTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Ἀποκάλυψις, retectio, revelatio.

RĔTEMPĔRO, as, are, a. Tempero (gall. *retremper*). *Th. Prisc.* 2, 21. Caulium folia, pro cataplasmatibus imposita, veluti commotionis vaporem retemperant.

RĔTENTACŬLUM, i, n. Vinculum. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 12. Ii quos iniqua ferrei ponderis retentacula, gressibus negatis, adstrinxerant.

RĔTENTĀTUS, a, um, part. Retentus, detentus. *Hilar. In Ep. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 116). Sub tyrannide retentatos ab ejus eripuit impressione.

RĔTENTŌRIUS, a, um, adj. Qui retinet. *Cassiod. De Anim.* 6. Virtus animæ retentoria, assumpta retinens.

RĔTENTŪRA, æ, f. Pars quædam castrorum lateralis et exterior, quæ eadem linea *Prætenturam* habet. *Hyg. De Castr. met.* p. 8. Quod si alæ in retentura positæ fuerint, et pedites in prætentura. *Ib.* p. 7. Ut duæ cohortes latere retenturæ tendant. *Ib.* p. 4. || Translate. Quod retinetur, tributum. Cf. *Cang.*

RĒTIA, æ, f. Rete. *Plaut. Rud.* 4, 1, 9. Nam nunc et operam ludos facit et retiam. *Prisc.* p. 759. Quod (rete) etiam feminino genere protulit (Plautus) secundum primam declinationem. Idem in Rudente : Nam nunc et operam ludos facit et retiam. (Perperam plerique editores, *retia.*) *Evang. sec. Matth.*, versio ante *Hieronym.*, ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 257. Simonem et Andream mittentes retiam in mari. *Ib.* p. 258. Reficientes retias suas. (Inde *retiarius.*) Cf. RETICULA.

RĒTIĀLIS, e, adj. Ad rete pertinens. *Non.* p. 378. Plagæ, maculæ retiales.

RĒTIĀRIUS, ii, m. Qui retia conficit. *Gloss. Cyril.* Δικτυοπλόκος, retiarius. *Thom.* p. 501. Hic retiarius, qui facit retia. Et pro decipiente quandoque dicitur. — Nota vox de retiariis gladiatoribus; quod fusius tractat *Forcell.* De his *Gloss. Cyril.* Δικτυοφόρος, retiarius. (*Ibid.*, sed ambigue : Λινοῦχος, retiarius.)

RĔTĪCESCO, is, ere, n. Reticeo. *S. Greg. Epist.* 1, 24. Ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. — Vocem addiderat *Furlan.*, sed ex *Not. Tir.*

RĒTĪCŬLA, æ, f. Reticulum. *Thom.* p. 501. Hæc reticula, æ, i. e. parvum rete. *Onomast. lat. gr.* Rete, Reticula, δίκτυον. Cf. RETIA.

RĒTĪFEX, icis, m. Qui retia facit. *Alc. Avit. Homil.* 3. Sic quondam carcer retificis Petri, etc. Cf. *Cang.*

RĔTĪMESCO, is, ere, n. Reformido. *Gloss. Cyril.* Ἀποδειλιῶ, retimesco.

RĔTOLLO, is, ere, a. Tollo, aufero. *Corip. Johan.* 2, 329. Partosque triumphos De nostris manibus, missa pietate, retollunt. Cf. *Cang.*

RETRACTĀTOR, oris, m. *Isid. Or.* 10, *litt. R.* Retractator, repetitor; nam retractare est repetere quod omiseras. || Qui detrectat. *Tertul. Jejun.* 15. Vos nunc compungit retractatores hujus officii. (Sic vett. edd., ut *Basil.* 1550. Ed. *Rigalt.* et quæ secutæ sunt, *detrectatores.* Sed prius reti-

nendum, ut censet *Cang.*) — Priorem sensum non habet *Forcell.*, et de verbo ipso dubitat.

RETRACTIO, onis, f. Actus retrahendi, revocatio. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 2. Est autem hic amor sapientiæ intelligentis animi ab illa pura sapientia illuminatio, et quodam modo ad se ipsam retractio atque advocatio. || Detractio, subtractio (*soustraction*). *Boet. Arithm.* 1, 18, p. 1308. Quoad unitas ultima vicem retractionis impediat. (Eodem sensu paulo inf. Qui si ex novenario retrahantur.) *Ib.* 1, 1, p. 1296. Nec intentione crescunt, nec retractione minuuntur. — Qui sensus omissi fuerant.

RETRACTUS, us, m. Actus retrahendi. *Tert. Contra Gnost.* 1. Bellicam machinam, retracta tela vegetantem. Cf. *Cang.* — Gallica vox est *retrait*.

RETRANSEO, is, ire, n. Iterum transeo. *Aug. Conf.* 10, 30. Quo hinc ad soporem transeo, vel huc inde retranseo? (Neutralem sensum omittit *Furlan.* ap. *Forcell.*) || Active. *Innoc.* in *Grom. vet.* p. 312. Per ipsum collem via venit, et retransit limitem. *Ibid.* iterum.

RETRANSITIO, onis, f. Nova transitio. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 400. Transitionem et retransitionem elementorum. — Citatur *Prisc.*, sed translato sensu.

RETRANSITIVUS, a, um, adj. Suipassus (gall. *réfléchi*). *Prisc.* p. 1086.

RETRANSMEO, as, are, n. Iterum transmeo. *Jornand. De Reb. Get.* 20. Gothi Hellespontiacum fretum retransmeant. Cf. *Cang.*

RETRANSMITTO, is, ere, a. Remitto. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 6. Transactis diebus similiter retransmittebat cilicium. *Ib.* 23. Adhuc monachabus omnibus soporantibus, calciamenta tergens et ungens retransmittebat per singulas. *S. Greg. Epist.* 2, 52, *Indict.* 11. Et ab ipso initio venientes ad me personas ad eam fiducialiter retransmittebat. *Id. ib.* 1, 40; 5, 14; 9, 69; 12, 30. — Vocem addidit *Furlan.*, sed tantum ex *Itin. Alex.* Cf. *Cang.*, qui recentiora laudat.

RETRITUS, a, um, part. Valde tritus. *Næv.* ap. *Fest.* in v. RUTABULUM.

RETROVERTO, is, ere, a. Converto. *Ter. Maur. De Met.* v. 2347. Quos (iambos) in trochæos retrovertit creticus. Cf. *Cang.* (Dictum est ap. *Virg. Æn.* 4, 489. Sidera vertere retro.)

REU. Vid. RHEU.

RĔVENTO, as, are, n. Redeo. *Lucr.* 3, 1078. Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille, Esse domi quum pertæsum est, subitoque reventat. — Sic cum libris *Wakef.*, *Forbig.*, *Lemaire*, etc. Certissimam vocem inseruit Lexico suo *Freund*, quam omittunt *Schell.* et *Forcell.* Alii *revertit*.

RĔVERBĔRĀTIO, onis, f. Objurgatio. *Cassiod. In Act. Apost.* 17. Tali reverberatione convictus.

RĔVERBĔRĀTUS, a, um, part. Deterritus, avocatus. *Isid. Sentent.* 3, 14. In qua (vita) dum quisque intenderit, sua reverberatus infirmitate reflectitur.

RĔVESTIO, is, ire, a. Iterum vestio. *Cassian. Cœnob. Inst.* 7, 27. Substantia mundi, qua te renuntians spoliasti, quid recurrens niteris revestiri? *Dracont. Hex.* 1, 629. Pampinus uviferæ vitis sarmenta revestit. — *Forcell.* tantummodo carmen *Pseudo-Tertulliani* laudat, cujus auctoritas fere nulla est.

RĔVESTĪTIO, onis, f. Actus revestiendi. *Alcuin.* p. 1388. Quid est æstas? Revestitio (male *revestio*) terræ, maturitio frugum.

RHĒTŎRIZO, as, are, n. Rhetoriso. *Bed. De Orthog.* p. 2329 (Putsch.). Declamo rhetorizando.

RHEU, n. ind. Herba quædam. Rheu barbarum (gallice *rhubarbe*). *Isid. Or.* 17, 9. Rheu barbarum sive Rheu Ponticum, illud quod trans Danubium in solo barbarico, istud quod circa Pontum colligitur, nominatum. Rheu autem dictum quod sit radix: rheu barbarum ergo quasi radix barbara, rheu Ponticum quasi radix Pontica. (Alii scrib. *rheubarbarum*, *rheuponticum*.) *Theod. Prisc.* 4, 1. Rheu Ponticum, uncia. *Gloss. vet. S. Genov.* Reu dictum quia est et radix. Rheu Ponticum (male Rhea pontica), radix Pontica. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 577. Reubarbarum sive Reuponticum, illud quod trans Danubium in solo barbarico aut quod circa Pontum colligitur. Sic autem dictum quod sit quasi radix barbara, quasi radix Pontica. (*Isidorum* exscriptum vides.)

RHEUBARBĂRUM, n. Vid. v. præced.

RHEUMA, æ, f. Rheuma (atis). *Isid. Or.*

4, 7. Catarrhus est fluor rheumæ jugis ex naribus. — Sic *Schema*, et alia.

RHEUPONTĬCUM, n. Vid. RHEU.

RHĪNŎCĔRŌN, m. Rhinoceros. *Eucher.* p. 292. Rhinoceron, fera terribilis, gemina in naribus gestans cornua. *Gloss. Paris.* Rhinoceron, fortis quadrupes, in naso cornuta.

RHŎDŎDENDRON, i, n. (ῥοδόδενδρον). Fruticis genus. *Plin. H. N.* 16, 33, 1. Rhododendron, ut nomine apparet, a Græcis venit. — Nec græce, nec latine nomen est masculinum, ut exhibet *Forcell.*

RHŎDŎMEL, ellis, n. Rhodomeli. *Theod. Prisc.* 1, 15. Similiter (juvat) rhodomel, similiter diamoron.

RHŎDŎMĒLĪNUS, a, um, adj. (ῥοδόμηλον). Qui coloribus est mixtis roseo et luteo. *Chart. Cornet.* Mafortem tramosericum rhodomelinum.

RHŎDŎMĔLUM, i, n. Rhodomeli. *Isid. Or.* 20, 3, 12. (Sic *ibid.* Hydromelum. Nec mutandum in *Rhodomeli*, quod facit *Areval.*, Isidori sæpius corrector.)

RHONCHISSO, as, are, n. Rhoncho. *Onomast. lat. gr.* Rhonchisso, ῥέγχω.

RHŎPĂLUS, i, m. (ῥόπαλον). Clava. *Bed. De Stell.* t. I, p. 443. In rhopalo quem tenet eadem manu (Hercules).

RHYTHMĬCA, æ, f. Rhythmice. *Cassiod. De Music.* p. 587; *Isid. Or.* 3, 17 et 18.

RHYTHMĬCUS, a, um, adj. Ad rhythmum pertinens. *Diom.* p. 493. Ratione rhythmica. *Capel.* 2, p. 30. Melo favente rhythmico. *Ibid.* Cruenta dudum quæ jugare rhythmica Ac dispari mixta sueta regula. — Etsi *Forcell.* adjectivum memorat, substantivi tantum exempla subdit (*Rhythmici, orum*).

RICINŌSUS, a, um, adj. Qui ricinos habet (de animali). *Gloss. Cyril.* Φθειρ., ἤγουν Κρότων, ricinus. Φθειρόριος, ἐπὶ ἀλόγου ζώου, ricinosus.

RIDICO, as, are, a. (ridica). *Gloss. Cyril.* Χαρακῶ, vallo, sepio, ridico.

RĪDĬCŬLĀRIS, e, adj. Dicax, qui ridicula dicit. *Isid. Or.* 8, 7. Veteres (comici) qui et joco ridiculares extiterunt.

RĪDĬCŬLOR, aris, ari, d. Derideo. *Onomast. lat. gr.* Ridiculare, καταγέλασον. — Dicimus non *ridiculiser.*

RĪDĬCŬLŌSIOR, us, adj. compar. *Boet. Arist. Top.* 3, 2, p. 682. Considerandum autem si et in ridiculosioribus sit simile, ut simia homini quam equo. — Jam extabat superlativus.

RIGA, æ, f. Linea (ital. *riga*, gall. *raie*). *Bed. Select. arithm.* t. I, 143. Nullum omnino bos vestigium in ultima riga facit. (*Ibid.* ter repetitur.) Cf. *Cang.*

RĬGĀTUS, us, m. Irrigatio (proprie ac translate). *Ambr. In Luc.* 6, 9. Naturæ solidioris rigatus exuberat. *Ibid.* 8, 22. Quæ (aqua) rigatum superfusa ad commodum subministras. || Translate. *Ven. Fort.* 8, 26, 3. Me vestro arentem madefecit opima rigatu (pagina).

RĪMĀRIUS, ii, m. Calculator. *Bed. De Numer.* t. I, p. 113. Rima; inde Rimarii appellantur. (Imo nomen a v. *Rimor* deducendum.) *S. Columban. Ep.* 5, ap. *Cang.* Contra Gallicanos rimarios de pascha errantes.

RĪMĀTRIX, icis, f. Quæ rimatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 508. Rimatrix, serpens aquatilis. — Proprie dictum, ut ostendit *Virg. Georg.* 1, 384. Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

RĪPĀRIUS, ii, m. Riparum custos. *Gloss. Philox.* Ὀχθοφύλαξ, riparius. Cf. *Cang.*

RĪSĬBĬLĬTAS, atis, f. Facultas ridendi. *Boet. In Porphyr.* 5, p. 97. Quod ei (homini) omni et soli semper adest risibilitas. Et *Thom.* p. 498.

RĪTO, as, are, a. *Prisc.* p. 1008. Vel derivativa sunt (adverbia), ut *peragro*, peragre; *punio*, impune; *abundo*, abunde; *rito*, unde irrito, rite. *Id.* p. 1111. A *rito* vero verbo rite, pro recte. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 182. Ecce iterum insano ritantur pectora sensu. — Composita fere inveniuntur: *irrito*, *prorito*.

RĪVŌSUS, a, um, adj. Qui rivos habet. *Gloss. Cyril.* Ῥιθρώδης (l. Ῥειθρώδης), rivosus.

RŌBOR, oris, n. Robur. *Charis.* 29. Marmor, oris; robor, oris. (*Id.* p. 66.) *Gloss. Paris.* Robor, fortitudo, virtus, firmitas. *Gloss. Cyril.* Ἰσχύς, valentia, virtus... robor. Etiam *Gloss. Philox.* et *Gloss. Hildeb.* Cf. *Cang.*, qui accusativum *roborem* exhibet.

RŌBŎRĀTUS, a, um, part. Firmatus

(translate), fretus. *Boet. In Porphyr.* 1, p. 54. Et tamen, scientia roboratus, quid quæri jure possit, agnosceret. *S. Greg. Ep.* 11, 13. Roboratus subscriptionibus.

ROCTA, f. Vid. CHROTTA.

RŎGA, æ, f. Stipendium. *S. Greg. Epist.* 2, 32. Theodosiani vero, rogam non accipientes, etc. *Ibid.* 8, 2. Rogæ quoque militum ita per confamulum meum.... magnæ factæ sunt. Cf. *Cang.* || Eleemosyna. *Gloss. Isid.*, *Gloss Pith.* et *Thom.* p. 495 et 506. Roga, eleemosyna. (Qui sensus et ap. *Cang.* reperitur.)

RŎGĀTĀRIUS, ii, m. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Hildeb.* Rogatarius, petitor. *Gloss. Paris.* Rogaturius (*sic*), petitor. Vid. *Cang.*

RŎGĀTIŌNĀLIS, e, adj. Ad Rogationes pertinens. *Alc. Avit. Homil. de Rogat.* p. 150. Rogationalis observantiæ flumen irriguum. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 195. Terminus paschalis, seu quadragesimalis, seu rogationalis.

RŎGĀTŌRIUS. Vid. ROGATARIUS.

RŌRESCO, is, ere, n. Humesco. *Onomast. lat. gr.* Roresco, roro, δροσίζω. *Ovid. Met.* 15, 245. Resolutaque tellus In liquidas rorescit aquas. (Quod ap. *Forcell.* infirmatur varia lectione *rarescit*. Illud autem defendit *Lemaire.*)

RŎSA græca vel græcula, f. Lychnis. *Gloss. Cyril.* Λυχνίς, rosa græca. *Gloss. Philox.* Rosa græca, λυχνίς, ἡ ῥοδοδάφνη. *Plin. H. N.* 26, 27. Chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus græculæ rosæ.

RŎSŬLĀTUS, a, um, adj. Roseo colore tinctus. *Chart. Cornet.* Vela rosulata.

RŌSUS, us, m. Rosio. *Marc. Emp.* 28. Ad ventris rosus remedium sic.

RŎTĀRIS, e, seu RŎTĀRIUS, a, um, adj. Ad rotas seu omne genus vehiculorum pertinens. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2300. De vectigali rotari. Iterum n. 2301. (Editor, *rotario*, suppleta littera *o* per conjecturam. Dici potuit *rotaris* et *rotalis*, ut *Latiaris* et *Latialis*. Vectigal autem idem fuisse videtur atque *rotaticum*, de quo diserte agit *Cang.*)

RŎTELLA, æ, f. Parva rota. *Isid. Or.* 14, 2. Unde brevis etiam rotella orbiculus appellatur. *Onomast. lat. gr.* Rotella, τροχίσκος. (Inde gall. *rouelle.*)

ROTTA, f. Vid. CHROTTA.

RŪBĪGĬNO, as, are, a. Rubiginem contraho. *Onomast. lat. gr.* Rubigino, ἰοῦμαι. — Ex uno *Apuleii* loco, hærebant inter *Rubiginare* et *Rubiginari*. Hoc quidem videmus ap. *Cang.*

RUBRĀTUS, a, um, adj. Rubefactus. *Alc. Avit. Ep.* 12. Columba inusitato colore rubrata.

RUBRĬCĒTA, æ, f. Rosarium. *Onomast. lat. gr.* Rubriceta, ῥοδωνιά. — Et alios intellectus vox græca habet.

RUBRĪCUS, a, um, adj. Ruber. *Gloss. Cyril.* Πυρρός, russeus, rubricus, rufus. — Vocem *Furlan.* invenerat in *Not. Tiron.* Adjectivum autem conjici poterat ex nomine *Rubrica.*

RUCTĀTIO, onis, f. Ructus. *Cœl. Aurel. Tard.* 5, 3. Etiam febres accedunt.... cum tormento et ructatione. *Marc. Emp.* 20, 20. Facit bene hæc compositio ad acidas ructationes. *Ennod. Ep.* 7, 21. Ecce inter ructationes Lyæo debitas, qualia Silenus alter, verba compono. Et *Thom.* p. 500.

RŪFĀTUS, a, um, part. Rubefactus. *Gloss. Paris.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 543, et *Thom.* p. 509. Rufatus sanguine, cruentatus.

RŪFEO, es, ere, n. Rufor. *Onomast. lat. gr.* Rufeo, πυρρίζω. Rufo, as, πυρρόω. — Notum est *Rufesco.*

RŪGĀTIO, onis, f. Rugæ. *Cœl. Aurel. Tard.* 2, 1. Sequente etiam rugatione, cum adductione partium vel extentione.

RŪPEUS, a, um, adj. Ad rupem pertinens. *Ambr. In Luc.* 2, 3. Ædificatio Ecclesiæ, quæ non rupeis saxis, sed vivis lapidibus exstructa, etc. *Gloss. Hildeb.* Rupea, saxosa. (Quod editor se in nullo neque Lexico neque Glossario invenisse fatetur.)

RUSCO, onis, m. Quoddam insecti genus, ut putant. *Gargil. De Cur. Boum, med.* Jumentum ruscones si habebit, allium cum axungia conteres et dabis. *Gloss. Philox.* Rusco, χοίαγρος (*sic*), χώφαγρος (*sic*). — Plura habet *Cang.*, sed nihil extricat.

RUSTĬCĀRIUS, ii, m. Agricola. *Onomast. lat. gr.* Rusticarius, ἐπάρουρος. (*Rusticariæ falces*, quod aliquot libri *Varroni, R. R.* 1, 22, tribuunt, nullus editor probat.)

S

SABLO, onis, m. Sabulo, sabulum (gall. *sablon*). *Ven. Fort.* 9, 15, 5. Quidquid saxa, sablo, calces, argilla tuentur. *Gloss. Hildeb.* Sabulum, arenam vel sablonem. Cf. *Cang.*

SACCĀRIUS, ii, m. Qui saccos vel cribra conficit (gall. *boisselier*). *Gloss. Cyril.* Σακκοπλόκος, saccarius. (Ad hunc sensum referenda *Inscr. Orel.* n. 4176 : « Julius Victor cuparius et saccarius, » quam citat *Furlan.* Non enim hic agitur, me quidem judice, de eo qui saccos portat.)

SACCĀTUM, i, n. *Isid. Or.* 20, 3. Saccatum liquor est aquæ fæci vini admixtus, sacco expressus (gall. *piquette*). Cf. *Cang.*

SACCELLĀRIUS, ii, m. Fisci custos; procurator. *S. Greg. Epist.* 4, 34. Sicut in Ravennæ partibus dominorum pietas.... saccellarium habet, qui, causis supervenientibus, quotidianas expensas faciat, ita et in hac urbe in causis talibus eorum saccellarius ego sum. (Vulgo perperam scribebant *sacellarius.*) Cf. *Cang.* in v. SACCUS, n. 4. Et vid. inf. v. SACELLUS.

SACCIA, æ, f. Saccus. *Gloss. Cyril.* Σάκκος, saccia, saccus. (Idem exscripsit *Cang.*) — Et neutrum genus videmus in v. *Bisaccium.*

SACCĪNUS, a, um, adj. Sacco similis. *Vulg. Zacch.* 13, 3. Nec operientur pallio saccino. Cf. *Cang.* in v. SOCINUS.

SACELLĀRIUS, m. Vid. SACCELLARIUS.

SĂCELLIO, onis, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 192. Edituus (*sic*), custos ædis, flamen, sacellio.

SĂCELLUS, m., et SĂCELLUM, i, n. Vitiose pro Saccellus (thesaurus, fiscus). *S. Greg. Epist.* 12, 27. Quatenus oblatis in sacella consuetudinibus honores mereatur accipere. *Dracont. Laud. Just.* 4, 334. Gratior Augusti servans pia gaza sacelli. Cf. *Cang.* in v. SACCUS, n. 4. — Simili errore scribebatur *sacellarius.*

SĂCERDA, æ, f. Femina sacerdos. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 744. Sallustia Victoria, sacerda magna.

SĂCERDŌTĀLĬTER, adv. More sacerdotis. *Prosp. De Vita contempl.* 1, 25. Sed quidquid sibi sacerdotaliter viventibus atque docentibus honoris impenditur. *S. Greg. Epist.* 4, 32. In quantum sacerdotaliter vivunt. *Ibid.* 8, 48; 10, 35, et passim. Cf. *Cang.*

SACRĀBĬLĬTER, adv. In modum sacrum seu periculosum. *Theod. Prisc.* 2, 2. Et sacrabiliter spumant (epileptici).

SACRĪMENSIS, is, m. Festum ineuntis mensis. *Gloss. Cyril.* Ἱερομηνία, sacrimensis.

SÆCŬLĀRĬTER, adv. In morem sæculi. *Cyprian. Testim.* 3, 36. Mulierem ornari sæculariter non debere. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, *Præf.* Quod sæculariter viventium mentes offendat. Cf. *Cang.*

SÆCŬLĀRIUS, a, um, adj. Sæcularis. *Alcim. Avit. Ep.* 1. Nam genus hoc nominis etiam in sæculariis auctoribus.... invenietis. — De vocabulo dubito, etsi duplex sæpe est in talibus declinatio. Sed miror quod *sæcularius* non alibi reperiatur, et cogito syllabam *bus* compendiose in codicibus scribi : unde frequens error.

SÆVĬTIES, ei, f. Sævitia. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 545. Hæc sævitia, æ, et Hæc sævities, ei. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 20. Prius memorata sævities animantium. *Tac. Ann.* 11, 10. Per sævitiem et luxum adegit Parthos. (Sic recte *Burn.* Vocem agnoscit

locumque citat *Forcell.*, sed pro var. lect. refert *sævitiam*, duoque exempla *Apuleii* æque dubia habet. Temere *Freund* vocabulum a Lexico suo exclusit.)

SĂGĪNĀRIUS, a, um, adj. Qui saginatur. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 556. Saginarius equus, non laborans, sed quiescens.

SĂGĪNĀTIOR, us, part. compar. *Hier. Ep. Ad Damas.* (t. IV, p. 152). Cruore pecudum et victimis pascitur, et novissime saginatiore quadam hostia, ipsius hominis morte saturatur.

SĂGĪNĀTOR, oris, m. Qui saginat. *Gloss. Cyril.* Σιτευτὴς βοῶν, saginator. *Gloss. Pap.* Fartor (male Fasor), saginator. — Exemplum a *Forcellino* prolatum ob variam lectionem in ancipiti est.

SĂGITTĀTOR, oris, m. Sagittarius. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 44. Fortasse quidam velox est, et idem etiam corpore validus est, idem etiam sagittator.

SAGMĀRIUS, ii, m. Qui clitellas et ephippia conficit (*sellier*). *Gloss. Cyril.* Σαγματοποιός, sagmarius (male saginarius). — Ap. *Cang.* emendate scribitur.

SAGRABA, æ, f. Alluvio. *Incert.* in *Gromat. vet.* p. 306. Et sagrabam, quam appellant adluvionem.

SĂGŬLĀRIS via, f. Via in castris ubi sagulorum supellex erat. *Hyg. De Castr. met.* p. 2, col. 2; p. 3, col. 1; p. 5, col. 2. Et absolute. *Id.* p. 3, *fin.* Percurrentes proximam sagularem.

SĂLĀMENTUM, i, n. Salmentum. *Gloss. Paris.* Salamentum, quod sali conditur. *Gloss. Hildeb.* Salamentum, quod sali a se (*sic*) conditur. Cf. *Cang.*

SALCĬCA, f. Vid. SALSICA.

SALCĬCIA, f. Vid. SALSICIA.

SALGĀMUM, i, n. *Cod. Theod.* 7, 9, *in lemmate.* De salgamo. *Id.* 7, 9, 3. Salgami aliquid postulet. *S. Greg. Ep.* 5, 44. Salgamum positum ante portas suprascripti monasterii. — Nullum exemplum singularis numeri exhibebant.

SĂLĬCĒTUM, i, n. Salictum. *Onomast. lat. gr.* Salicetum, ἰτεών. — Sic etiam legendum ap. *Ulp. Dig.* 47, 7, 3, ubi alii *salictum,* alii, vitiose sane, *salictetum.*

SĂLĬCĪNUS, a, um, adj. (salix). *Gloss. Paris.* Salignas, salicinas.

SĂLĪNO, as, are, a. Sal conficio (vet. gall. *saliner*). *Gloss. arab. lat.* Salinare. Cf. *Cang.*

SĂLIUNCŬLA, æ, f. Parva saliunca. *Gloss. Paris.* Saliuncula, salices, quæ velociter crescunt vel saliunt. Et est herba medicinalis, habens spicas miri odoris; crescit in montibus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544. Saliuncula, salices (*sic*), ab eo quod celeriter crescit. *Gloss. Hildeb.* Saliuncula, salices, quæ velociter saliunt, id est crescunt. *Gloss. Cyril.* Ἀγριόροδον, saliuncula. *Ibid.* Ἀνεμώνη, vaccinium, saliuncula.

SĂLĪVUM, i, n. Saliva. *Onomast. lat. gr.* Saliva, Salivum, πτύελον, σίελος. — De mutato genere cf. MARGARITUM.

SĂLIX græca, f. *Gloss. Philox.* Salix græca, ἄγνος, δένδρον. (Gall. *agnus-castus.*)

SALLUSTIĀNĒ, adv. More Sallustii. *Prisc.* p. 1022.

SALMENTUM, i, n. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.*, et *Thom.* p. 558. Salmentum, salsamentum. (Et *Gloss. Hildeb.* in *Not.* p. 265.)

SALSĀTIO, onis, f. Actus salsandi (gall. *salaison*). *Gloss. Cyril.* Ταρίχευσις, salsatio.

SALSĀTUS, a, um, part. *S. Cæsar. Homil.* 6, p. 46, ed. *Baluz.* Sunt aliqui qui sola ex causa aliqua salsatiora sibi ordinant fieri, ut per ipsam salsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. *Gloss. Cyril.* Τεταριχευμένος, salsatus. Cf. inf. SALSO.

SALSICA vel SALCĬCA, æ, f. Insicium ex intestinis. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 274. Hira (male Hirna), salcica. *Id.* p. 277. *Gloss. vet. S. Genov.* Salsica (male Sulcita), a salibus dicta. — Quod vocabulum a sequenti differre non videtur. Porro *hira* legendum esse ostendit deminutivum, paulo infra citandum, *hilla.*

SALSĬCIA vel SALCĬCIA, æ, f. Insicii genus, lucanica (ital. *salsiccia*, gall. *saucisse*, sed revera *saucisson*). *Gloss. Pap.* Tucceta, escæ regiæ, salcitiæ vulgo. *Johan. de Jan.* Lucanica, quoddam genus cibi, et, ut dicunt, salcicia (male *salsucia*). Cf. *Cang.* in vv. SALCICCIA et SALCITIÆ. — Scribendum *salsicia*, a v. *salsus.* Vid. v. præced.

SALSĬCIUM, ii, n. Salsicia. *Acro* ad *Hor. Sat.* 2, 4, 60. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt (hilla), alii etiam farta salsicia.

SALSĬTAS, atis, f. Salsitudo. (Unicum

exemplum, ex Jul. Valerio. Lexicis addidit Furlan.) || Translate. Hieron. Adv. Luciferianos (t. IV, p. 298, ed. Bened.). Gratulor interim tibi.... qui animo bono a salsitate Sardorum ad totius orbis te saporem contulisti. (Vulgo falsitas. « Salsitas, ait A. Mai, t. II, p. 387, vocabulum reddendum latinitati, et Lexicis inserendum. » Id. ib. p. 325, hoc jam conjecisse Vallarsium memorat, et apposite Ciceronis similem in verbis ludum refert : Quamvis salsa ista Sarda fuerit.)

SALSO, as, are, a. Freq. a v. Sallo. *Gloss. Cyril.* Ταριχεύω, salso. Cf. *Cang.* — Inde orta nomina *Salsamen, Salsamentum, Salsarius.*

SALTIM, adv. Saliendo, saltando. *Prisc.* p. 1013. A raptu raptim, a saltu saltim et saltuatim, a cursu cursim, etc. *Onomast. lat. gr.* Saltim, πηδητικῶς. — *Saltim* etiam pro *saltem* vetustissimi scripsere; sed duo vocabula seorsim tangenda. Alteri enim origo est *saltus*, alteri *salus*.

SALUTATORIUM, ii, n. Salutatorium cubile. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 11. Salutatorium ingreditur. *Ib.* 2, 21. Et *Gloss.* ap. *Cang.* || Episcopalis ædes ecclesiæ juncta. *S. Greg. Epist.* 4, 54. Procedens a salutatorio ad sacra missarum solennia celebranda; peractis vero missis, idem in salutatorio rursum curabis deponere. Cf. *Cang.*

SALVIFICATIO, onis, f. Salvatio. *Gloss. Cyril.* Σωτηρία, salvificatio, incolumitas, salus.

SANATIVE, adv. Salubriter. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 678. Casus autem, ut juste, et fortiter, et sanative, et habituative, et quæcumque eodem modo dicuntur.

SANATIVUS, a, um, adj. Aptus ad sanandum. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 678. Similiter effectiva et conservativa conjugata sunt illi cujus sunt effectiva, ut sanativa sanitatis, etc. *Id.* p. 708. Si medicinam (dixit) disciplinam sanativorum animali et homini. *Id.* p. 498 et 551. Cf. *Cang.* — Vocem eruerat *Bailey*, verum ex *Sarisber.*

SANCTIMONIUM, ii, n. Sanctimonia. *Onomast. lat. gr.* Sanctimonium, ἁγιστεία.

SANDALA, æ, f. Genus quoddam farris. *Plin. H. N.* 18, 11, 1.

SANDASIRUS, i, m. Gemmæ genus. *Isid. Or.* 16, 14, 3.

SANGUINOLENTIA, æ, f. Sanguinis suffusio. *Cæl. Aur. Acut.* 1, 1. Oculorum sanguinolentia, vel capitis gravedo.

SAPONARIUS, ii, m. Qui saponem conficit. *S. Greg. Ep.* 18, 27. Reliquorum saponariorum civitatis vestræ vice. Cf. *Cang.*

SAPONATUM, i, n. Sapo aqua dilutus. *Theod. Prisc.* 1, 16. Post vero etiam saponato lavare linimenta conveniet. — Verbum habemus nos *savonner*; præivit sane *saponare*, quanquam apud *Cang.* non video.

SAPUI, perfect. a v. Sapio. (Quod *Forcell.*, etsi sub fine verbi, auctoribus grammaticis, agnoscit, non initio ut legitimum indicat. Ignotal ideo exempla subjeci.) *Liberat. Breviar.* 10, p. 44. Aiebant non sapuisse nova Nestorium. *S. Greg. Epist.* 7, 44, *Indict.* 2. Mella condita sapuerunt. — Inde compositum v. *Resipui*. Etiam *desipui, consipui.*

SAR, m. Genus piscis (Phœnicum lingua). *Isid. Or.* 12, 6. Quæ nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, a pisce quodam qui illic abundat, quem lingua sua sar appellant.

SARABALA vel SARABALLA, æ, f. Sarabalum. *Aug. De Magistro*, 33. Tam nescivi quid significarent quam cum primo audirem legeremve saraballas. (Sic ed. Benedict.) Cf. *Cang.* — *Forcell.* exhibet *Sarabalum*, n., et *Sarabara*, æ, f.

1. SARCINATOR, onis, m. (sarcio). Consutor (translate). *Epiphan. Hist. Eccl.* 4, 6. Sarcinatores calumniarum.

2. SARCINATOR, oris, m. (sarcina). Bajulus. *Gloss. Cyril.* Σκευοφόρος, vasifer, sarcinator.

SARCOCELE, es, f. (σαρκοκήλη). Herniæ genus (gall. *sarcocèle*). *Theod. Prisc.* 1, 26. Hoc herniarum et perseverantium perenrabit, et hydrocelas, et sarcocelas, et enterocelas similiter.

SARCOMA, atis, n. (σάρκωμα). *Isid. Or.* 4, 7. Sarcoma est superfluum corporis incrementum quo ultra modum corpora saginantur : Græci enim carnem σάρκα vocant. (Hoc *Furlan.* addidit, sed prætermisso auctore). Cf. *Cang.*

SARCTE, adv. Sarte. *Charis.* p. 195. Sarcte pro integre. *Porphyr. ibid.* Sane sarcteque.

SARCULARIA, æ, f. Quæ sarculo terram

fodit. Hoc nomine comœdiam scripserat *Pomponius*, teste *Nonio*, p. 13.

SARDIA (supple gemma), f. Sarda. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 201. Sardia prima loco. — *Sardius lapis* dici solet.

SARDĪNUS lapis, m. Sarda. *Vulg. Apocal.* 4, 3. Et qui sedebat, similis erat adspectu lapidis iaspidis et sardini.

SARDŎNȲCHA, æ, f. Sardonyx. *Ven. Fort.* 8, 7, 19. Limina sardonychæ variato lumine florent. — Displicet sane femininum nomen a masculino deductum, et conjicere possimus *sardonychis*. Non enim veram declinationem ignoravit Noster, qui scripsit (8, 6, 228): « Sardonyche impressum per colla monile coruscat. » Verum non semel nominum genus et inflexionem mutaverunt seriores, et nostrum v. *sardoinc* a feminino quodam proficiscitur.

SARGŬLUS, i, m. Parvus sargus. *Gloss. Cyril.* Σαργὸς, ἰχθύς, sargulus.

SARNA, æ, f. Scabies. *Isid.* 4, 8. Hanc (scabiem) vulgus sarnam appellat.

SARRA, æ, f. Serra. *Incert.* in *Anal. gram.* p. 105. Sarra, μοχλός. Cf. *Cang.* in v. SARRA, n. 2. — Et vid. inf. SERRA.

SARRALIA, æ, f. *Isid. Or.* 17, 10. Lactuca agrestis est, quam sarraliam nominamus, eo quod dorsum ejus in modum serræ est. Et *Gloss. Pap.* (Nisi vanum etymon est, reponendum *sarræ*. Nempe *sarra*, pro *serra*, scriptum sup. vidimus.)

SARSOR, oris, m. Qui marmora versicoloria committit. In *Actis Cirtensibus Numatii Felicis*, citante *Sirmondo* : « Et dum ventum esset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices quinque. »

SARSŌRIUM opus, n. Opus quod marmoribus versicoloribus constat. *Ennod. Epig.* 91, *in lemmate*. De marmoribus opere sarsorio. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 15. Parietes ad altarium opere sarsorio ex multo marmorum genere exornatos habet. Cf. *Cang.*

SARTOR, oris, m. Qui sarcit (vestes). *Non.* p. 7. Sartores dicti non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo deducitur. *S. Optat.* 3, p. 64. Displicet tibi sartor qui, scissuram dum sanat, vulnerat. *Ibid.* Qui fecit ut sartor peccare potuisset. Cf. *Cang.* — Cujus vocis, eo intellectu, nullum exemplum habet *Forcell.* Eam tamen solennem fuisse, ostendit *Nonii* locus, qui hunc sensum firmare non curat. Omnibus notum est femininum *sartrix* (*raccommodeuse*). || Qui sarcit domos. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2118. Sartor arenarius magister filiæ dulcissimæ posuit. (Et hanc significationem pervulgatam fuisse, indicant verba *sarta tecta*, et nomen *sarcitector* vel *sartitector*, quod ap. *Isid.*)

SATFĂCIO, is, ere, n. Satisfacio. *Laber.* ap. *Macr. Sat.* 2, 7. Cur, quum vigebam membris præviridantibus, Satfacere populo et tali quum poteram viro, Non flexibilem me concurvasti ut carperes? — Vulgo *satisfacere*, minus aptum metro, etsi proceleusmaticum primo loco non insolens. Sic Latini dicunt *satis ago* et *satago*.

SĂTIĀBĬLIS, e, adj. Qui satiari potest. *Victor. Genes.* 2, 372. Nullis satiabilis unquam Amnibus Oceanus. *Not. Tir.* Satiabilis, insatiabilis, exsatiabilis, inexsatiabilis.

SĂTIŌNĀLIS, e, adj. Ubi fruges seruntur. *S. Greg. Ep.* 11, 5. Domos et hortos intra civitatem, seu terras sationales, vel vineas in fundo.... largitus est. *Isid. Or.* 15, 13. Aut enim arvus est ager, id est sationalis. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 578. Sationales agros, seminales. Cf. *Cang.*

SĂTISFACTIŌNĀLIS liber, m. Apologeticus. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 23.

SĂTȲRŌMA, atis, n. Satyrorum lusus. *Rust. Help. De Christ.* 46. Garrula mendosis fingens satyromata Musis.

SAURA, æ, f. (σαύρα). Lacertus (*sorte de lézard*). *Isid. Or.* 12, 4, 37.

SĀVIĀTOR, oris, m. Basiator. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544. Saviator, osculator.

SCĂBELLUS, i, m. Scabellum. *Isid. Or.* 20, 11. Hinc et scabelli qui lectis parvis vel sellis ob ascensum apponuntur. *Id. ibid.* Tripodes scabelli sunt habentes tres pedes. (Hic alii habent *scammelli*; et sic *Lindem.*) Cf. *Cang.*, qui neutro genere exhibet *scamellum*.

SCĂBIA, æ, f. Scabies. *Gloss. Cyril.* Ψώρα, scabia, scabies. *Gloss. Philox.* Scabia (male Scavia), ψώρα. *Thom.* p. 560.

Scabia, scabies. — Notum est deminutivum *scabiola*. Cf. RABIA.

SCABRĒ, adv. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 544. Scabre, æruginose (male ruginose, non repetita littera *e*).

SCABRO, onis, m. Vitiose pro Crabro. *Gloss. Cyril.* Κάνθαρος, scarabæus, scabro. *Thom.* p. 560. Scabrones, vespæ cum longis cruribus. Cf. *Cang.* (Veram vocem aliquanto melius retinuit *Gloss. vet. S. Genov.* Scrabrones, vespæ.)

SCABRŌSISSĬMUS, a, um, adj. superl. Sordidissimus, impurissimus (translate). *S. Optat.* 5, 9, p. 89. Si invenies catechumenum scabrosissimis moribus.

SCACELLA, æ, f. Instrumentum ad pinsendum, quod et *pinsa* dicebatur. *Thom.* p. 416. Hæc pinsa, æ, id est scacella cum qua pasta maceratur.

SCĂFISTĒRIUM, n. Vid. SCAPHISTERIUM.

SCALPELLO, as, are, a. Scalpello dilacero. *Gloss. Philox.* Scalpellat (male Scapellat), κατασχίζει, κατακνίζει. Cf. *Cang.* — Verbum *scalpelletur* est in vett. edd. *Veget. Veter.* 1, 26. Aliter *Schneid.*

SCALPĬTIO, onis, f. Actus scalpendi vel scabendi. *Gloss. Paris.* Pruritus, scalpitio. — Prava expositio : scalpuntur enim ob pruritum.

SCALPĬTO, as, are, a. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 565. Scalpitare, frequenter incidere. Cf. *Cang.*

SCAMNELLUM, i, n. Scamellum, parvum scamnum. *Paul. Nol. fragm.* ap. *Mai.* t. III, p. 371. Si terra tuorum Scamnellum merito creditur esse pedum. Cf. *Cang.*

SCANCIO, m. Vid. SCANTIO.

SCANDĂLŌSUS, a, um, adj. In quo scandalum est (gall. *scandaleux*). *Gloss. Isid.* Aborris (Abhorris), scandalosus. — Ap. *Cang.* est adv. *Scandalose.*

SCANSĬLE, is, n. Gall. *gradin. Isid. Or.* 20, 11. Scansilia sunt ubi honorati in sedibus sedent. || Gall. *étrier. Thom.* p. 559. Scansile, ferrum per quod equus scanditur. Cf. *Cang.* in v. SCANDILE.

SCANSIO, onis, f. Versuum mensuratio per pedes. *Diom.* p. 495. Pedes singulos ita esse scansionis lege divisos. *Id.* p. 494. *Serv. Centim.* p. 1817. Quæ scansionum diversitate cædantur (metra). — Nolui *Bedam* solum auctorem laudari, quod facit *Putsch.* in Indice, et post hunc *Forcell.*

SCANTIO vel SCANCIO, onis, f. A cyathis (unde gall. *échanson*). *Gloss. vet. S. Genov.* Pincerna, scantio, poculorum minister. *Gloss. Pap.* Pincerna, scantio. *Fragm. Leg. salic.* et alia exempla ap. *Cang.*

SCĂPHISTĒRIUM, ii, n. *Gloss. Cyril.* Σκαφιστήριον, scafisterium. (*Scaphisterium*, auctore *Cangio*, est alveolus ligneus quo mulieres lotos pannos a fonte vel fluvio referunt.)

SCAPIO, onis, m. Vid. STAPIO.

SCĂPŬLĀRIS, is, m. Vestis quædam (*scapulaire*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 532. Hic scapularis, vestis quædam, scapulam tantum tegens. — De quo multa habet *Cang.*, qui agnoscit *scapularis*, *scapulare*, et *scapularium.*

SCĂPŬLĀRIUS, ii, n. *Spon. Miscel. erud. Antiq.* p. 232. Ti. Claudio Felici scapulario. (Qui subjicit : « Anne ars vel officium in aliqua curia cujus munus scapulis gestare, divinet peritior alter. » Equidem ultro intelligam : Qui scapulares conficit.)

SCARIA, æ, f. *Gloss. vet. S. Genov.* Scaria, arbor spinosa, pomum tubereum affert. *Gloss. Vatic.* t. VII, p. 578. Scharia, arbuscula spinosa, pomum rubeum affert.

SCĂRIZO, as, are, n. (σκαρίζω). Subsulto. *Interp. Iren.* 1, 22. Qui (homo) quum non potuisset erigi.... sed quasi vermiculus scarizaret. *Id.* 1, 34. Scarizante autem eo, etc. *Gloss. Cyril.* Σκαρίζω, palpito.

SCĒNŎFACTŌRIA ars, f. Ars faciendorum tabernaculorum. *Vulg. A. Ap.* 18, 3.

SCHĔSIS, is, f. (σχέσις). Schema quoddam. *Jul. Ruf.* p. 51. || Schesis onomaton. *Sacerd.* in *Analect. gramm.* p. 35. Schesis onomaton est quum singulis nominibus epitheta junguntur. Etiam *Bed.* in *Antiq. Rhet.* p. 377, ed. *Capperon.*

SCIĀMĂCHIA. Vid. SCIOMACHIA.

SCIĀTĬCUS, a, um, adj. Ischiaticus. *Boet. Music.* 1, 1, p. 1375. Quos schiatici dolores vexabant. (Librarii errorem credo, vocabulum cum vulgo depravantis.) *Plin. Val.* 2, 37. Hoc idem etiam sciaticos sanat. *Id.* 4, 12. Cf. *Cang.* in v. SCIA. (*Pseudo-Macer* sane vocabulo *schiasis* usus est, et nos perperam dicimus *sciatique.*)

SCHĪNUM, n. Vid. v. seq.

SCHĪNUS vel SCHĪNOS, i, m. (σχῖνος). Lentiscus. *Vulg. Dan.* 13, 34. Dic sub quanam arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait : Sub schino. (Ap. *Isid. Or.* 17, 9, *Schinum* est neutro genere.)

SCHŎLASTĬCŬLUS, i, m. Dimin. a Scholasticus. *Cassiod. De Orat.* p. 593. Sunt primæ positionis, hoc est unde derivativa et deminutiva veniunt, ut *Schola*, scholasticus, scholasticulus. Et *Pomp. gram.* p. 109.

SCĬDA, æ, f. Scheda. *Cic. Att.* 1, 20. Enitere ut scida ne qua depereat. (Sic *Orell.* Alii *scheda.*) *Charis.* p. 81. Scida, charta, sine adspiratione, a scindendo dicta est. Sed alii eam cum adspīratione schidam ex græco ἀπὸ τοῦ σχίζειν dictam putant. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544, et t. VII, p. 578. Scida, secta. Cf. *Cang.* — Vocabulum loco suo inseri meruit.

SCIENTIĀLIS, e, adj. Ad scientiam pertinens. *Boet. Arist. Analyt. post.* p. 530. Secundum unamquamque erunt utique aliquæ interrogationes scientiales. Cf. *Cang.*

SCIENTIĀLĬTER, adv. Secundum scientiam. *Claud. Mamert. Stat. An.* 5. Illud in animo numerosum potius arbitror, quo eadem scientialiter compos est numeri.

SCIENTĬFĬCUS, a, um, adj. Scientialis (gall. *scientifique*). *Boet. Arist. Analyt. post.* p. 527. De iis quæ sunt per se, scientificæ demonstrationes sunt. *Id.* p. 756. Sed etiam quasi scientifico more. *Id.* p. 708 et 723.

SCINDAPSUS, i, m. (σκινδαψός). Instrumentum musicum quod tres chordas habet; item herbæ genus. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 221. Tunc enim significat nomen secundum placitum quando fit nota alicujus rei, id est quando significat aliquam rem, ut scindapsus. (Ibidem vocem ter usurpat, sed latet utrum sensum voluerit.)

SCIŎMĂCHIA, æ, f. (σκιαμαχία et σκιομαχία). Umbrarum pugna, scil. vanum certamen (titulus satiræ cujusdam Varronianæ). *Varro* ap. *Non.* p. 10, et passim. — Alii scrib. *sciamachia.* Alterum probo, quod compositorum nominum analogia suadet.

SCIRPĒTUM, i, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 565. Scirpetum, locus ubi juncus crescit. *Ib.* p. 552.

SCIRRHŌSIS, is, f. (σκίῤῥωσις). Duritia. *Cœl. Aur. Tard.* 3, 4. Vel duritia atque saxitate, quam scirrhosin vocant.

SCOBILIA. Vid. SCOPILIA.

SCŎLŎPENDRIOS, ii, m. Scolopendrium. *Isid. Or.* 17, 9, 87.

SCŎLŎPENDROS, i, f. (σκολόπενδρος). Scolopendra. *Isid. Or.* 17, 9, 87.

SCONNA, æ, m. *Gloss. Paris.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544, et VII, p. 578. Sconna, sponsus. Cf. *Cang.* in v. SCULNA.

SCŌPĪLIA, æ, f. Purgamenta. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 567. Scopilia, æ, quæ in domo scopantur, et foras projiciuntur. *Gloss. Paris.* Sterculinia, scopiliarum (male scobiliarum) acervus. — Præivit, ut credo, adjectivum *Scopilis*, et pluraliter *scopilia :* quod postea barbare declinatum est, ut multa alia hujusce generis.

1. SCŌPO, as, are, a. (scopa). Scopis everro ; translate Mundo, purgo. *S. Cæs. Homil.* 3, p. 20. De scopanda domo facimus mentionem. *Ibid.* Quando domus scopatur. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 23. Scopans monasterii plateas simul et angulos. *Vulg. Isai*, 14, 23. Et scopabo eam in scopa terens. *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 585. Verrit, scopat. *Thom.* p. 560. Scopare, purgare. Cf. *Cang.*

2. SCŎPO, is, ere, a. (σκοπέω). Excutio, examino. *Vulg. Psalm.* 76, 7. Et exercitabar et scopebam spiritum meum. *Cassian. Collat. Patr.* 1, 19, locum citat.

SCOROFION, onis, m. Vid. SCROFION.

SCORTĀTIO, onis, f. Cum scortis commercium. *S. Greg. Ep.* 7, 120, *Ind.* 2. Quos stupri scortatio non commovit.

SCRABO, m. Vid. SCABO.

SCREA, æ, f. *Gloss. Isid.* Screa, pituita. *Gloss. Paris.* Screa (male Scre), pituita. *Fest.* Scraptæ dicebantur nugatoriæ, ut ait Verrius, ab iis quæ screa iidem appellabant, id est quæ quis exscreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. *Gloss. Pith.* Crea (leg. Screa), stercus, spurcitia, unde Exscreare dicimus, spurcitias ejicere. Cf. *Cang.*

SCREĀBĬLIS, e, adj. Sputis dignus. *Onomast. lat. gr.* Screabile, χρεμπτόν. — Quod *Sisenna* putidius dixit *sputatilicus.*

SCRĪBO, onis, m. Conscriptor (*recruteur*). *S. Greg. Ep.* 12, 30. Venientibus scribo-

nibus (uam, sicut audio, jam illic tirones colligunt), loci tui servatoribus deputa, ut parum aliquid xenii offerant, quatenus sibi eos placabiles reddant. — *Cang.* putat *scribones* fuisse deputatos in provincias.

SCRIPTO, as, are, a. Frequent. a v. Scribo. *Hor. Sat.* 1, 6, 122. Post hanc vagor, aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum juvet. (Sic recte interpretatur *Lemaire.* Aliter autem eruditissimus acutissimusque *Bentleius*, cujus verba referre operæ pretium est : « Sine dubio *lecto* et *scripto* sunt ablativi participiorum *lectus* et *scriptus*.... Hoc quidem recte olim Janus Dousa; adeo ut me illorum misereat qui *lecto* hic et *scripto* verba esse volunt, pro *lectito* et *scriptito*, verba utique inaudita et in ultimam barbariam releganda. Decepit, credo, eos pronomen *Ego*, quum id extra locum suum hic positum videatur. » Qui me quondam in partes suas traxerat. Etiam *Orelli:* « Mire verba *lecto* et *scripto* alii exposuerunt *lectito* et *scriptito*, quum sint ablativi absoluti, ut sæpe apud *Tacitum*, *audito*, *comperto*, etc. » Equidem clarissimi *Bentleii* miserationem incurrere ausim : aliquando enim, ut sciunt, confidentior etiam quam doctior deprehenditur. Perleve est quod Noster et *Orell.* Tacitum arcessunt, allato ejus peculiari quodam dicendi genere. Citandi fuerunt Cæsar, aut Tullius, aut Virgilius. Durissimam, quæ illis placet, constructionem non exagitabo, sed *inauditi verbi* auctores referam. Primo ad manum erat scholiasta *Porphyrio*, quem ab editoribus reprehensum sinerem, prætermissum satis mirari nequeo. Hic autem diserte ait : « *Lecto* producta syllaba enuntiare debemus, quia frequentativum est ab eo quod est *lego.* ») *Prisc.* p. 825. Frequentativa plerumque a supinis derivantur.... ut *scriptu, scripto; dictu, dicto; cursu, curso; domitu, domito*, etc. *Id.* p. 1224. Unde solent nasci frequentativa? Plerumque a participiis præteriti temporis, ut *cantus*, canto, cantas; *scriptus*, scripto, scriptas, etc. *Mar. Vict.* p. 2472. Et frequentativa verba multa, ut Lecto, facto, scripto, dicto. *Pompej.* p. 279. Hæc autem verba (frequentativa) aliquando in duos gradus conscendunt, ut curro, curso, cursito; scribo, scripto, scriptito. *Sacerd.* in *Anal. gram.* p. 5. Scribo, scribis; scribto, scribtas. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 544. Scriptat, frequenter scribit (male inscribit). *Onomast. lat. gr.* Scribo, scripto, λογογραφέω. (Huc addendus *Charis.* p. 142. Quædam verba quid semel factum significant, ut *Lego;* quædam sæpe, ut *Lecto;* quædam sæpius, ut *Lectito.*) — Vix monere opus est frequentativa quædam verba a frequentativis oriri : Canto, cantito; curso, cursito; dicto, dictito; ducto, ductito; jacto, jactito; merso, mersito; vento, ventito, etc.

SCRIPTŌRIUM, ii, n. Stilus. *Isid. Or.* 6, 9. Graphium autem græce, latine scriptorium dicitur. || Atramentarium (*écritoire*). *Thom.* p. 48. Atramentarium, scriptorium. || Locus in monasteriis ubi libros exscribebant (*salle des copistes*). Vide multa ap. *Cang.*

SCRIPTŪRĀBĬLIS, e, adj. Qui ad scripturam pertinet. *Cassiod. Var.* 11, 38 (de charta). Viscera nivea virentium herbarum, scripturabilis facies, quæ nigredinem suscepit ad decorem.

SCRIPTŪRĀLIS, e, adj. Scripturabilis. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 116. Scripturalibus uti testimoniis. Item p. 78. — Nomen *Scripturale* est ap. *Cang.*

SCROFIO, SCROFION vel SCOROFION, onis, m. Congeries petrarum ad delimitandos agros. *Sic. Flac.* in *Gromat. vet.* p. 138; *Liber. Colon. ibid.* p. 211 et 227 et 228 et 252; *Mensurarum genera*, *ibid.* p. 341; *Magon*, *ibid.* p. 350. — Aliquot sunt loci ubi legitur *scorpiones*. Cf. *Cang.* v. SCORPIO, n. 3.

SCRŪTĀBĬLIS, e, adj. Quod scrutari possumus. *Prosp. Respons. ad Capit. Gall.* 8. Profitetur sibi scrutabilia judicia Dei et vestigabiles vias ejus. *Zeno Veron.* p. 149. Sed in eo scrutabilia esse voluntatis. Et *Thom.* p. 537.

SCRŪTĪNĀTUS, a, um, part. Inquisitus. *Fragm. Serm. Arrian.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 218. Sed veritatem scrutinatam atque probatam in corde per labia emittere.

SCUDICIA vel SCUDITIA, æ, f. Fossorium. *Isid. Or.* 20, 14. Scudicia dicta ab eo quod circa caudicem terram aperiat. Cf. *Gloss. Pap.* et *Cang.*

SCULCA. Vid. SCULTA.

SCULPĀTOR, oris, m. Sculptor. *Gloss. Cyril.* Γλύπτης, sculpator. — Vox nostra *sculpteur* a verbo *sculpator* defluit, ut *veneur* a v. *venator*.

SCULPĬCIA vel SCULPĬTIA, æ, f. Genus avis (*alouette huppée*). *Gloss. Cyril.* Κορυδαλός, sculpicia, bardalia.

SCULPO, as, are, a. Sculpere (gall. *sculpter*). *Gloss. Cyril.* Γλύψον, sculpa. Cf. SCULPATOR.

SCULPTĬBĬLIS, e, adj. Sculptilis. *Onomast. lat. gr.* Sculptibile, γλυπτόν.

SCULTA, æ, m. Explorator. *S. Greg. Ep.* 12, 23. Aut certe scultas quos mittitis, sollicite requirant ne dolens factum ad nos recurrat. (*Cang.*, in v. COLLOCARE, legendum asserit *sculcas*, prolatis exemplis. Fatetur tamen *Scultatores* esse ap. *Veget.*)

SCURRO, onis, m. Scurra. *Gloss. Hildeb.* Scurro, subtilis impostor. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 579. Scurronem irrisorem dicunt. *Gloss. Pap.* Scurronem irrisorem dicimus. || Tortor. *Liberat. Breviar.* p. 161. Jussit eam a scurrone duci. — De verbo fusius agit *Cang.*, nec ostendit unde talis sensus deducendus sit. Hic mendum latere arbitror, et ultro legerem *secūrio*, a verbo *securis*.

SCŪTĀNEUS, a, um, adj. Scuto similis. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 562. Scutanei sunt termini, hoc est dolatiles.

SCŪTRILLA, æ, f. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 567. Scutrilla, corrigia minor qua gubernatur scutrum contra ventum.

SCŪTRILLUS, i, m. Parva scutra (vel parvum scutrum). *Pomp. gram.* p. 154. Scutra facit in deminutione scutrillus. Ecce in principali generis feminini est, in deminutione masculini.

SĔCĀBĬLĬTAS, atis, f. Natura ejus qui secari potest. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 15. In Deo hujus secabilitatis et localitatis partes et spatia esse non dicimus.

SĔCĀLICIUS. Vid. SEGALICIUS.

SĔCĀTIO, onis, f. Sectio (gall. *section*). *Præcept. Music.* (ex *August.*) ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 133. Ipsæ duæ lineæ, quæ ipsa secatione fiunt, procul dubio lineæ sunt. (Vocem notat editor.) — Nomina *Secator*, *Secatura* sunt ap. *Cang.*

SECTO, as, are, a. Sector. *Varr. R. R.* 2, 9. Qui vellet se a cane sectari. *Prisc.* p. 799. Sequo et Sequor, Secto et Sector. || Seco. *Gloss. vet. S. Genov.* Messuisse (male Messisse), sectare.

SECTOR, oris, m. Qui secat (scil. angulus, gall. *secteur*). *Boet. Geom.* 1, p. 1494. Sector circuli est figura quæ sub duabus a centro ductis lineis, et sub circumferentia quæ ab iisdem comprehenditur, continetur.—Quem peculiarem sensum omittit *Forcell.*

SĔCŪRIO, onis, m. (securis). Tortor. Vid. SCURRO.

SĔCŪTUS vel SĔQUŪTUS, a, um, part. Qui secutus est. *Cæs. B. Gall.* 1, 24. Helvetii, cum omnibus suis carris secuti, impedimenta in unum locum compulerunt. *Virg. Æn.* 3, 54. Res Agamemnonias victriciaque arma secutus. *Hor. Carm.* 3, 27, 59. Zona bene te secuta elidere collum. *Plin.* 6, 23, 26. Secuta ætas propiorem cursum indicavit. *Curt.* 3, 8, 5. Suam secuti fidem milites.

SĒDĔCENNĀLIS, e, adj. Sedecennis. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 185. Qui etiam sedecennalem paschæ circulum reperiens, etc. — Nomen *Sedecennitas* citat *Cang.* ex *S. Cyril.*

SĒDĔCĬMUS, a, um, adj. Sextus decimus. *Capel.* 6, p. 224. Luna ab octava in sedecimam tantum supra terras vident. — Cf. TERDECIMUS.

SĒDĔCUPLUS, a, um, adj. Qui quantitatem aliquam sedecies continet. *Bed. De Ration. Calc.* t. I, p. 158.

SĒDŪCĬBĬLIS, e, adj. Qui seduci potest. *Interp. Iren.* 1, 9. Mulieres quæ habent timorem Dei, et non sunt seducibiles. Cf. *Cang.*

SĒDŬLUM, adv. Sine dolo, bona fide. *Vet. Plebisc.* ap. *Fest.* in v. PUBLICA (pondera).

SĔGĀLICIUS panis, m. Panis e segali vel secali, et ideo secundarius. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 21. Et cf. *Cang.* in v. SEGELATIUS. (Qui enim scripturam mire variavisse ostendit : *Secale*, *segale*, *segula*, *sigalum*, *sicalum*, *sigalis*, *sigelis*, etc.)

SĒGRĔGĀTĪVUS, a, um, adj. Qui segregat. *Asper*, p. 1730. Segregativa pronomina. (Gall. *distributifs*.)

SĒJUNCTISSĬMUS, a, um, part. superl.

Ennod. Ep. 2, 6. Ad illud venio, in quo me sejunctissimus instruxisti.

SĔLĒNĪTES, æ, m. (σεληνίτης). Selenitis. *Prisc. Peri.* 989. Atque selenites, lunaris imagine lucis. *Solin.* 37; *Aug. Civ. D.* 37, 21; *Isid. Or.* 7, 10; *Gloss. Vat.* t. VII, p. 579.

SELLISTERNIUM, ii, n. (Vox non satis confirmata ap. *Forcell.* Adde *Gloss. Cyril.* Σελλάστρωσις, sellisternium.)

SĒMENTICIUS, a, um, adj. Sementalis. *Onomast. lat. gr.* Sementicius, σπόριμος.

SĒMENTO, as, are, n. Semen emittere. *Onomast. lat. gr.* Semento, σπερματίζω. — Unicus *Plinii* locus (*H. N.* 18, 67, 7) non sine controversia est.

SĒMESTRĀLIS, e, adj. Semestris. *Inscr. Orel.* t. III, n. 5411.

SĒMĬCŎLUMNIUM, ii; n. *Gloss. Isid.* Cilindrum (Cylindrum), semicolumnium. Et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 515. Ciliandrum (*sic*), semicolumnium.

SĒMĬCORUS, i, m. Dimidium mensuræ cori (hebr. *cor*) ad grana metienda. *Ambros. Ep.* 6, 39. Qui dixit : In coro et in semicoro hordei. In coro mensuræ plenitudo est, in semicoro semiplena mensura.

SĒMĬDĔCĬMÆ, arum, f. pl. Dimidia pars decimarum. *Cod. Theod.* 14, 4, 4. Per singulas semidecimas. Cf. *Cang.* — Eodem modo dicuntur *semicentesimæ*.

SĒMĬDIĂMĔTER, m., vel SĒMĬDIĂMETRUS, i, f. Dimidiata diametrus. *Boet. Geom.* 2, p. 1534. Et in semidiametro XIIII pedes habeas.

SĒMIFRACTUS, a, um, adj. Dimidia parte fractus. *Bed. Eccl. Hist. Angl.* 5, 13. Defluentibus circa eum semifractarum crustis glacierum.

SĒMĬGOMOR, indecl. Dimidium mensuræ gomor. *Ambros. Ep.* 9, 76. Per semigomor semiplena mensura intelligitur.

SĒMIINSŬLA, æ, f. Peninsula. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 17. Sed aliquot millibus passuum ab hac semiinsula ad Eurum secreta (insula).

SĒMĬLŪNIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 564. Semilunium, dimidia luna.

SĒMĬNĀLIS, e, adj. Qui ad semen (virile) pertinet (gall. *séminal*). *Theod. Prisc.* 4, 2. Seminalium vasculorum interiora. *Ibid.* (sæpius). Seminales viæ. — Vox in Lexicis comparet; hic sensus deest.

SĒMĬNĀLĬTER, adv. In modum seminis. *Interp. Iren.* 1, 1. In quo omnia Pater dimisit seminaliter. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 21. Illa quæ ex his confiunt, seminaliter coeuntibus.

SĒMĬNĀTUS, a, um, part. *Ambr. In Luc.* 5, 6. Eum jam in sabbato per seminata traducit, hoc est admovet fructuosis itineribus. (Ubi *seminata* sunt *sata*.) *Collect. Voc.* in *Thesaur. utr. Ling.* p. 818. Σπαρτός, seminatus. *Acro* ad *Hor. A. P.* 187. Draco ex cujus seminatis dentibus dicitur acies armatorum nata esse. — Unum exemplum, et translato sensu, habet *Forcell.*

SĒMĬPALLĬDUS, a um, adj. Subpallidus. *Zeno Veron.* p. 304. Messibus flavis, semipallidis olivis.

SĒMĬPĀSTUS, a, um, adj. Media parte consumptus. *Isid. Or.* 12, 5. Nec advolat (eruca), ut locusta, ut, huc illucque discurrens, semipasta dimittat, sed.... universa consumit.

SĒMĬPERFECTIO, onis, f. Dimidia pars perfectionis. *Ambr. Ep.* 6, 39. Plenitudo in evangelio, semiperfectio in lege.

SĒMIPLĂGIUM, ii, n. (plaga). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 564. Semiplagium, quoddam parvum rete. *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 579. Semiplagium, minus rete (male *recte*) dicitur. Cf. *Cang.*

SĒMĬPŎDIUS, a, um, adj. Semipes. *Mar. Vict.* p. 2615. Inter quos, semipodia syllaba posita, heroi tetrametri Archilochus metrum implevit.

SĒMĬSĂLĪTUS, a, um, adj. Modico sale conditus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 527. Salitus; quod componitur Semisalitus. (Gall. *demi-sel.*)

SĒMĬSĬLĬQUA, æ, f. Dimidium siliquæ. *Novel. Majorian., tit.* 7. Officium sane præfectorum sex semisiliquas consequatur. (Alii leg. *semis siliquas.*)

SĒMĬSŎNUS, a, um, adj. Semisonans, semivocalis; qui non fortiter sonat. *Mar. Vict.* p. 2455. Superest ut septem reliquas (litteras), semisonas.... ordine persequamur. *Isid. Or.* 1, 4. Vocales et semivocales et mutæ a veteribus sonæ et semisonæ et insonæ dictæ sunt. *Id. ibid.* Semivocales

dictæ eo quod quiddam semisonum de vocalibus habeant. *Arn. In Psalm.* 130. Ita ut, quidquid ab ortu meo semisonis balbutientis infantiæ verbis aliquid forte peccavi, cognoscas.

SĒMISPĂTHIUM, ii, n. Semispatha. *Isid. Or.* 18, 6. Semispathium gladius est a media longitudine spathæ appellatus. Cf. *Cang.*

SĒMISPHÆRA, æ, f. Semisphærium. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 553. Hemisphærium semisphæra latina lingua intelligitur.

SĒMISPHÆRIUM, ii, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 560. Semisphærium, hemisphærium, media sphæra. *Boet. Music.* 4, 18, p. 1469. Puncto quo nervus semisphærium tangit. *Id.* p. 1470. (Etiam *Hemisphærium* apud eumdem legitur, p. 1469. Duo *hemisphæria*, quas magadas Græci vocant.)

SĒMĬTĀTUS, a, um, adj. Qui semitam habet (*une raie dans les cheveux*). *Mart.* 6, 74, 2. Calvam trifilem semitatus unguento. (Sic codd. *Florent.* et *Vatic.* Sic etiam edd. princip. *Rom.* 1473, et *Venet.* 1476, quas vidi. Nunc plerique editi *semitactus:* quod parum placet. Alia est scriptura, sed pessima, quæ iterum scribi non debuit, *segmentatus.* Hoc nempe glossema est ingenuæ lectionis *semitatus.*)

SĒMITRUNCUS, a, um, adj. Dimidia parte truncatus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 534. Mutilum (male Motinum), sine cornibus, semitruncum.

SĒMĬVĒCORS, ordis, adj. Stultulus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Semivecors, minimus a vecorde.

SEMPERFLŌRENS, tis, adj. *Lucr.* 1, 125. Unde sibi exortam semperflorentis Homeri Commemorat speciem lacrimas effundere salsas. *Ambr. Hexaem.* 3, 17. Hanc viriditatem gratiæ semperflorentis in Christo secuta ecclesia. — *Semperflorens* melius uno verbo, ut *sempervivum.*

SEMPERFRONDENS, tis, adj. *Ovid. Met.* 8, 295. Baccaque cum ramis semperfrondentis olivæ. — Scribitur et divisim. Sed cf. vocem præced.

SĔNĀTRIX, icis, f. Uxor senatoris (gall. *sénatrice*). *Prisc.* p. 638. Et *Cang.* in v. SENATORES.

SĔNĔCIA vel SĔNĬCIA, æ, f. Mystax. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 562. Senitia, pilatura labrorum. Hieronymus : Manducas (manducans) senitias. (Sed vid. infra.) *Johan. de Jan.* Dicitur hæc senecia quasi pilatura labiorum.... Alii dicunt quod seneciæ dicuntur salivæ defluentes per genas senis, quas præ senectute retinere non potest.... Unde Hieronymus in Prologo Ezechielis : Ut vocentur fagolidoros, hoc est manducantes senecias. (Ed. autem *Bened.* exhibet : « Φαγολοίδοροι, id est manducantes sannas. » Librorum quidem lectiones agnoscit *senecias, senetias* vel *senedas,* sed eas explodit.) Cf. *Cang.*

SENSĀTĒ, adv. Cordate (gall. *sensément*). *Vulg. Eccli.* 13, 27. Locutus est sensate.

SENSĀTIO, onis, f. Cogitatio. *Interp. Iren.* 2, 16. Hæc autem sensatio, in multum dilatata, consilium facta est. Cf. *Cang.* — Alio sensu nostra vox *sensation.*

SENSŌRIUM, ii, n. Locus ubi sensus residet. *Boet. Arist. Top.* 8, 5, p. 732. Perinde ac in memoriæ sensorio solum loci propositi statim faciunt ipsas res memorare. — Quam vocem philosophi ac medici nostri retinuerunt (*le sensorium*).

SENSUĀBĬLĬTAS, atis, f. Sensatio. *Iren. Interp.* 2, 13, n. 3, citante *Cang.* Totus quum sit sensus, et totus spiritus, et totus sensuabilitas. (Quod non eo loco reperitur in ed. *Erasm.* Ex lib. 5 excerptum, ultro crediderim.)

SENSUĀBĬLĬTER, adv. Sensualiter. *Interp. Iren.* 5, 18, n. 3, citante *Cang.* Sensuabiliter legem statuens, universa quæque in suo perseverare ordine.

SENSUĀLĬTER, adv. Juxta sensum corporeum. *Claud. Mamert. Stat. An.* 2, 12. Omnium sensualiter viventium principaliter tactus ex terra est. *Thom.* p. 515. || Sensim. *Isid. De Nat. Rer.* 33, *De Pluviis.* Pluviæ nubium eloquia sunt apostolorum, qui quasi gustatim, id est sensualiter veniunt.

SENTENTIĀLIS, e, adj. Sententiosus. *Cassiod. Rhetor.* p. 566. Sententiale (membrum) est quod sententia generalis addicit. *Isid. Or.* 2, 9. Tertium (enthymematis membrum) sententiale.

SENTIX, icis, m. f. Sentis. *Apul. Herb.* 87. Itali senticem appellant, alii rubum.

Isid. Or. 17, 7. Rhamnus genus est rubi, quam vulgo senticem ursinam appellant. *Gloss. vet. S. Genov.* Rubus, sentix agrestis. *Ibid.* Rhamnus, quod vulgo senticem ursinam appellant. — A genitivo *senticis*, ut recte *Furlan.* notat, *senticetum* et *senticosus* deducuntur.

SEORSIM, adv. Seorsum. *Prud. In Symm.* 2, 744. Hinc alios, ast inde alios properare, seorsim Quemque per anfractus proprios. (Sed alii *seorsum*. Legimus ap. *Forcell.* « *Seorsim* barbarum est. » Quod mihi non satis compertum.)

SĒPĂRĀBĬLĬTER, adv. Separatim. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 37. At vero accidens de solis tantum illis, quibus inseparabiliter continetur, vel quibus separabiliter.

SĔPĔLĪTUS, a, um, part. Sepultus. *Prisc.* p. 909. Antiquissimi etiam *sepelitum* dicebant. Unde Cato in Thermum: Mortuus est, sepelitus est. *Id.* p. 929. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1767. Quæque fuerunt tibi funeri lata; sunt sepellita (*sic*). — Inde nomen *Sepelitio*, quod ap. *Cang.*

SĒPLĂSIA, æ, f. Ars seplasiorum (*la droguerie, la parfumerie, l'épicerie*). *Plin.* 34, 25, 1. Credunt (medici) seplasiæ omnia fraudibus corrumpenti. *Id.* 33, 57, 3. Non obliti, olim Demetrium a tota seplasia, Neronis principatu, accusatum apud consules. *Id.* 16, 18, 1. Unde fraus seplasiæ. *Aus. Epig.* 123. Perspice ne mercis fallant te nomina, vel, ne Aere seplasiæ decipiare, cave. *Gloss. vet. S. Genov.* Seplasia, statio ubi pigmenta venduntur, quod græce myropolion dicitur. (Apud *Forcell.* Seplasia nihil aliud est nisi Capuæ platea. *Freund*, qui sensus distinguit, confundit exempla.) || Pigmentum. *Pompon.* apud *Non.* p. 226. Venit rogatum nos quando nostræ essent seplasiæ. — *Seplasium*, neutro genere, est ap. *Forcell.* et *Cang.*

SEPTANGŬLUS, a, um, adj. Qui septem angulos habet. *Onomast. lat. gr.* Septangulus, ἑπτάγωνος.

SEPTEMPĔDA, æ, f. Pertica septem pedum. (Cujus verbi usum memorat *Cang.*) — Etsi nullum antiquum dictionis exemplum suppetit, nemo non eam agnoscet, quum meminerit adjectivi *Septempedalis*. Quam etiam innuit locus in *Libro Colon.*, *Gromat. vet.* p. 258. Septempeda, oppidum.

SEPTEMPLĬCĬTER, adv. Septifariam. *Vulg. Isai*, 30, 26. Et lux solis erat septempliciter, sicut lux septem dierum. (Quod citat *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 172.) Cf. *Cang.*

SEPTĬCHORDIS, e, adj. Septemchordis. *Acro* ad *Hor. Carm.* 1, 1, 34. Septichordes lyras tendere.

SEPTICIUM, ii, n. Septum. *Ennod. Epig.* 46, *in lemmate.* De muræna quæ in septicio clauditur.

SEPTIESDĔCIES, adv. Septies et decies. *Bed. De Numer.* t. I, p. 100.

SEPTĬMO, adv. Septimo loco. *Cassiod. De Anim.* 12. — Quem sensum nullo confirmat exemplo *Forcell.*

SEPTĬMONS, ontis, adj. Qui septem montes habet. *Gloss. Cyril.* Ἑπτάλοφος, septimons.

SEPTUĀGĒSĬMĀLIS, e, adj. Septuagesimus. *Bed. Argum. Lun.* t. I, p. 202. Et de Septuagesimali terminos quidem in omni bisextili anno hoc observabis.

SEPTUĀGESSIS, is, m. Septuaginta asses. *Prisc.* p. 1356.

SEPTUS, us, m. Septum. *Gloss. Cyril.* Μάνδρα, hic septus. *Ibid.* Σηκὸς τετραπόδων, septus. — Declinationem indicat locus *Julii Valer. Itin. Alex.* 106, *hoc septu*, et ipsum verbum fulcitur, de quo dubitabant.

SĔQUENTER, adv. Infra, inferius. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 4. Cui qualis fuerit interitus, sequenter scribemus. *Fragm. Sermon. Arrian.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 218. Adhuc et in hoc sequenter docet per ordinem ut, etc. *Gloss. Philox.* Sequenter (male Sequientes), τὰ ἑξῆς. Cf. *Cang.*

SĔQUENTIA, æ, f. Consequentia, series. *Boet. Arithm.* 1, 23, p. 1311. Cuncti qui sequuntur, omnium ordine multiplicium sequentias varietatesque custodiunt. *Ib.* 2, 11, p. 1332. Ad eamdem sequentiam cuncti procedunt. *Id.* p. 1312 et 1327. *Hilar. In Epist. ad Ephes.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 111). Servans exempli ipsius sequentiam. *Ibid.* p. 125. Non a sola sequentia, sed, etc. *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 128. Aptissumis verbis et congruentibus, quoniam naufragium dixerat, custodivit sequentiam. Cf. *Cang.*

— Priscum habemus liturgiæ verbum *séquence*.

SĔRĀTUS, a, um, part. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 6. Obstaculo nullo serata, ipsa dedit præda tinnitum.

SĔRĒNUM, adv. Cum serenitate. *Eucher.* p. 308. Serenum renidet tranquillitas.

SĒRIĒ, adv. Serio. *Aurel. Vict. Antonin. Fulv.* Justitia quam ornabat vultu serie pulchro. (Sed alii : vultu *sereno et* pulchro.)

SERMŌCĬNO, as, are, n. Sermocinor. *Isid. Or.* 1, 39. Quum animalia muta inter se sermocinasse finguntur.

SERPĒDO, inis, f. *Isid. Or.* 4, 8. Serpedo est rubor cutis cum pustularum exstantia. *Thom.* p. 563. Serpedo, tumor qui serpit in cute. Et *Johan. de Jan.*

SERPENTĬFORMIS, e, adj. Qui formam serpentis habet. *Interp. Iren.* 1, 34. Hunc autem serpentiformem et contortum Nun, etc.

SERPENTUM, i, n. Monilis genus. *Isid. Or.* 19, 31. Hoc (monile) etiam et serpentum dicitur. (Boni codd. *Guelpherb.* habent *serpentium, serpentinum.* Sed *Glossæ Pap.* etiam dant *serpentum.*)

SERRA, æ, f. Sera. *Excerpt. ex. Vet. Lex. lat. gr.* p. 342. Serra, μοχλός. (Cf. *Cang.* in v. SERRA, n. 1. Et vid. sup. SARRA.) — Cadente latinitate, male litteram *r* geminaverunt, et *seram* confuderunt cum *serra.* Unde etiam Gloss. ap. *Cang.* Serra, πρίων, καὶ μοχλὸς θύρας. Quam barbariem ipsi retinuimus in verbis *serrure, serre, serrer.*

SERRĀTA, æ, f. Chamædrys. *Plin. H. N.* 24, 80, 2. Alii serratam, et ab ea serram inventam esse dixere.

SERTO, as, are, a. Corono. *Gloss. Philox.* Serta, στέφανος, στέμματα. Sertat, στεφανοῖ. (Unde particip. *sertatus.*) Cf. *Cang.*

SERTOR, oris, m. Qui serit vel implicat. *Gloss. arab. lat.* Sertor. — Non liquet, quum desit interpretatio. Vocabuli exemplum habet *Cang.*, et interpretatur *sartor.*

SESCONTRĀRIUS, a, um, adj. *Frontin.* in *Gromat. vet.* p. 33. Cujus rigoris incessum ut sescontrario æquemus. *Hygin. ib.* p. 187. Ab hoc enim exemplo sescontrariæ partis, etc. — Sed vox incerta. Vid. inf. SUBCONTRARIUS.

SESQUĬCŬBĬTUS, a, um, adj. Qui cubitum et dimidium habet. *Gloss. Cyril.* Πῆχυς εἷς ἥμισυ, sesquicubitum (male *secubitum*). — Notum est dici *bicubitalis* et *bicubitus, a, um.*

SESQUĬDĔCĬMUS, a, um, adj. Aliquem numerum et decimam ejus partem continens. *Boet. Music.* 2, 9, p. 1400. Hi (L et LV) ergo ad se invicem sesquidecima habitudine comparantur.

SESQUĬNŌNUS, a, um, adj. Aliquem numerum et nonam ejus partem continens. *Boet. Geom.* 1, p. 1518. Sesquinona comparatio.

SESQUIOCTĀVUSDĔCĬMUS, adj. Aliquem numerum et octavamdecimam ejus partem continens. *Boet. Music.* 3, 2, p. 1420.

SESQUĬQUARTUS, a, um, adj. Aliquem numerum et quartam ejus partem continens. *Boet. Arithm.* 1, 24, p. 1312. Quod si minoris habeat (numerus) medietatem, vocatur sesquialter; si vero tertiam partem, vocatur sesquitertius; si vero quartam, vocatur sesquiquartus; et si quintam, vocatur sesquiquintus. *Ib.* 2, 33, p. 1346. Si quartum (compares) quarto, sesquiquarta (proportio procreatur); et si quintum quinto, sesquiquinta.

SESQUĬQUINTUS. Vid. v. præced.

SESQUĬSEPTĬMUS, a, um, adj. Aliquem numerum ejusque septimam partem continens. *Boet. Arithm.* 2, 44, p. 1357. Sesquiseptima comparatio. *Id.* p. 1518.

SESQUĬSEPTĬMUSDĔCĬMUS, adj. Aliquem numerum ejusque septimamdecimam partem continens. *Boet. Music.* 3, 2, p. 1420.

SESQUĬSEXTUS, a, um, adj. Aliquem numerum ejusque sextam partem continens. *Boet. Arithm.* 2, 44, p. 1357. *Id.* p. 1518.

SESQUĬSEXTUSDĔCĬMUS, adj. Aliquem numerum ejusque sextamdecimam partem continens. *Boet. Music.* 3, 2, p. 1420. *Id.* p. 1418.

SESQUĬTRĪCĒSĬMUS et SESQUĬVĪCĒSĬMUS, a, um, adj. Aliquem numerum ejusque tricesimam seu vicesimam partem continens. *Boet. Music.* 5, 16, p. 1480.

SESSUS, us, m. Sedile. *Faustin. Libel. Prec.* p. 39. De sessu in terram eliditur. || Sedes (translate). *Jul. Valer. Alex. Ort.* 42. Contentus imperio Pellæ ac Macedoniæ sessu. — Unum exemplum dat *Forcell.*,

neque hos sensus. Cf. *Cang.* in. v. SEDES, n. 4.

SETIM, ind. Cujusdam ligni nomen apud Hebræos. *Vulg. Exod.* 25, 10. Arcam de lignis setim compingite. *Ibid.* sæpius.

SETĬMUS, a, um, adj. Septimus (ital. *settimo*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3729. Et discessit setimo calendas Acustas (*sic*).

SĒVŎCĀTOR, oris, m. *Gloss. Paris.* Sevocator, sollicitator, qui in secreto decipit. *Gloss. Cyril.* Ἀποχωριστής, sevocator.

SEXĀGESSIS, is, m. Sexaginta asses. *Prisc.* p. 1356; *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

SEXFASCĀLIS, is, m. Præfectus provinciæ (qui sex fasces habet). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2542. Fl. Simplicius... consularis sexfascalis p(rovinciæ) N(umidiæ) Constantinæ. (Sæpius compendiose scriptum, ut n. 1852 et 2170 et 2172.) Cf. QUINQUEFASCALIS.

SEXIESDĔCIES, adv. Sedecies. *Prisc.* p. 1355.

SEXTĀRIĀTĬCUM, i, n. Quod pro singulis frumenti vel cujuscumque grani sextariis domino exsolvitur. *S. Greg. Épist.* 1, 42. Valde autem iniquum et injustum esse prospeximus ut a rusticis ecclesiæ de sextariaticis aliquid accipiatur, et ad majorem modium dare compellantur quam in horrea ecclesiæ infertur. Cf. *Cang.*

SEXTUPLĬCĬTER, adv. Sex vicibus. *Bed. De Numer.* t. I, p. 101.

SFUNGIA vel SFONGIA, æ, f. (σφογγιά). Spongia. *Isid. Or.* 12, 6. Sfongia a fingere, id est nitidare et extergere, dicta. (Alterutrum habent optimi codd. Qui scribunt *spongia*, ut *Lindem.*, auctorem emendant, non exprimunt.) || Idem ait, translate dici *sfungiam* de quodam lapide (19, 10), et de pane aqua diutissime laxato (20, 2). Cf. *Gloss.* ap. *Cang.*, qui eum lapidem *pumicem* esse nos docet.

SĪBĬLĀTIO, onis, f. Sibilum. *Vulg. Sapient.* 17, 9. Serpentium sibilatione commoti. Cf. *Cang.*

SĪBĬLĀTOR, oris, m. Qui sibilat. *Boet. Arist. Analyt. post.* 1, 10, p. 531. Sicut enim illud est Anacharsidis, quod in Scythis non sunt sibilatores. — *Sibilatrix* est ap. *Capel.*

SĪBĪLUS, i, m. Serpentis genus. *Isid. Or.* 12, 4. Sibilus idem est qui et regulus. Sibilo enim occidit, antequam mordeat vel exurat. Et *Gloss: Vat.* t. VII, p. 579.

SICCĀMEN, inis, n. Aridum aliquid. *Gloss. Paris.* Cremia (male Gremia), siccamina lignorum. Cf. *Cang.*—Vocem addidit *Bailey*, tanquam ex *Isidoro;* locum vero non indicat. Quam quum in notis meis non habeam, asseverare ausim non esse ex *Originibus.*

SICEL, indecl. Vid. SICLUS.

SICILA, æ, f. Cultri genus (*couteau, tranchet*). *Gloss. Philox.* Sicila, σμίλη, ἀρβήλιον... Sicila, σμῖλα χαρτοτόμος. — A nomine *sica* deductum verbum mihi videtur.

SICLUS, i, m. Ponderis cujusdam et monetæ argenteæ nomen apud Hebræos. *Isid. Or.* 16, 25. Sicel, qui latino sermone siclus corrupte appellatur, hebræum nomen est, habens apud eos unciæ pondus. *Eucher. De Pond.* p. 292. Sicel, qui in latina lingua corrupte siclum dicitur. *Vulg. Exod.* 21, 32. Triginta siclos argenti domino dabit. *Ibid.* sæpissime. Cf. *Cang.* — Pauca habet *Forcell.*

SĪFĪLUM, n., vel SĪFĬLUS, i, m. Sibilum. *Prisc.* p. 560. Unde antiqui sifilum quoque, pro sibilum, teste Nonio Marcello, De Doctorum indagine, dicebant. (Sed *Non.* p. 531, nunc exhibet *sifilationibus.*)

SĬGILLO, as, are, a. Signo crucis fugo. *Ven. Fort. Vit. S. Marcel.* 10. Quod draconem sigillavit ille. — Vox est ap. *Cang.* alio sensu.

SIGNĀLIS, e, adj. Signi loco constitutus. *Auct. Limit.* p. 267, ed. *Gœs.* Glareas fluminales.... signales constituimus. — *Cang.* nomen profert *signale*, unde nos habemus *signal.*

SIGNĀLĬTER, adv. Figuraliter. *Cassiod. Var.* 1, 10. Res.... quæ tot arcana naturæ signaliter contineret. *Eucher.* p. 215. Ecclesiam signaliter demonstrare voluit.

SIGNĀTŌRIUM, ii, n. Signatorius annulus. *Alcim. Avit. Ep.* 78. Signatorium igitur.... in hunc modum fieri volo. *Gloss. Cyrill.* Σφραγιστήριον, signaculum, signatorium.

SIGNES, pl. Mensura quædam itinerum apud Ægyptios. *Isid. Or.* 15, 16, 1. (Sed *Areval.* et *Lindem.* habent *schœnos.*)

SIGNĬFĬCĀTĪVĒ, adv. Significanter. Vid. in v. CONSERVATIVE.

SIGNIO, is, ire, n. *Prisc.* p. 1263. Signum. Verbum Signo, as, et Signio, is; et ex eo compositum Insignio, is; unde insignitus. *Onomast. lat. gr.* Signio, is, σημειόω. — Prima verbi figura, sed inusitata.

SĬLĬCON, n. Vid. XYLIGLYCON.

SĬLĪGĬNĀCEUS, a, um, adj. Siligineus. *Plin. Valer.* 1, 46. Siliginaceos furfures.

SILVĬCŎMUS, a, um, adj. Cui silva pro coma est. *Poet.* ap. *Mar. Vict.* p. 2592. Ibam forte per arduum montis silvicomi nemus.

SĬMĬLĀGĬNEUS, a, um, adj. Ex similagine factus. *Vulg. Eccli.* 39, 31. Panis similagineus. Cf. *Cang.* — *Senecæ* exemplum *Forcell.* exhibet, quod explodit.

SIMILARIA, æ, f. Vid. SMILARIA.

SĬMĬLĀTIO, onis, f. Simulatio, similitudo. *Gloss. Hildeb.* Similatio, fictio (male finctio). *Boet. In Porphyr.* 3, p. 78. Quorum est commune, quorumque naturam ac similationem continet. Cf. *Cang.*

SIMILIANICIUS, m. Vid. ZMILAMPIS.

SĬMĬLO, as, are, a. Assimilo. *Vulg. Hebr.* 2, 17. Debuit per omnia fratribus similari. *Onomast. lat. gr.* Similo, ὁμοιόω. *Diom.* p. 362. Similo non dicimus, sed Similis est. Cf. *Cang.*

SĬMŌNIĂCI, orum, m. pl. Qui Simonem magum sectantur. *Bed. Eccl. Hist. Angl.* 5, 22. Ut merito talem simoniacis, et non christianis, habitum convenire cognoscat. *Isid. Or.* 8, 5. Simoniaci dicti a Simone magicæ disciplinæ perito. (Sic unus cod. *Guelph.* Vulgo *Simoniani*, quod nec improbo. Inter talia hæsitant librarii : in eodem capite legimus *archontiaci* et *archontiani*.) *Johann. de Jan.* A simonia dicitur *simoniacus*, qui facit simoniam. || Simoniacus, a, um, adj. *S. Greg. Epist.* 4, 8. Ne laqueis simoniacæ, quod absit, hæreseos illigetur. *Ibid.* 4, 50 et 53. Cf. *Cang.* in v. SIMONIA. — Gall. *simonię, simoniaque.*

SĬMŌNĬDIUM metrum, n. (Simonides). *Serv. Centim.* p. 1820 et 1822.

SIMPLĀBĬLIS, adj. Simplex. Vid. v. seq.

SIMPLĬCĀBĬLIS, e, adj. Simplex. *Cassiod. De Anim.* 12. Unum triplex trinumque simplicabile. (Sic *Garet.*, probante *Furlan.* Sed vett. edd., et *Garet.* in marg., exhibent *simplabile.*)

SIMPLO, as, are, a. Simplicem reddo. *Sedul.* 1, 281. Quod simplex, triplicet, quodque est triplicabile, simplet.

SĬMŬLĀTICIUS, a, um, adj. Simulatus. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 15. Adversus simulaticias diaboli fraudes valuerit. Cf. *Cang.*

SĬMŬLĀTIOR, us, part. compar. *Petron. Fragm. carm.* p. 680, ed. *Burm.* Non satis est vulgasse fidem : simulatius exit Perditionis opus.

SĬMŬLĀTŌ, adv. Simulate. *Ennod. Apolog. pro Synod.* p. 328. Dum simulato ferunt persecutionem se debere criminibus.

SĬMŬLĀTŌRIĒ, adv. Cum simulatione. *Aug. De Pecc. orig.* 40. Quamvis in parvulis existiment simulatorie, potius quam veraciter fieri. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 60. Deus equidem non superficialiter dilexit nos, non simulatorie.

SĬMŬLĀTŌRIUS, a, um, adj. Simulatus. *Pseudo-Cassiod. De Amic.*, *Prol.* In amicitia vera nihil est inhonestum, nihil simulatorium. *Vincent. Lirin. Commonit.* p. 338. Persona non simulatoria, sed vera.

SĬMULTO, as, are, a. Inimico. *Onomast. lat. gr.* Simulto, ἐχθαίρω.

SĪMUS, i, m. Quoddam thynni genus. *Collat. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 817. Σῖμος, ὁ, simus, piscis. Σιμός, simus.

SINCĒRO, as, are, a. Sincerum facio. (Recensetur inter verba primæ declinationis a *Diom.* p. 361. Et particip. *Sinceratus* ap. *Cang.* est.)

SINGŬLĀRES, ium, m. pl. Equites corporis custodiæ præpositi. *Tac. Hist.* 4, 70. Accessit ala singularium. (Hoc exemplum et alia habet *Forcell.* Quibus nova addere libuit.) *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3586. Miles exactus cortis (*sic*) singularium. *Ibid.* n. 3588 et 4077. || *Singularius* etiam dicitur, ut ostendit *Inscr.* ap. *Forcell.*

SINGŬLĀRIZĀTUS, a, um, part. Singularis, eximius. *Cassiod. Instit. lib. Discipl.*, *Præf.* Opere Dei singularizato.

SINGŬLĀTOR, oris, m. Singularis vel singularius. *Gloss. Philox.* Singulator, ἐπιπαστής, κέλης. Cf. *Cang.* (Et vid. sup. DISSULTOR.) — Duplex declinatio fuit, ut *cooperator, cooperarius; sagittator, sagittarius.*

SĬNISTRĀTUS, a, um, adj. Ad sinistram situs. *Nips.* in *Grom. Vet.* p. 290. An in citrato et dextrato (agro), an in sinistrato et ultrato. *Id.* p. 291. Pars sinistrata. — Verbum *Sinistrare* est ap. *Cang.*

SINOCHITIDÆ, arum, m. vel f. pl. Lapidis genus. *Isid. Or.* 16, 14. Sinochitidæ umbras inferorum evocatas tenere dicuntur. (Alii, *Synochitidæ.*)

SINTHICIA, æ, f. Vid. SYNTHICIA.

SIPLA, adj. n. pl. *Isid. Or.* 19, 26. Sipla tapeta ex una parte villosa, quasi simpla. (*Areval.* habet *psĭla.* Quod verum videtur.)

SIRA, æ, f. (σειρά). Funis. *Cassian. Coll. Patr.* 18, 15. Absconditum codicem inter plectas palmarum, quas illi siras vocant. *Gloss. Cyril.* Πλεκτή, sira.

SĪRĒNA, æ, f. Siren. *Hier. Ep.* 18, *Ad Eustoch.* Ibi dæmones saltent et sirenæ nidificent et hericii. *Ibid.* Quid cum hoc dulci et mortifero Sirenarum carmine? *Id. Ep.* 48, *Ad Furiam.* Fidicinas et psaltrias, quasi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis. *Isid. Or.* 12, 4. In Arabia autem serpentes sunt cum alis, quæ Sirenæ vocantur. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 9, 149. Ut Sirenarum periculum posset evadere (Ulixes). *Mythog. prim.* ap. *Mai.* t. III, p. 121. Sirenæ igitur græce, latine trahitoriæ dicuntur. *Gloss. Paris.* Syrenarum (*sic*) cantus meretricum magicus (male magicas). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 579. Sirenarum cantus. *Gloss. vet. S. Genov.* Sirenæ: in his dæmones aut dracones cristati, magni, volantes.

SĪRŎMASTES, æ, m. (σειρομάστης). Pugio seu lanceola. *Hier. Ep.* 37, *Ad Riparium.* Legi enim siromasten Phinees, austeritatem Heliæ. Cf. *Cang.* et *Thes. Græc. Ling.*

SIRUPUS. Vid. SYRUPUS.

SĬTĪBUNDUS, a, um, adj. Sitiens. *Onomast. lat. gr.* Sitibundus, διψαλέος.

SĪTŌNĬCUM, i, n. (σιτωνικόν). Publicum horreum. *S. Greg. Epist.* 1, 2. Tanta (frumenta) transmissa sunt quæ ad replendum sitonicum sufficerent.

SIZIO, is, ire, n. (σίζω). Sibilo. *Boet. Arist. Anal. post.* 2, 11, p. 551. Si tonat exstincto igne, necesse est sizire et sonare.

SMILARIA, æ, f. Instrumentum quoddam medicum. *Isid. Or.* 4, 11. (Vulgo *similaria.* Sed recte mihi videtur *Lindem.* verbum deducere a græco σμίλη, cujus usus est in expurgandis vulneribus.) Cf. *Cang.* in v. SIMILARIA.

SMYRIS, idis, f. (σμύρις). *Isid. Or.* 16, 4. Smyris, lapis asper et indomitus, omnia atterens: ex quo gemmæ teruntur. (Sic recte *Lindem.*, post *Areval.* Vulgo *ismirus.* Alii codd. *hismiris*, *hismiridis*, *hismiridius.*) *Gloss. vet. S. Genov.* Smyris (male Simiris), lapis durissimus, ex quo gemmæ limantur. (Gallice *émeri.*)

SOCCELLI, orum, m. pl. *Isid. Or.* 20, 34. Socci, cujus deminutivum soccelli. *Gloss. vet. S. Genov.* Socci, deminutive soccelli.

SOCCĬTO, as, are, n. Clamare ut turdi. *Aldhelm. De Re gramm.* ap. *Mai.* t. V, p. 570. Turdi soccitant. *Thom. Thes. nov. Lat.* p. 78. Turdorum (proprietas est) trucilare vel soccitare.

SOCCUS, i, m. *Gloss. Cyril.* Κρηπίς, crepido, margo, soccus. — Cujus forte deminutivum *socculus* vocem nostram *socle* peperit.

SŎCIĀTOR, oris, m. Qui sociat. *Victorin. phil. De Physic.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 158. Salvator humani generis, cœli terræque sociator. — *Sociatrix* est ap. *Val. Flac.*

SŎDŎMIA, æ, f. Sodomitarum flagitium (*sodomie*). *S. Greg. Ep.* 8, 4. Sodomiæ illum scelere maculatum.

SŎLAR, aris, n. Sedile. *Gloss. Cyril.* Δίφραξ, solar. (Sed legendum *soliar* cum *Cangio.*)

1. SŌLĀTIO, onis, f. (solor). Consolatio. *Gloss. Paris.* Capere solatium, accipere solationem.

2. SŌLĀTIO, onis, f. (sol). Insolatio. *Cœl. Aur. Tard.* 4, 3. Item solationes, quas Græci ἡλιώσιας vocant. (Vulgo *solicationes.* Sed illud in margine editionum est, probante *Furlan.* Malim etiam *insolationes;* nam præpositio *in* facile excidit, præcedente *m.*)

SŌLĀTIOR, ari, ari, d. Consolor (vet. gall. *solacier*). *S. Greg. Epist.* 1, 19. Domino solatiante. *Id. ib.* 3, 27. Filio meo Cypriaco solatiari in omnibus debeas. *Ib.* 4, 49, *Indict.* 11; 5, 12; 8, 4, et passim. (Raro *Solari* ap. Nostrum occurrit.) Cf. *Cang.*

SŎLĔRO, as, are, a., et SŎLĔROR, aris,

ari, d. Pavimentum conficio. *Gloss. Isid.* Solerare, id est solidum facere, a solus, soleris, id est solidum. *Prisc.* p. 800. Solero et Soleror.

SŎLĬDĀTIO, onis, f. Actus solidandi (gall. *consolidation*). *Hilar. De Trinit.* p. 109. Firmamenti solidatio, aridæ nudatio, maris congregatio. — Unum *Vitruvium* arcessunt, apud quem *solidationes* peculiariter sunt fundamenta. Vocabulum translato sensu est ap. *Cang.*

SŌLĬLŎQUUS, a, um, adj. Qui solus loquitur. *Onomast. lat. gr.* Soliloquus, μονολόγος.

SŌLĬSĔQUA, æ, f. (sol, sequor). Heliotropium (frutex). *Isid. Or.* 17, 9. Unde et a Latinis solisequa nuncupatur. (Vulgo *solisequia.* Alii *solsequia.*) *Gloss. Paris.* Heliotropium.... herba latine solisequia dicitur.

SOLĬSĔQUIA, f. Vid. v. præced.

SŌLĬTĀRIĒ, adv. Singulariter. *Boet. De Trinit.* p. 1121. Sed ea fides (christiana) pollet maxime ac solitarie. — Adverbium habemus *solitairement.*

SŎLĬTĒ, adv. De more. *Corip. Johan.* 2, 283. Romanosque tuos solite miseratus alumnos Cerne pius. *Gregor. Tur. Hist. Franc.* 2, 1. Ecce cœlum solite sicut amens respicit. (Alii *solito.* Aliquis conjecit *sollicite.* Sed nihil mutem.)

SŎLĬTŌ, adv. Solite. *Isid. Or.* 12, 4. Semitas per quas elephanti solito gradiuntur. Vid. in v. præced.

SOLLĬCĬTĀTRIX, icis, f. Quæ sollicitat. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 538. Pellex, sollicitatrix thalami maritalis.

SOMNŌSUS, a, um, adj. Somniculosus, dormitor. *Gloss. Philox.* Somnosus, ὑπνωτικός. (Hoc Glossarium eodem verbo exposuit *Somniculosus.*)

SŎNŌRĬTAS, atis, f. Sonus canorus. *Prisc.* p. 541. Euphoniam, quam nos sonoritatem possumus dicere. Et cf. *Cang.* — Inde gall. *sonorité.*

SŎNŌRŌSUS, a, um, adj. Sonorus. *Gloss. Cyril.* Ψοφοδεής (imo ψοφοειδής vel ψοφώδης), sonorosus.

SŎNUS, a, um, adj. Qui sonat. *Isid. Or.* 1, 4. Vocales autem et semivocales et mutæ a veteribus sonæ et semisonæ et insonæ dictæ sunt.

SŌPĪTIO, onis, f. Dormitio. *Marc. Emp.* 29. Colice Bassi mirifica, quæ prodest sine sopitione.

SŎPŌRANS, tis, part. Sopitus. *Ven. Fort.* 3, 4, *Epist. ad Felic.* Soporantes oculos mihi aperuistis. *Cassiod. Var.* 7, 7. Eris securitas soporantium. — Non modo participium, sed verbum *soporare*, scil. dormire, videmus ap. *Cang.*

SORBELLUS, i, m. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Bombum, sorbellum. *Gloss. Paris.* Bombum, sorbellum. *Ibid.* in *Append.* Bubum (*sic*), sorbellum. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 512. Bumbum, sorbellum. — Quæ omnia mihi parum satisfaciunt. Neque rem enucleat *Hildeb.*, qui in *Glossarii* sui notis, p. 34, emendat : Bambum, sorbillum, quia, ut ait, sorbetur et hauritur. *Cangius* quidem *sorbellum* eo sensu habet, scil. haustum (*gorgée*). Sed *Glossæ Isid.*, quarum ordo est per litteras, proferunt *bombum*, non *bambum*. *Cang.*, qui dictionem bifariam exponit, Glossariorum sensum ignorat seu negligit.

SORBĬCĪNA, æ, f. Sorbitio. *Gloss. Cyril.* Ῥόφημα, sorbicina, sorbitio.

SORBILLĀTOR, oris, m. Qui sorbillat. *Gloss. Isid.* Sorbillator, degulator. *Thom.* p. 556. Sorbillator, degulator, potator, ganeo, helluo, etc.

SORDĬTIES, ei, f. Sordes. *Fulg. Myth.* 2, 16. Sicut in ovo omnis sordities.... continetur. Cf. *Cang.*

SŌRĪTĬCUS, a, um, adj. (σωριτικός). Ad soriten pertinens. *Mar. Vict. Exposit. in* 2. *Rhet. Cic.* p. 230. Soritici syllogismi fecit formam.

SŎRŌRIUS, ii, m. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 545; t. VII, p. 580; *Thom.* p. 562, et *Gloss. arab. lat.* Sororius, sororis filius.

SPARTĀRIUS, ii, m. Sparti venditor. *Gloss. Cyril.* Σχοινοπώλης, spartarius. Cf. *Cang.*

SPATARO, interj. *Afran.* apud *Charis.* p. 214.

SPĂTHĀRIUS, ii, m. Spatha armatus (tum miles, tum gladiator). *Epiphan. Hist. Eccl.* 6, 36. Quibusdam spathariorum jussit ut eam alapis cæderent. *Thom.* p. 560. Spatharius, gladiator. Cf. *S. Greg.* aliosque ap. *Cang.*

SPĂTHŎMĒLE, es, f. (σπαθομήλη). Instrumentum medicorum (*sonde*). *Isid. Or.* 4, 11. Smilaria, ancistrum, spathomele. — Vocem addidit in *Forcell.* Lexico *Furlan.*, locum afferens ex *Pelagon. Veter.*

SPĂTIO, as, are, n. Spatior. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 108. Deflentem populum videas spatiare per urbem.

SPĔCIĀLISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 17. Cui species specialissima supponitur. *Id.* p. 23, 25, 39, 68, 109, et passim. (Opponitur *generalissimus.*)

SPĔCIĀRIA, æ, f. *Inscr.* ap. *Spon. Miscel. erud. Ant.* p. 232. Thalassiæ mimæ C. Pisonis nothi speciariæ contubern. benemerent. (Ubi editor : « Quid fuerit ars *speciaria*, non mihi liquet. An quæ varias stirpium et medicamentorum *species* vendebat, quales nunc vocamus ex voce inde forte derivata *espiciers?* An vero aliud quid? ») — Quæ vera interpretatio. *Cangius* enim pluribus exemplis ostendit *speciariam* esse *l'épicerie.* Et *speciarius* (gall. *épicier*) idem est qui antea dicebatur *seplasiarius.*

SPĔCĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Boet. De duab. Nat. et una Pers. Christ.* p. 1208. Natura est cujuslibet substantiæ specificata proprietas.

SPĔCĬFĬCĒ, adv. Specialiter. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 32. Sed et divisiones et constitutivæ utræque specifice nominantur. Cf. *Cang.* — Gall. *spécifiquement.*

SPĔCĬFĬCO, as, are, a. Specialiter distinguo (gall. *spécifier*). *Boet. In Porphyr.* 4, p. 84. Aliæ vero, secundum quas ea divisa sunt, specificantur. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

SPĔCĬFĬCUS, a, um, adj. Specialis (gall. *spécifique*). *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 27. Specificæ differentiæ sunt quæ speciem quamcumque declarant. *Id.* p. 30, 82, 137, 644, 765, 1203, et passim. *Onomast. lat. gr.* Specificus, εἰδοποιός. || Speciosus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 545. Specifica, speciosa. *Gloss. Paris.* Specifica, pulchra, speciosa.

SPĔCIUM, ii, n. Specillum. *Onomast. lat. gr.* Specillum, μηλωτίς... Specium, μηλωτίς. (Etiam scribitur μηλωτρίς.) || Obelus. *Thom.* p. 622. Veru, specium.

SPECTĪVUS, a, um, adj. Qui spectando fit. *Aggen.* in *Gromat. vet.* p. 68. Spectivus est effectus cujus, etc.

SPĔCŬLĀRĬTER, adv. Visibiliter. *Ven. Fort.* 5, 4, *Ad Syagr.* Et quasi speculariter traxit mœror in facie, qui videbatur angor in corde.

SPĔCŬLĀTĪVUS, a, um, adj. Contemplativus (gall. *spéculatif*). *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 2. Tot speculativæ philosophiæ species. *Cassiod. Var.* 1, 45. Didicisti qua profunditate cum suis partibus speculativa (scil. scientia seu philosophia) cogitetur. *Id. De Anim.* 3. Speculativa virtute. Cf. *Cang.*

SPĔCŬLO, as, are, a. Speculor. *Boet. Arithm.* 2, 37, p. 1350. In sequentibus etiam eadem ratio speculabitur.

SPĒRĀTĒR, eris, m. (σπειρατήρ, ut videtur). Ferula. *Eucher.* p. 287. Sperateres, ferulas. *Gloss. Paris.* Sperateres (male Speroteres), novas ferulas.

SPERNO, as, are, a. Spernere. *Onomast. lat. gr.* Sperno, as, ἐκφαυλίζω. *Gloss. Philox.* Spernatus, ὑπεροραθείς, ἐξουθενηθείς, etc. — Quæ conjugatio permanet in verbo *Aspernor.*

SPHÆRĬCA, æ, f. (scil. ars). Descriptio motus siderum. *Boet. Arith.* 1, 1, p. 1297. Sphæricam vero atque geometriam tanto præcedit (arithmetica) quanto, etc.

SPHĒNISCUS, i, m. (σφηνίσκος). Cuneolus. *Boet. Arithm.* 2, 29, p. 1344. Sphenisci vero, quos cuneolos superius appellavimus.

SPHINCTĒR, eris, n. (σφιγκτήρ). Musculus qui est in ano. *Cæl. Aur. Tard.* 2, 1, 11. Longanone cum sphinctere atque podice paralysi vitiato.

SPHINGA, æ, f. Sphinx. *Isid. Or.* 12, 2. Sphingæ villosæ sunt comis, mammis prominentibus. (Male *Arev.* mutat in *sphinges.* Servetur enim sæculi rubigo. Cf. SIRENA.)

SPĪRĬTUĀLIS, e, adj. Spiritalis (gall. *spirituel*). *Vulg. Rom.* 1, 11. Ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis. *Ambr. Hexaem.* 4, 16. Adversus omnem militiam spiritualis nequitiæ. *Ibid.* Legis spiritualis dogmata. *Hier. In lib.* 3. *Jerem.* (t. II, p. 986). Qui, juxta fabulas poetarum, instar Cerberi, spirituali percutiendus est clava. *Id. In lib.* 11. *Ezech.* (t. III, p. 942). Scientibus spiritualia esse quæ dicuntur,

et tamen, ista spiritualia quomodo disseri debeant, ignorantibus. *Isid. Or.* 7, 3. Quia est digitus Dei et spirituale signaculum. *Onomast. lat. gr.* Spiritualis, πνευματικός. — *Forcell.*, in v. SPIRITALIS : « Legitur et *spiritualis*, quod quidem grammaticis magis placet, quum sit a *spiritus* : verum antiquis monumentis non satis confirmatur. » Imo frequens scriptura, ut plura referre pigeat. Non facile quidem dictu est utrum auctores hoc vel illo loco scripserint, sed alterutrum eligere licet.

SPĪRĬTUĀLĬTAS, atis, f. (Verbi sensus et exempla vid. ap. *Cang.* — Gall. *spiritualité.*)

SPĪRĬTUĀLĬTER, adv. Spiritaliter. *Ambr. Serm.* 28. De quo strato spiritualiter ad paralyticum dictum est a Domino. *Hier. Præf. in Epist. Isai.* Unde, post historiæ veritatem, spiritualiter accipienda sunt omnia. *Id. Ep. Dardano* (t. II, p. 542). Hoc totum figuraliter et spiritualiter Christi evangelium significat. *Prosp. De Vit. contempl.* 2, 16. Fructuosa vacatione potiantur spiritualiter et quiete. *Cassiod. Var.* 11, 1. Pascitis quidem spiritualiter commissum gregem. *Ven. Fort.* 10, *Exposit. Orat. domin.* Panis, quantus animæ et carni est necessarius, spiritualiter vel corporaliter. *Isid. Or.* 6, 19. Quæ dum carnaliter fit, spiritualiter proficit. Et *Vulg.* 1. *Corinth.* 2, 14.—Quæ scriptio tam frequens est quam *spiritaliter*. Inde gallice dicimus *spirituellement*.

SPISSĬGRĂDUS, a, um, adj. Tardipes. *Onomast. lat. gr.* Spissigradus, βραδύπους. — Superlativus est ap. *Plaut.*

SPLENDENTIA, æ, f. Splendor. *Hier. Ep.* n. 11, citante *Furlan.* Χεῦμα, ὀπωρισμὸν, στιλπνότητα, quod nos possumus dicere fusionem, pomationem, splendentiam.

SPLENDĬFĬCUS, a, um, adj. Lucificus. *Bed. Eccles. Hist. Angl.* 5, 7. Splendificumque jubar radianti carperet haustu. Cf. *Cang.* — Hunc versum retulit *Bailey*, non indicato primo fonte.

SPLENDIFLUUS, a, um, adj. Splendificus. *Dracont. Hexaem. Epil.* 2. Alter splendifluis cœlum firmavit in auris. Cf. *Cang.*

SPLENDŌNA, æ, f. Gladius. *Gloss. Isid.* Sica, cluniculus, machæra, splendona. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 544. Splendeo... Inde splendona, id est gladius; unde Josephus in nono : Dans unicuique jaculaturam, et arcus, et loricas æreas, et splendonas. *Id.* p. 557 (in v. SICA) et p. 562. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

SPONDEĂDEUS, a, um, adj. Spondiacus. *Plot.* p. 2627. Sic ergo metra sunt generalia ex octo undecim, dactylicum, spondeadeum, anapæsticum, etc. *Id.* p. 2632.—De vocabulo tamen dubito. Velim *spondeazon* vel *spondeacum* (σπονδείαζον, σπονδειακόν).

SPONDEAZON vel SPONDIAZON, ontis, m. (σπονδειάζων). Spondiacus. *Plot.* p. 2627. Si unam detraxerimus syllabam illi versui, faciemus spondiazontem. *Censor.* seu *Incert.* ap. *Putsch.* p. 2727. Fit duodecasyllabus spondiazon.

SPONDȲLIUM, ii, n. (σπονδύλιον, σφονδύλιον). Parvus spondylus. *Isid. Or.* 11, 1. Spina est junctura dorsi.... Cujus juncturæ spondylia appellantur.

SPORTELLĀRIUS, ii, m. Qui fert sportellam. *Gloss. Philox.* Sportellarius, κοπριαίρετος.

SPŌSUS, i, m. Sponsus (ital. *sposo*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1604. Sexta Antonia sposo merenti fecit. Cf. MESIS.

SPŪMĀTIO, onis, f. Spumatus. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 2. Quibusdam oris spumatio efficitur.

SQUĀMĀTIO, onis, f. Squamæ (in cute). *Isid. Or.* 5, 7. Scabies et lepra, utraque passio asperitas cutis cum pruritu et squamatione; sed scabies tenuis asperitas et squamatio est.

SQUAMĀTUS, i, m. Nomen piscis (*chien de mer*). *Isid. Or.* 12, 6. Squamatus dictus quod sit squamis acutis. Unde et ejus cute lignum politur. (Sed *Areval.* edidit *squatus*, et unus codex habet *squatur*. Vid. SQUATUS.)

SQUĀMĬFĬCUS, a, um, adj. Squamosus. *Onomast. lat. gr.* Squamificus, λεπιδωτός.

SQUATUS, i, m. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 580. Squatus, genus piscis, dictus quod sit squamis acutus : unde et ejus cute lignum politur. *Gloss. Philox.* Squatus, ῥίνα, εἶδος ἰχθύος. — Etiamnum Italis *squato*.

STĂBĬLĪTO, as, are, a. Freq. a v. Stabilio. *Gloss. Cyril.* Stabilito, ἑδραιῶ. Cf. *Cang.*

STĂBŬLĀNUS, i, m. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Stabulanus, stabularius.

STĂDIĀLIS, e, adj. Ad stadium pertinens. *Isid. Or.* 15, 15. Porro stadialis ager habet passus CXXV.

STAGNĀLIS, e, adj. Stagnensis. *Junior, Descr. Orb.* p. 398. Piscium tria genera, stagnale, marinum, fluminale.

STAGNĀTOR. Vid. STANNATOR.

STAGNOR, aris, ari, p. vel d. Stagno. *Oros.* 4, 22. Imminens (murus) mari, quod mare stagnum vocabant, quoniam objectu protentæ linguæ stagnabatur. —Notum erat participium *stagnatus*, eodem sensu atque *stagnans*.

STALTĬCUS, a, um, adj. (σταλτικός). Adstrictorius. *Theod. Prisc.* 2, 2. Et cetera staltica adhibenda sunt. *Id.* 3, 7. Cucurbitas stalticas imponere.

STANNĀTOR vel STAGNĀTOR, oris, m. Qui stannat (*étameur*). *Gloss. Cyril.* Γανωτής, stagnator. (Cf. Γανόω in *Thes. Ling. Gr.*) *Ibid.* Κασσιτερουργός, stagnator.

STANTAREUM vel STANTARIUM, ii, n. Candelabrum majus (quod per se stat). *Chart. Cornet.* Stantarea argentea.... Stantaria ærea. Cf. *Cang.*

STANTARIUS, a, um, adj. Qui fit in ipso loco. *Jul. Valer. Alex. Obit.* 22. Stantaria morte obriguisse. — Vocem *Maius* non exponit. An legendum *instantanea?* Exstitit sane verbum, unde fecimus adj. *instantané*.

STAPIO vel SCAPIO, onis, m. Capitis ornamentum quoddam. *Ven. Fortun. Vit. S. Radeg.* 13. Sermone ut loquar barbaro, stapionem, camisas, manicas, cofeas, etc. — *Mabill.* putat stapionem esse pedum ornamentum. « Nisi quis scribendum malit *scapionem*, ait *Cangius*, a germanico *scappel*, vitta, capitis redimiculum, quo regium diadema significaretur. »

STĂTIŌNĀRĬTAS, atis, f. Statio, quies. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 384. Ibique suam stationaritatem et retrogradationem patiuntur. *Ibid.* p. 392. — Adjectivum habemus *stationnaire*, non substantivum.

STĂTŌRIUM, ii, n. Columna (*colonne, pilier*). *Gloss. Philox.* Statorium (male Staturium), ὀρθοστάτης.

STĔREŎMETRIA, æ, f. (στερεομετρία). Solidorum demensio. *Boet. Arist. Anal. poster.* 1, 7, p. 528. Ut perspectiva ad geometriam, et machinativa ad stereometriam.

STĔRIŌSUS, a, um, adj. Aliquo membro curtatus. *Isid. Or.* 11, 3. Alii a decisione, ut sine manu aut capite generata : quos Græci steriosos vocant. — Corruptum vocabulum, a v. στερίζω profecto deducendum.

STERNŪMEN, inis, n. *Gloss. Cyril.* Πταρμός, sternumentum, sternumen.

STĬBĪNUS, a, um, adj. E stibio confectus. *Vulg.* 1. *Par.* 29, 2. Lapides onychinos et quasi stibinos.

STILPO, onis, m. Nanus. *Onomast. lat. gr.* Stilpones, νάνοι.

STĬMŬLĀTOR, oris, m. Qui stimulat (aculeo). *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 197. Idem si fuerit præsens stimulator euntum (juvencorum). — Nusquam proprium sensum videram.

STĪPĀBĬLIS, e, adj. Qui stipari potest vel stipatur (*bourré de paille, de foin*, etc.). *Gloss. Cyril.* Στοιβάσιμος, stipabilis.

STĪPĀRIUS, a, um, adj. Adstrictorius (*astringent, styptique*). *Onomast. lat. gr.* Stiparius, στυπτικός.

STĪPĀTRIX, icis, f. Quæ stipat vel comitatur. *Ambr. Hexaem.* 5, 16. Cornices autem deducunt eas ac dirigunt, et velut quibusdam turmis stipatricibus prosequuntur.

STIRPIS, f. Stirps. *Donat.* p. 1747, ed. *Putsch.* Sunt incerti generis... cortex, silex, finis, stirpis, pinus, etc.

STIRPO, as, are, n. Stirpesco. *Onom. lat. gr.* Stirpo, ῥιζόω.

STŒCHĒON vel STŒCHĪON, i, n. (στοιχεῖον). Littera. *Ter. Maur. Syll.* 881. Arcticon idcirco stœcheon Græcia dixit.

STŎMĂCHĬCUS, a, um, adj. Ad stomachum pertinens (gall. *stomachique*). *Cœl. Aur. Tard.* 3, 2. Stomachica passio. *Thom.* p. 564. Stomachica (male Stomatica), medicamina apta stomacho. *Id.* p. 554, ubi male *Stomachius*. — Apud *Forcell.* de homine stomachico tantum dicitur.

STŎMĂTIUM, ii, n. (στομάτιον). Oscillum. *Ennod. Epigr.* 133, *in lemmate.* De stomatio eburneo. *Gloss. Philox.* et *Onomast. lat. gr.* Oscillum, στομάτιον. — *Sirmond.* ad *Ennodii* locum videndus.

STRĀGŬLĀTA vestis, f. Stragulum. *Vulg. Prov.* 31, 21; *Isid. Or.* 19, 26.

STRĂGŬLO, as, are, a. *Gloss. arab. lat.* Stragulo, vario. *Cang.* (in v. STRAGULUM). Stragulare, ad modum stragulæ vestis aliquid texere.

STRĂTĒGIUM, ii, n. (στρατηγεῖον). Tentorium ducis. *Epiphan. Hist. Eccl.* 2, 18. In strategio. — De voce *Forcell.* ambigit, exemplo *Vitruvii* citato et expuncto.

STRĀTUS, us, m. Stratum, lectus, torus. *Hier. Ep.* 97, *Ad Demetriad.* (t. IV, p. 785). Sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 3, 22. Suoque eam copulavit stratui. *Id.* 4, 3. Et *Isid. Or.* 19, 26. Quod in stratu et amictu aptum sit. Cf. *Cang.* (Quod ap. *Forcell.* de equis tantum dicitur.) || Prostratio (corporis); dejectio. *Zeno Veron.* p. 205. Dei genibus stratu totius corporis miserandæ jactantur. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 32. Tam animantium stratu quam odorum profusione munificus. || Translate. Dejectio, demissio. *Arn. In Psalm.* 40. Stratus ejus (animæ), id est prostratio ejus, versatur in infirmitate. (Locus sic exhibetur in *Vulg.* 40, 4 : « Universum stratum ejus versasti in infirmitate. »)

STRAVA, æ, f. Acervus hostilium exuviarum. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 12, 62. Exuviarum hostilium moles. Exuviis enim hostium exstruebatur regibus mortuis pyra. Quem ritum sepulturæ hodie quoque barbari servare dicuntur, quem strabas dicunt lingua sua. *Jornand. Reb. Get.* 49. Postquam talibus lamentis est defletus (Attila), stravam super tumulum ejus, quam appellant ipsi, ingenti comissatione concelebrant. Cf. *Cang.*

STRIĀTA, æ, f. Piscis genus. *Plaut. Rud.* 2, 1, 9. Marinam urticam, musculos, plagusias, striatas.

STRICTIO, onis, f. Constrictio. *Cœl. Aur. Acut.* 2, 11. Atque modica strictione ex lanis effecta. *Ibid.* 3, 9. Quum talis fuerit strictio sponte generata. || Translate. Severitas, rigidi mores. *Cassian. Coll. Patr.* 19, 11. Si vero, de comparatione strictionis nostræ et remissionis alienæ, vel tenuissima mentem nostram tentarit elatio.

STRICTŌRIUM, ii, n. Quod stringit vel ligat. *Gloss. Cyril.* Σφιγκτήρ, strictorium.

STRĬGILLO seu potius STRĬGĬLO, as, are, a. Strigili rado. *Onomast. lat. gr.* Strigilo, ξύω.

STRĬGŬLA, æ, f. Strigilis. *Schol.* ad *Juv. Sat.* 3, 263.

STRINGES, pl. Vestis genus Hispanis peculiare. *Isid. Or.* 19, 23. Ut Parthis sarabaræ, Gallis linnæ, Germanis renones, Hispanis stringes. Et *Gloss. Pap.* — Sic *Arev.* et *Lindem.* cum parte codicum. Vulgo *striges.*

STRINGUM, i, n. Herba eadem ac Satyrion. *Isid. Or.* 17, 9. (Sic vulgo. Sed *Arev.* habet *stingum;* quod parum placet.)

STRŌMĂTA, um, n. pl. (στρώματα). Miscellanea. *Hier. Præf. in Epist. ad Galat.* (t. IV, p. 222). Decimum stromatum suorum librum complevit (Origenes).

STRŌMĂTEŪS, m. (στρωματεύς). Qui stromata consuit. Translate est qui librum varii argumenti scribit; et ipse liber (*mélanges, miscellanées*). *Cassiod. Instit. divin. Litt.* 1. Clemens Alexandrinus, qui et Stromateus vocatur. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 546, et VII, p. 581. Stromateus, opus varium. *Gloss. Paris.* Stromateus, varietates contextæ. *Prisc.* p. 696. Ut Cæsellius in Stromateo docet. Ap. *Cang.* legitur *opere stromateo.*

STRŎPHĀRIUS, ii, m. *Gloss. Paris.* Impostor, stropharius, strophosus. *Gloss. Isid.* Strofarius, strofosus, impostor, fraudator. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 545. Stropharius, impostor. Et *Gloss. Hildeb.*

STRŎPHĒ, es, f. *Mar. Vict.* p. 2501. Ex strophe et antistrophe, et epodo. — Quod etsi *Forcell.* scribit, nullo fulcit exemplo.

STŬPĬDĒ, adv. Cum stupore. *Baptism. Bæbian.* v. 55. Et cœlum stupide suspiciens ait.

STUPRŌSĒ, adv. Cum stupro, ad stuprum. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 12. Cœpit filias eorum stuprose detrahere. — Mirabar vocem *stupre* ad nos pervenisse, non vero *stuprose.*

STURNĪNUS, a, um, adj. Qui colore ad sturnum accedit. *Hier. In Isai*, 66, 20. Equi rufi, et sturnini, et varii, et albi.

STYPSIS, is, f. (στύψις). Constrictio. *Cassiod. Var.* 12, 4. Dulcedo (vini) illic ineffabili suavitate sentitur, stypsis nescio qua firmitate roboratur.

STYPTĪRIA, æ, f. (στυπτηρία). Alumen. *Plin. Valer.* 1, 36. Styptiriæ drachmæ duæ.

SUĀSĬBĬLIS, e, adj. Qui persuadet. *Boet. Arist. Top.* 1, 9, p. 667. Sunt autem problemata de quibus sunt rationes suasibiles. *Id.* p. 730. Syllogismos probabiles et suasibiles. *Isid. Or.* 2, 14. Et senis debilis (oratio), et militis fortis, et imperatoris gravis, et parasiti suasibilis.

SUĀSŌRIĒ, adv. Ad suadendum. *Prisc.* p. 1150. Subjunctivis vero (utimur), quod debuit fieri, ostendentes magis suasorie.

SUĀSUS, a, um, part. *Apul. Metam.* 5, *init.* Ne quando, sororum pernicioso consilio suasa, de forma mariti quærat. *Boet. Arist. Top.* 8, 4, p. 730. Oratione facta magis erit suasus quam adjutus. — *Forcell.* nihil laudat, nisi *Argum. Plauti.*

SUĀVĔFRAGRANS, tis, adj. Suaveolens. *Vulg. Exod.* 30, 7. Adolebit incensum.... suavefragrans mane.

SUĀVIĀTOR. Vid. SAVIATOR.

SUĀVĬFĬCO, as, are, a. Suavitatem addo. *Isid. Or.* 17, 8. Frutex ejus (amomi).... odore etiam bono somnos suavificat. *Arn. In Psalm.* 103. Suavis sit ei laudatio nostra catholicis assertionibus suavificata.

SUĀVĬLŎQUIUM, ii, n. Dulce eloquium. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 48. Sicut in suaviloquio non est fluiditas omittenda.

SŬBACELLO, as. Vid. SUBAXILLO.

SŬBĀCER, cris, cre, adj. Acriculus. *Isid. Or.* 17, 10. Foliis latior (napus) et radicis gustu subacrior est.

SŬBÆMŬLĀTIO, onis, f. Prava æmulatio. *Ambr. In Psalm.* 36. Videtur autem etiam alio loco distinctionem subæmulationis Scriptura fecisse. Et vid. in v. seq. — Græci dicunt παραζήλωσις.

SŬBÆMŬLOR, aris, ari, d. Invideo. *Ambr. In Psalm.* 36. Aliud est enim subæmulari, aliud æmulari : subæmulatio astutiam habet, æmulatio simplicitatem.

SŬBÆRO, as, are, a. Ære induco. *Prisc.* p. 1220. Non possumus dicere *auro*, *as*, nec *subæro*, *as*, nisi prius sit *aurum* vel *æs*. *Onomast. lat. gr.* Subæro, ὑποχαλκεύω.

SŬBALBŬLUS, a, um, adj. Subalbus. *Isid. Or.* 12, 1, 50. Gilvus autem melinus color est subalbulus. (Sic *Lindem.* ex uno cod. Sed vulgo *subalbidus*.)

SŬBĀLO, is, ere, a. Furtim alo. *Gloss. Cyril.* Ὑποτρέφω, subalo.

SŬBALTERNĀTIM, adv. In loco subalterno. *Boet. Arist. Topic.* 1, 13, p. 670. Quoniam diversorum generum, et non subalternatim positorum, diversæ species sunt. *Id.* p. 51 et 124 et 125.

SŬBALTERNĀTUS, a, um, part. Subalternus. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 125. Et rursus est genus corvi, et est subalternatum genus, avis.

SŬBALTERNUS, a, um, adj. Qui subjacet (gall. *subalterne*). *Boet. In Arist. Prædicam.* 1, p. 125. Subalterna genera nominantur quæ superiorum quidem species sunt, posteriorum vero genera. *Id.* p. 7, 14, 23, 28, 575, 585, et sæpissime. Cf. *Cang.*

SŬBĀMĀRĒ, adv. Aliquantum amare. *Schol.* ad *Cic. Sext.* 3, ap. *Mai.* t. II, p. 126. Subamare loquitur de collega suo Antonio.

SŬBARRHĀTUS, a, um, part. Arrha, obligatus. *Cassian. Collat. Patr.* 7, 6. Ut illud jam subarrhatum teneat in præsenti. *Sulp. Sev. Ep. ad Bassul.* Nimirum subarrhatos habes notarios meos. Et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 536.

SŬBARRHO, as, are, a. Arrhabone obligo. *Aug. Serm.* ap. *Mai. Nov. Patr. Coll.* t. I, p. 2. Subarrhavit inferos, supposuit mortem. *Hier. In Laud. Virgin.* Humanorum sponsaliorum pignoribus subarrhatur. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 24. Et qui te æmulo fidei subarrhavit, etc. Adde *Thom.* p. 447. Cf. *Cang.*

SŬBAUDĪTOR, oris, m. Obtemperans. *Victorin.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 61. Quum dictum ὑπήκοος γενόμενος, quod est subauditor effectus. *Ibid.* p. 62.

SŬBAXET, vetuste pro Subegisset. *Pacuv.* ap. *Non.* p. 116. Quod tamen ipsa orbitas Grandævitasque Pelei per penuriam Stirpis subaxet. — Cf. *faxem* ap. *Plaut. Pseud.* 1, 5, 84, et *adaxint* ap. eumd. *Aul.* 1, 1, 11.

SŬBAXILLO, as, are, a. Involo, sub axilla occulto. *Gloss. Isid.* Clanculare, occultare, palliare, subaxillare. (Male vulgo *subacellare*. Legitur *subacillare* in *Gloss. Pith.* Porro scriptum est *ascilla*, pro *axilla*, ut habet *Isid. Or.* 11, 1, qui nomen deducit a v. *cillere*.) *Thom.* p. 180. Abscondere,

clanculare, subacellare.— Conf. *Submanuo.*

SUBBĀJŬLO, as, are, a. Bajulo. *Gloss. Cyril.* Ὑποβαστάζω, subbajulo, subeo, sustento. *Interp. Iren.* 5, p. 303. Et altera ungula subbajulet aliam.

SUBBRĀCHIA, orum, n. pl. Alæ (hominis). *Isid. Or.* 11, 1. Alæ subbrachia sunt appellatæ.

SUBBULLIO, is, ire, n. Aliquantum bullio. *Plin. Valer.* 1, 11. Ut levi calore subbulliat. || Translate. *Epiphan. Hist. Eccl.* 7, 2. Risus incontinens et quasi subbulliens.

SUBCĂVO, as, are, a. Suffodio. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 1, 155. Quod parcus ustor, subditi ligni inopia, scrobe subter facto subcavet.

SUBCĒLO, as, are, a. Celo. *Gloss. Cyril.* Ἐπικρύπτω, subcelo.

SUBCERNĬCŬLUM, i, n. Incerniculum. *Onomast. lat. gr.* Subcerniculum, κόσκινος.

SUBCESĪVUS, a, um, adj. Subsecivus. (Sæpe in *Gromat. vet.*, ut *Aggen.* p. 6 et 7 et 8. Adde *Isid. ibid.* p. 369, et passim. Sed melius *subsecivus.*)

SUBCŎLŌRĀTUS, a, um, adj. Qui habet aliquid coloris. *Isid. Orig.* 6, 10. Similis (charta) augusteæ, sed subcolorata.

SUBCONDĬTOR. Vid. SUCCONDITOR.

SUBCONTĬNUĀTIO, onis, f. Subsequens continuatio. *Prisc.* p. 1027. Continuationis et subcontinuationis per has causa ostenditur reddi.

SUBCONTĬNUĀTĪVÆ conjunctiones, f. pl. *Prisc.* p. 1027. Conjunctiones subcontinuativæ causam continuationis et subcontinuationis ostendunt consequentem cum essentia rerum.

SUBCONTRĀRIUS, a, um, adj. Qui pendet a quibusdam rebus contrariis. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 407. Contrariæ (propositiones) simul veræ esse non possunt : « Omnis homo justus est, Nullus homo justus est. » Subcontrarias simul veras nihil prohibet inveniri : « Quidam homo justus est, Quidam homo justus non est. » *Id.* p. 344, 345, 354, 363, 564, 565, 584, et passim. — Optime hæc auctoritas præsto est quum *Gœs.*, ed. *Grom. vet.*, p. 172 etc 173, exhibeat *subcontrarius*, pro ignoto *sescontrarius*, quod est in ed. *Lachmanni.*

SUBCRĒBRESCO, is, ere, n. Crebrescere incipio. *Zeno Veron.* p. 316. Cessat enim concupiscentiæ pugna, ubi, subcrebrescentibus morbis, ipsa necessitate etiam impudicorum pudica sunt membra.

SUBCUS, utis, et SUBCŬTĀNEUS, a, um, adj. Qui sub cute est. *Gloss. Isid.* Subcus, subcutaneus; intercus, intercutaneus; subtercus, subtercutaneus. *Aur. Vict.* 14. Hic (Hadrianus) morbo subcutaneo victus. *Thom.* p. 539. Subcus, qui sub cute est infirmus, qui et subcutaneus dicitur. *Onomast. lat. gr.* Subcutaneus, ὑποσαρκίδιος.

SUBDIĀCON, onis, m. Subdiaconus. *Cassiod. In Ep. ad Timoth.* 1, 3. Adjiciens quales episcopi, diacones et subdiacones esse debeant.

SUBDIĀCŎNĀLIS, e, adj. Ad subdiaconum pertinens. *Ven. Fort. Vit. S. Marcel.* 6. Quum subdiaconali ministerio fungeretur. Cf. *Cang.*

SUBDIĀCŎNĀTUS, us, m. Subdiaconi munus (gall. *sous-diaconat*). *S. Greg. Ep.* 9, 66. Ut eumdem Hilarium prius subdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 4, 6. In subdiaconatus officio quinque annis ministravi. — Quam vocem apud *Cang.* mirum est non reperiri.

SUBDIĀCŎNUS, i, m. Qui diacono inferior est gradu (gall. *sous-diacre*). *Aug. Ep.* 63, *Severo.* Nam ordinatus est subdiaconus Timotheus. *Ib.* 53, *Generoso.* Ut Silvanus tunc ejus subdiaconus fuerit. *Ennod. Vit. S. Epiph.* p. 363. In quo tamen ille subdiaconi ordine nihil amplius quam biennio moratus. *Liberat. Breviar.* p. 148. Silverium subdiaconum elegit ordinandum. Et *Isid. Or.* 7, 12. Cf. *Cang.* — Unum exemplum indicaverat *Furlan.*, idque ex *Cod. Valent.*

SUBDĪVUS, a, um, adj. Qui est sub divo. *Gloss. Cyril.* Ὕπαιθρος, subdivus. *Gloss. Philox.* Subdivum, ὕπαιθρον. — In his *subdivus* est, non *subdius*, ut dicitur et *subdivalis.*

SUBDŎLENS, tis, adj. Aliquantum dolens. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 2. Subdolens faucium sensus.

SUBDŎLŌSĬTAS, atis, f. *Isid. Or.* 10, *litt. P.* Dicta autem (pellex) a pellacia (male

fallacia), id est versutia, subdolositate vel mendacio. Cf. *Cang.*

SUBDŎLŌSUS, a, um, adj. Subdolus. *Gloss. Hildeb.* Subdolosus, astutus.

SUBDUPLEX, icis, adj. Subduplus. *Boet. Arithm.* 1, 30, p. 1318. Ut est subduplex sesquialter, subduplex sesquitertius, etc. *Ib.* p. 1319.

SŬBĔPITRĬTUS, a, um, adj. (ὑπεπίτριτος). Tertia parte deminutus. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 399. Ut plenius liquescat probatio, proponantur epitritus et subepitritus numerus.

SUBFLUO, is, ere, n. Inferius fluo. *Gloss. Cyril.* Ὑποῤῥέω, subfluo.

SUBGLŪTIO, is, ire, a. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 559. Subglutire, ligurire, lingere, sorbillare. — Hæc vox *Vegetio* asserenda, de qua dubitat *Schneid.*

SUBGRĂVO, as, are, a. *Gloss. Paris.* Subgravat, subonerat, plus gravat.

SŬBHĒRES, edis, m. Secundus heres. *Inscr. Orel.* t. II, p. 132. — Quod editor monet Lexicis addendum.

SŬBHIANS, tis, adj. Aliquantum hians. *Ennod. Carm.* 1, 4. Fulserant raro subhiante filo Pectoris gemmæ in roseis papillis. — *Sirmondum* sequi nolim, qui divisim scribit.

SŬBHIRCI, orum, m. pl. Alæ, axillæ. *Isid. Or.* 11, 1. Has (alas) quidam subhircos vocant, propterea quod in plerisque hominibus hircorum fœtorem reddant. Cf. *Cang.*

SŬBHORREO, es, ere, n. Aliquantum horreo. *Sisen.* ap. *Non.* p. 449. Subito mare subhorrere occepit. (Sic pervetustus codex quem vidi. Vulgo *subhorrescere*, quod verum videtur. Perperam doctissimus *Mercer.* habet *persubhorrescere*, repugnantibus præpositionibus.)

SŬBINCRĔPĬTO, as, are, n. Leviter crepo. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 259. Atque subincrepitans casura cacumine nutat.

SŬBINDŪCO, is, ere, a. Furtim induco. *Vincent. Lirin. Common.* 10, p. 330. Quum is subito latenter noxios subinducat errores. *Ibid.* 20, p. 346. Quidquid novum et inauditum subinduci senserit. — Participium *Subinductus* ap. *Cang.* est. Etiam *Victorin. philos.* ap. *Mai. Nov. Coll.* t. III, pag. 12. Propter subinductos falsos fratres.

SŬBINGRĔDIOR, eris, i, d. Ingredior. *Alcim. Avit. Carm. ad Sor.* 664. Casta subingredier pomari claustra virentis.

SŬBINSERTIO, f. Vid. in v. SUBNEXIO.

SŬBINTRŌDUCTUS, a, um, part. Clam introductus. *Vulg. Ep. ad Galat.* 1, 4. Sed propter subintroductos falsos fratres. Cf. *Cang.*

SŬBINVĬCEM, adv. Adinvicem. *Isid. Or.* 16, 4. In schemate glandis, scripturis subinvicem modulatus (lapis).

SŬBINVŎLO, as, are, n. Furtim involo. *Aug. Serm.* ap. *Mai. Nov. Patr. Coll.* t. I, p. 2. Obdulcantibus fabulis, subinvolat feritas homicidii.

SUBJECTĬBĬLIS, e, adj. Subjectus. *Vulg. Baruch,* 1, 18. Et non fuimus subjectibiles illi.

SUBJŬGĀTIO, onis, f. Subjectio, clades. *Diplom. Chlodov.* (an. 497) ap. *Pardess.* t. I, p. 31. Primo nostro susceptæ christianitatis atque subjugationis Gallorum anno. Cf. *Cang.*

SUBJUNCTIO, f. Vid. in v. SUBNEXIO.

SUBLĀTIO, onis, f. Ablatio (fructuum), perceptio. *Ambr. In Luc.* 6, 7. Et quasi excubantibus obsessos serpentibus fructus pervigili labore decerpimus, ita tamen ut non furtiva sublatio, sed direptio triumphalis sit. — Deerat sensus non contemnendus.

SUBLĔVĀTIO, onis, f. Levatio. *Pseudo-Cassiod. De Amic., Prol.* Vere autem solus (amicus est), quia, si ceciderit, non habet sublevationem. *Furlan.* laudat *Arrian.* ad *Paul. Sentent. recept.* 2, 7, 1. Si quorumcumque res pro sublevatione manibus in mare jactatæ fuerint. (Quod proprie dictum.)

SUBLĪMĀTIO, onis, f. Erectio, exaltatio. *Alcim. Avit. Ep.* 2. Si caput nostrum est Christus, in sublimatione sument quantulæcumque sublimitatis consortium membra de vertice. Cf. *Cang.*

SUBLĪSUS, a, um, part. a Sublido. *Vitr.* 6, 8. Limina et trabes structuris quum sint onerata, medio spatio pandantes frangunt sublisæ structuras.

SUBLŪCŬLUS, a, um, adj. Sublucidus, parum lucidus, subobscurus. *Gloss. Cyril*

Ὑπόμαυρος, obscurus, subluculus. *Ibid.* Ὑποσκότεινος, obscurus, subluculus.

SUBMĂNUO. Vid. SUMMANUO.

SUBMENTUM, i, n. Pars quæ sub mento est, mentum. *Gloss. Philox.* Submentum, ἀνθερεών. *Gloss. Cyril.* Ἀνθερεών, mentum, submentum.

SUBMERSIOR, us, part. compar. Submissior, humilior (scil. translate). *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 110. Et quanto accesseris, tanto tibi, quæ submersior est, videbitur esse suspensior (pharus).

SUBMISSOR, oris, m. Subjector. *Gloss. Cyril.* Ὑποβολεύς, subjector, submissor.

SUBMĪTIS, e, adj. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 546. Submitis, subplacabilis.

SUBMULTIPLUS, a, um, adj. Submultiplex. *Boet. Arist. Top.* 2, 3, p. 677. Ut si triplum, multiplum, et subtriplum, submultiplum dicitur : dicitur enim triplum quidem ad subtriplum, multiplum autem ad submultiplum. *Id.* p. 690.

SUBNĀVĬGO, as, are, n. et a. Circumvehor. *Vulg. A. Ap.* 27, 4. Et inde quum sustulissemus, subnavigavimus Cyprum.

SUBNEXIO, onis, f. Hypozeuxis. *Jul. Rufin. De Schem. Lex.* p. 38. Hæc figura (hypozeuxis) latine vocabitur subjunctio, vel subinsertio, vel subnexio. || Prosapodosis. *Carm. De Schem.* p. 72. Est subnexio, propositis subnexere quæque.

SUBNEXUS, a, um, part. || Translate. Injunctus. *S. Greg. Epist.* 5, 12. Subnexa conditione ut, etc.

SUBNŎTĀTUS, a, um, part. *Cassian. Divin. Litt.* 8. Dicitur et beatum Ambrosium subnotatum codicem Epistolarum omnium sancti Pauli reliquisse. *Boet. Arithm.* 2, 26, p. 1342. Qui vero (numeri) nascantur, subterius subnotati.

SŬBOBLĀTUS, a, um, part. a v. Suboffero. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 226. Immolet hircos Sorte suboblatos.

SŬBOCCULTĒ, adv. Occulte. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 4. In mensa vero suboccculte faba vel lenticula delectabiliter vescebatur. Cf. *Cang.*

SŬBOFFĔRO. Vid. SUBOBLATUS.

SŬBŎNĔRO, as, a. Vid. SUBGRAVO.

SŬBOPTIO, onis, m. Optionis vicarius. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 529, n. 8.

SŬBORDĬNĀTIO, onis, f. Munus alicujus ministri (*délégation*). *Cassiod. Var.* 5, 39. Ut, subordinationis vestræ novitate, inveteratæ possit consuetudini nihil licere. (Sic vett. edd. Verum ed. Benedict. dividit *sub ordinatione.*) — Gallicum verbum exstat *subordination.*

SŬBORNĀTRIX, icis, f. Ancilla quæ est, post Ornatricem. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 3949. Julia Mimesis, subornatris (*sic*) Ionici et Canonis.

SŬBORSA, n. pl. Orsa, verba. *Capel.* 4, p. 135. Loca passim blaterantem Jovialibus suborsis. (Sic *Grot.* Quod magis placet quam *sub oris*, a *Koppio* editum.)

SUBPARTIO, is, ire, a., et SUBPARTIOR, iris, d. Subdivido. *Interp. Iren.* 1, 12. In quaternationem et octonationem et duodecadem subpartientem.

SUBPLĀCĀBĬLIS. Vid. in v. SUBMITIS.

SUBPUNGO. Vid. SUPPUNGO.

SUBRĂDIO, as, are, n. Aliquantum radio. *Alcim. Avit. fragm. Serm.* p. 184. Et secretorum immortalium splendor etiam mortalibus oculis rara revelatione subradiat. — Hujus vocis unicum ex *Tertulliano* exemplum activam significationem habet : quod durius.

SUBRĔCĪTO, as, are, a. *Gloss. Cyril.* Ὑπαναγινώσκω, subrecito, sublego.

SUBRĔGO, is, ere, a. Leniter rego. *Ven. Fort.* 2, 13, 28 (de S. Germano). Qui regit hinc juvenes, subregit inde senes. — Vulgo *subrigit*, quod alio sensu dicitur.

SUBRĔLICTUS, a, um, part. *Interp. Iren.* 1, 5. Matrem autem subrelictam sub umbra.

SUBRĔLINQUO, is, ere, a. Relinquo. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 98. Ut nihil inexaminatum subrelinqueret.

SUBRĔPENTĔ, adv. Derepente. *Hier. Præf. in Ep. ad Galat.* Sed gratia Evangelii subrepente cessasse.

SUBREPTĪVĒ, adv. Clanculum. *Jornand. De Reb. Get.* 57. Inde subreptive noctu frequenter cum suis egrediens.

SUBRĔSŎNO, as, are, n. Sonare, audiri (de verbis dictum). *Alcim. Avit. fragm.* p. 186. Ubi plurale aliquid in divinitate subresonat, non dualitas videtur intelligenda.

SUBRUNCĪNO, as, are, a. Leviter runcino. *Gloss. arab. lat.*

SUBSANNĀTIO, onis, f. Irrisio. *Vulg. Psalm.* 34, 16. Subsannaverunt me subsannatione. Cf. *Cang.*

SUBSANNĀTOR, oris, m. Irrisor. *Vulg. Eccli.* 33, 6. Amicus subsannator.

SUBSANNĀTUS, a, um, part. Irrisus. *Commodian.* 38, 6. In illa spem posuit, quam vos subsannati rejicitis. *Vulg. Ezech.* 36, 4. Subsannatæ a reliquis gentibus per circuitum.

SUBSCRIPTĪVUS, a, um, adj. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 14. Horum ergo, quos Græci ὑπογράφους λόγους dicunt, Latini subscriptivas rationes dicere possunt. *Ibid.* Subscriptivam quamdam et demonstrativam rationem.

SUBSĔCŪTIO, onis, f. Id quod subsequitur. *Cassiod. Var.* 8, 14. Talis subsecutio creditur quale primordium venisse sentitur.

SUBSĔCŪTUS vel SUBSĔQUŪTUS, a, um, part. *Cæs. Bell. Gall.* 4, 25. Hos item alii ex proximis navibus quum conspexissent, subsecuti, hostibus appropinquarunt. *Cic. Div.* 2, 1. Totidem subsecuti libri Tusculanarum quæstionum res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. *Liv.* 8, 35. Tribuni quoque, inclinatam rem in preces subsecuti, orare dictatorem insistunt. *Plin. H. N.* 14, 1, 2. Subsecutisque non paucis hanc curam ejus.

SUBSĔQUENTER, adv. Deinceps, deinde (gall. *subséquemment*). *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 12. Subsequenter autem etiam, quod Judas apostolus in epistola sua posuit, sanctus Augustinus exposuit. *Liberat. Breviar.* p. 169. Cetera quæ subsequenter facta sunt. *Isid. Or.* 7, 12. Succentor, qui subsequenter canendo respondet. — *Forcell.* citat tantummodo *Messal. Corvinum*, cujus auctoritas nulla est.

SUBSESQUIALTER numerus, adj. Qui est ad sesquialterum numerum ut 2 est ad 3. *Boet. Arithm.* 1, 24, p. 1312.

SUBSESQUIOCTĀVUS numerus, adj. Qui est ad sesquioctavum numerum ut 8 est ad 9. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 399. Octava proportione illius sesquioctavæ, a cujus nona parte deminuitur, comprehendit totam illam subsesquioctavam et ejus 24 partem. *Ibid.* non semel.

SUBSESQUĬQUARTUS numerus, adj. Qui est ad sesquiquartum numerum ut 4 est ad 5. *Boet. Arithm.* 1, 24, p. 1312. || Subsesquiquintus, adj. Qui est ad sesquiquintum ut 5 est ad 6. *Boet. Ibid.* || Subsesquitertius, adj. Qui est ad sesquitertium ut 3 est ad 4. *Boet. Ibid.*

SUBSĪDENTIA, æ, f. Depressio, humilitas. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 375. Propter exstantias montium et subsidentias vallium.— Primitivus sensus, quem omittunt.

SUBSISTENTIA, æ, f. Existentia (gall. *subsistance*). *Cassiod. De Anim.* 2. Ut ipsa (substantia) subsistat, indiget Deo, et dare non potest alteri subsistentiam. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 3. Dum unam Trinitatis subsistentiam confitetur (Nestorius), tres subsistentias prædicat in aperto. *Boet. In Arist. Prædic.* 4, p. 208. Video autem rem dicto vero subsistentiæ dare principium. *Id.* p. 950. Sed peritior Græcia sermonum ὑπόστασιν vocat individuam subsistentiam. *Id.* p. 129 et 430. *S. Greg. Epist.* 2, 37. Ille quippe Trinitatis subsistentias unius esse substantiæ declaravit. *Gloss. Hildeb.* Subsistentia, uniuscujusque persona.

SUBSORTĪTUS, a, um, adj. part. Qui sorte obtinuit. *Onomast. lat. gr.* Subsortitus, ἐπιλαχών. || Passive. Sorte allectus. *Serv.* ad *Virg. Georg.* 3, 71. Subsortiti judices.

SUBSTANTIĀLĬTAS, atis, f. Substantialis natura. *Epiphan. Hist. Eccl.* 7, 14. Hujusmodi utique substantialitatem cunctis accipientibus. Et *Victorin. philos.*, teste *Mai. Nov. Coll* t. III, p. XVIII.

SUBSTANTIĀLIUS, adv. compar. Vid. in V. NATURALIUS.

SUBSTILLĀTIO, onis, f. Substillum, stranguria. *Gloss. Cyril.* Στραγγουρία, culbicio, substillacio.

SUBSTILLO, as, are, n. Destillo; stranguria laboro. *Gloss. Cyril.* Ὑποστάζω, substillo. *Ibid.* Στραγγουριῶ, culbo, substillo. *Gloss. Philox.* Substillat, σταγγουριᾷ.

SUBSŪDO, as, are, n. Tenui sudore madeo. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 34. Ita ut nec subsudasset (hydropica quædam), et intus aqua consumpta sit.

SUBSŬPERPARTĬCŬLĀRIS numerus, adj. Qui in superparticulari numero semel cum aliqua ex suis partibus continetur, ut sunt *sesquialter*, *sesquitertius*, etc. *Boet. Arithm.* 1, 22, p. 1311. His quinque majoris partibus oppositæ sunt aliæ quinque partes minoris.... Dicitur enim submultiplex, subsuperparticularis, subsuperpartiens, etc. *Id.* p. 1316 et 1544. Adde *Isid. Or.* 3, 6.

SUBSŬPERPARTIENS numerus, adj. Qui in superpartiente numero semel cum pluribus suis partibus continetur. *Boet. Arithm.* 1, 28, p. 1316. Post hos nascuntur comites, qui subsuperpartientes vocantur. *Id.* p. 1311 et 1544. Adde *Isid. Or.* 3, 6.

SUBSŪTIO, onis, f. Sutura in adversa parte. *Gloss. Philox.* Subsutio, ὑποκάλυμμα (male ὑποχόλαμμα). *Ibid.* Subsutio (male Substio), ὑποχόλαμμα (*sic*). *Ibid.* Subsutiones (male Subrucciones), ὑποῤῥαφαί.

SUBTERCUS, utis, adj. Qui sub cute est. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 566. Subtercus fœtor, sub cute natus. Et vid. in v. SUBCUS.

SUBTERCŬTĀNEUS, a, um, adj. Vid. in v. SUBCUS.

SUBTĔREO, is, ire, n. Subterlabor. *Isid. Or.* 13, 20. Vel quæ occulte subtereunt (aquæ).

SUBTĔRIUS, adv. Subter. *Isid. Or.* 16, 8. Sardonyx constat tribus coloribus, subterius nigro, etc. Conf. *Cang.* || Translate. Inferius. *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 33. Et subterius paululum ubi habetur.

SUBTERMŎVEO, es, ere, a. *Isid. Or.* 16, 4. Deinde, subtermovente manu, cum lapide (magnete) ferrum cursu desuper movebatur.

SUBTERNĀVĬGĀTUS, a, um, part. (Quod exhibetur in Indice *Plinii*, *H. N.* 36, 24, 3. Sed de verbo ambigendum, quum in ipso loco legatur : Urbe pensili, subterque navigata.)

SUBTERPŌNO, is, ere, a. Infra pono. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 187. Quodnam igitur qualitatis proprium esse dicendum est, id ipse planissime subterposuit.

SUBTERPŎSĬTUS, a, um, part. Suppositus. *Gloss. Plac.* p. 501. Scena dicitur arborum in se incumbentium concamerata densatio, ut subterpositos tegere possit.

SUBTERSCRIPTUS, a, um, part. Subscriptus. *Boet. Music.* 1, 10, p. 1378. Pondera quæ subterscriptis numeris contineantur.

SUBTERSTERNO, is, ere, a. Substerno. *Jul. Valer. Alex. Act.* 13. Aera ipsum subterstravisse jaculis et sagittis.

SUBTRACTIO, onis, f. Subductio (gall. *soustraction*). *Vulg. Ep. ad Hebr.* 10, 39. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem.

SUBTŬNĬCĀLIS, e, adj. Qui sub tunica est. *Hier. Epist.* 44, *Marcellæ.* Et vestivit eum ὑποδύτην, quod nos subtunicalem, sive tunicam quæ subtus vestitus est, possumus interpretari.

SUBTŪSUS, a, um, adj. Obtusus. *Boet. Geom.* 1, p. 1488. Subtusus angulus. *Id.* p. 1496 et 1501.

SŬBUNCTIO, onis, f. Unctio interior. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 3. Etiam subunctionibus faucium vel interiorum utemur.

SŬBUNCUS, a, um, adj. Aduncus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 566. Subuncus, curvus.

SŬBUNGUO vel SŬBUNGO, is, ere, a. *Gloss. Plac.* p. 498. Sublevit, subunxit (male subiunxit), a liniendo. — Hinc aliqua auctoritas accedit vocabulo quod dabant solæ *Not. Tir.*

SUBVENTIO, onis, f. Opitulatio, auxilium (unde gall. *subvention*). *Cassiod. Var.* 12, 28. Sed tale posuit (Joseph) præmium, ut non subventionis avidus, se potius venderet, alimonia mercaturus. Cf. *Cang.*

SUBVĪDEO, es, ere, a. *Gloss. Cyril.* Ὑποβλέπομαι, suspicor, subvideo.

SUCCĂRUM vel SUCCHĂRUM, i, n. Saccharum. *Veg. Veter.* 5, 22. Mannæ succari uncias tres. *Ib.* 5, 27. Mannæ succari uncias duas. Cf. *Cang.* — Hinc apud seriores *zuccharum*, et nostrum v. *sucre*.

SUCCĀSUS, us, m. Occasus. *Varr.* ap. *Non.* p. 451. Ventus succasu vehementius sufflare, et calcar admovere. — Sic bene *Mercer.* cum libris. Male vulgo *suo casu*.

SUCCENSOR, oris, m. *Gloss. vet. S. Genov.* Succensor, inflammator.

SUCCERNĬCŬLUM. Vid. SUBCERNICULUM.

SUCCESCO, is, ere, n. Succum habere. *Arn. Adv. Gent.* 1, p. 2. Nec madidata imbribus arva succescunt. — Sic vett. edd. Sed recentiores : Nec madori ex imbribus arva succedunt.

SUCCĬNUS, i, m. Succinum. *Isid. Or.* 16, 8. Succinus, quem appellant Græci ἤλεκτρον.

SUCCĪSOR, oris, m. Putator, frondator. *Alcim. Avit. Carm. ad Sor.* 4, 48. Quam (silvam) nec si sera succisor falce repurget.

SUCCLĪNO, as, are, a. Inclino, flecto. *Ven. Fort.* 8, 14, *Epist.* Talem habens basidem ut nullus ventorum turbo succlinans, nulla procellarum propellens congeries, etc. (Et *succlinans* neutraliter apud eumdem, 6, 4 : quod citat *Furlan.*)

SUCCONDĬTOR, oris, m. Qui est post conditorem. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 339. Christo conditori.... Helleti succonditori. (Alia *Inscr. ib.* p. 338. C. Pompeio Fusceno, conditori factionis russatæ.)

SUCCURSIO, onis, f. Suffugium. *Gloss. Cyril.* Ὑποδρομή, subcursio.

SŪDĀTĬLIS, e, adj. Qui sudat vel fluit. *Cassiod. Var.* 5, 2. Fit sudatile metallum.

SŪDŌRĬFER, era, erum, adj. Qui sudorem elicit. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 21. Si.... sudoriferis vaporibus velit adjuvare.

SŪDUM, adv. Cum serenitate. *Prud. Cath.* 7, 80. Sudum polito prænitens purgamine (scil. argentum).

SUĒFĂCIO, is, ere, a. Assuefacio. *Onomast. lat. gr.* Suefacio, ἐθίζω. Suesco, ἐθίζομαι.

SUFFECTUS, us, m. Suffectio. *Ennod. Dict.* 7. Multiplicate suffectu scientiæ parentum titulos. Cf. *Cang.*

SUFFESSIO, onis, f. Aliqua confessio. *Carm. De Schem.* p. 73. Est suffessio, quum sensim pro parte fatemur.

SUFFĬCIENTIUS, adv. compar. *Aug. De Peccat. Merit.* 1, 29. De qua quæstione multo uberius et multo sufficientius in duobus libris.... disserui.

SUFFLĀTOR, oris, n. Qui sufflat (gall. *souffleur*). *Thom.* p. 209. Cf. *Cang.*

SUFFLĀTŌRIUM, ii, n. Follis. *Vulg. Jerem.* 6, 29. Defecit sufflatorium.

SUFFŌCĀTRIX, icis, f. Quæ suffocat. *Cassian. Incarn.* 1, 2. Assiduum in ea suffocatricis zizaniæ germen emersit.

SUFFOSSOR, oris, m. Fossor (*un mineur*). *Vitr.* 1, 5, 5. Neque arietes, neque suffossores, neque machinæ possunt ei nocere.

SUFFRĀGO, as, are, n. Suffragor, cum aliis censeo. *Sisen.* ap. *Non.* p. 468. Multi populi.... dictaturam omnibus animis et studiis suffragaverunt. Et ipse *Non. ibid.* Suffragabunt.

SUFFULTŪRA, æ, f. Fultura. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 34. Columnæ vero, suffulturæ solatio nudatæ, et ipsæ ceciderunt, etc.

SUGGILLA, æ, f. Suggillatum. *Gloss. Cyril.* Ὑπώπιον, suggilla. Ὑπωπιασμός, suggillatio.

SUĪNUS, a, um, adj. Suillus. *Varr. R. R.* 2, 4. Hic enim (lanius) conciliator suinæ carnis datus populo. (Sic recte edd. princ. cum parte codd. Vulgo *suillæ;* etiam ap. *Schneid.*, quod miror.) *Th. Prisc.* 4, 1. Sevum bubulum aut certe suinum. *Prisc.* p. 594. *Ovinus* quoque ab ove, et *suinus* a sue. Nam *ovilla* et *suilla* deminutiva sunt. *Gloss. S. German.* et *Gloss. Vat.* t. VI, p. 547. Suinum, porcinum. *Onomast. lat. gr.* Suinus, ὕινος. Etiam *Johan. de Jan.* — Hanc vocem patet quam immerito *Forcell.* explodat. Comparari potest duplex adj. *bovinus* et *bovillus.*

SUĪPASSIO, onis, f. Reciprocatio. *Prisc.* p. 1084. Græci quidem compositis utuntur in suipassione, id est ἰδιοπαθείᾳ. *Id.* p. 1094.

SUĪPASSĪVĒ, adv. Reciproce. *Prisc.* p. 1128. Quando dicitur ἰδιοπαθῶς, id est suipassive.

SUĪPASSUS, a, um, adj. Reciprocus. *Prisc.* p. 1083. Quum eorum primitiva duas (constructiones) habent, reciprocam, id est suipassam, quam Græci vocant ἰδιοπαθῆ, et transitivam. Suipassam, ut *Video memet. Id.* p. 1086 et 1093.

SULCĀBĬLIS, e, adj. Arabilis. *Ambr. Hexaem.* 3, 4. Terra utilis, sulcabilis et apta culturis.

SULCO, onis, m. Arator. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 562. Sulcones, qui sulcos faciunt. *Gloss. Paris.* Sulco (male Sultor), cultor. Cf. *Johan. de Jan.*

SUMMĂNUO vel SUBMĂNUO, as, are, a. (sub, manus). Furor, involo. *Plaut. Curc.* 3, 1, 45. Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius, Summanuo, ob eam rem omnes Summanum vocant. (Vulgo *submano.* Sed prima figura est *manuo* vel *manuor.* Cf. v. *subaxillare.* Ceterum poeta lepide in

verbo ludit, cujus etymon est non *manus*, sed *Manes*.)

SUMMĬTŪDO, inis, f. Summitas. *Onomast. lat. gr.* Summitudo, ἀκρότης.

SUMMO, as, are, a. Recapitulo (gall. *sommer*). *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 112. Quod ita narrationem summaverit. *Onomast. lat. gr.* Summo, κεφαλαιόω. Cf. *Cang.* — Notum est compositum *Consummo*.

SŬPĔRABNĔGĀTIO, onis, f. *Boet. In Top. Cic.* 5, p. 825. Quum negatio interponitur, eaque ipsa negatio denegatur : quæ propositio ὑπεραποφατικὴ græco sermone appellatur.... Quæ propositio superabnegativa appellatur.

SŬPĔRĂBUNDANTER, adv. Abundantius. *Vulg. Ep. ad Ephes.* 3, 20. Qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus.

SŬPĔRĂBUNDĒ, adv. Abundantissime, maxime. *Hilar. In Epist. ad Philem.* (*Spicil. Solesm.* t. I, p. 158). Ideoque sit apostolus coactus superabunde eum precari.

SŬPĔRĂBUNDANTIA, æ, f. Maxima abundantia; nimietas, excessus. *Boet. Arist. Top.* 3, 3, p. 682. Nam eligibilior superabundantia amicitiæ quam divitiarum. *Id.* p. 204. Egestati enim, quum sit malum, superabundantia contraria est. *Id.* p. 692 et 705. || Usura. (Quem unicum sensum innuit *Furlan.* ap. *Forcell.* ex *Hieron.* Cf. *Vulg. Levit.* 25, 37; *Ezech.* 18, 17.)

SŬPĔRACTUS, a, um, part. Sublime elatus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 165. Ast alios, pedibus superactis, vertit in altum.

SŬPĔRĂDHĬBEO, es, ere, a. Superimpono. *Th. Prisc.* 2, 1. Fronti linimenta hæc superadhiberi suadeo.

SŬPĔRADSPERSUS, a, um, part. *Isid. Or.* 12, 2. Pardus albis maculis superadspersus.

SŬPĔRĂDULTUS, a, um, adj. Jamdiu adultus. *Vulg. Paul.* 1. *Epist. Corinth.* 7, 36. Super virgine sua, quod sit superadulta.

SŬPĔRÆDĬFĬCIUM, ii, n. Quod superædificatur. *Ambr. In Ep. ad Corinth.* 1, 3. Superædificia sunt quæ post prædicationem apostolorum a supervenientibus traduntur, aut malis aut bonis doctoribus.... Ut superædificia congruant fundamento; ne, si obliqua fuerint et frivola, ruinam faciant, manente incolumi fundamento.

SŬPĔRALLUO, is, ere, a. *Avien. Descr. Ter.* 881. Caspia nam late terram superalluit unda.

SŬPĔRALTO, as, are, a. Superexalto. *Gloss. Cyril.* Ὑπερυψῶ, superalto, exalto. Cf. *Cang.*

SŬPĔRĀRIA, æ, f. Vestis exterior. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 582. Superaria, vestis quæ superinduitur. *Gloss. Philox.* Superaria, ἐπενδύτης.

SŬPĔRASCENDO, is, ere, n. *Interp. Iren.* 1, 18. Ut superascendant super invisibilia.

SŬPĔRĀTIO, onis, f. Superabundantia (*excès*). *Theod. Prisc.* 4, 2. Lapidem dicit in vesica generari superatione fervoris. — Vox usurpata semel a *Vitruvio*, non eo sensu.

SŬPĔRAUGMENTUM, i, n. *Isid. Or.* 6, 17. Embolismus nomen græcum est, quod interpretatur latine superaugmentum. Et *Thom.* p. 199.

SŬPERCĂDO et SŬPERCĬDO, is, ere, n. *Vulg. Psalm.* 57, 9. Supercecidit ignis, et non viderunt solem. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 3. Curationem ex illisione aquarum supercadentium. *Onomast. lat. gr.* Supercido, ὑπερπίπτω.

SŬPERCERTO, as, are, n. *Vulg. Psalm.* 57, 9. Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.

SŬPERCĬDO. Vid. SUPERCADO.

SUPERCŎRUSCANS, tis, part. Maxime coruscans. *Interp. Iren.* 4, 76. Exsultationem supercoruscantem et supereminentem, etc.

SŬPERCRESCO, is, ere, a. *Aug. Contr. Acad.* 1, 2. Quæ municipalem habitum supercrescerent. — Verbum neutrum : activi sensus exempla deerant.

SŬPERCUSTŌDIO, is, ire, a. Accurate custodio. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 68. Debitum enim quod debebatur legi supercustodiendæ ab omnibus.

SŬPERDESTILLO, as, are, a. Guttatim superfundo. *Cœl. Aur. Tard.* 5, 1, 18. Superdestillantes liquefactam calcem.

SŬPERDŪCO, is, ere, a. Insuper adduco. *Cod. Theod.* 8, 5, 53. Si qui veredum, mulamve, aut bovem superducendum esse cre-

diderit. *Ibid.* In quadruplum superductorum animalium pretium. || Obduco. *Plin. Valer.* 3, 22. Quum crustam albam superduxerint (ulcera). || Addo. *Tert. De Anim.* 36. Et qui animam post partum superducunt. *Id. Coron. Mil.* 11. — Quod verbum ap. *Forcell.* ad secundas nuptias tantum respicit.

SŬPĔRĔBULLIO, is, ire, n. Superabundo. *Interp. Iren.* 1, 34. Virtutem quæ superebullit ex femina.

SŬPĔREFFĬCIO, is, ere, n. Supersum, superabundo. *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 14. Vide ne superefficiant ipsæ mensuræ, ne supereffluant, sed bonis seminibus sint contentæ.

SŬPĔREFFUNDO, is, ere, a. Abunde effundo. *Interp. Iren.* 1, 9. Ut et supereffunderet ex eo (calice).

SŬPĔRĒMĬNENTIOR, us, adj. compar. *Fulg. Contin. Virg.* p. 746. Divina sapientia supereminentior sensibus. *Bed. De sept. Mund. Mirac.* t. I, p. 475. Supereminentiores lapides positi. || Supereminentissimus, superl. *Aug. De Spirit. et Litt.* 65. Illa supereminentissima perfectio charitatis.

SŬPĔRĒRŎGĀTIO, onis, f. Actus supererogandi. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 13. Sanctus Ambrosius beati Pauli supererogationem vel in sermonibus atque epistolis ejus.... collocavit. (Gall. *surérogation.*) — Vocem scribit *Forcell.*, non vero confirmat.

SŬPĔRĒRŎGĀTUS, a, um, part. *S. Fulg. Ad Monim.* 2, 13. Quia Augustinus hoc dixit ab apostolo supererogatum, quod, etc.

SŬPĔRESSENTIĀLIS, e, adj. Qui essentiæ superioris est. *Cypr. De Spir. Sancto, sub init.* Penetrare ad superessentialis naturæ altitudinem. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 20. Rerum superessentiale principium.

SŬPĔREXALTO, as, are, a. *Vulg. Ep. Jacob,* 2, 13. Superexaltat autem misericordia judicium.

SŬPĔREXCRESCO, is, ere, n. *Gloss. Plac.* p. 456. Excrementum, quod in aliqua re superexcrescit.

SŬPĔREXSTO, as, are, n. Super attollor. *Onomast. lat. gr.* Superexsto, ἀναφαίνομαι. || Supersum. *Ven. Fort.* 7, 12, 18. Occubat Hippolytus, nec superexstat Adon. *Id.* in *Notice des Manuscr. Bibl. Impér.* t. XII, n. 16, ed. *Guérard.* Hæc mihi longa dies longos superexstet in annos.

SŬPĔREXTENDO, is, ere, a. *Ven. Fort.* 10, 6, 40. Se superextendens, effugat arma necis. *Vulg. Ezech.* 37, 5. Ecce ego superextendam in vobis cutem.

SŬPERFERVEO, es, ere, n. Vehementer ferveo. *Bed. De Temporib.* t. II, p. 208. Æstas vero illo (sole) superfervente.

SŬPERFĬCIĀLĬTER, adv. In superficie (translate), leviter. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 60. Deus equidem non superficialiter nos dilexit. Cf. *Cang.* (Gall. *superficiellement.*)

SŬPERFĬCIŌSUS, a, um, adj. Superficialis. *Isid. Or.* 3, 7. Superficiosi (numeri), ut tres : ternarius enim primus latitudinem pandit.

SŬPERFOR, aris, ari, d. Insuper loquor. *Interp. Iren.* 1, 18. Alii et hebraica nomina superfantur.

SŬPERFŪSIO, onis, f. Ingens effusio. *Ambr. Hexaem.* 3, 2. Secundum superfusionem aquarum. *Ib.* 3, 3. Etiam montium vertices illa superfusione latuisse. (Scil. diluvio.) — Hæc ideo retuli ne vox tantum ab *Ammiano* usurpata credatur. Videndus et *Cang.*

SŬPERGAUDEO, es, ere, n. Maxime gaudeo. *Vulg. Psalm.* 34, 19. Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique. Et *Arn. In Psalm.* 3.

SŬPERGLŌRIŌSUS, a, um, adj. Gloriosissimus. *Vulg. Dan.* 3, 53. Benedictus es.... et superlaudabilis, et supergloriosus in sæcula.

SŬPERGRESSIO, onis, f. Quod supergreditur vel excedit (*l'excédant*). *Boet. Arithm.* 1, 29, p. 1315. Eadem tamen summarum supergressio est in hoc quoque quæ in duplicibus fuit.

SŬPĔRHĂBEO, es, ere, a. Insuper habeo (numerum). *Boet. Arithm.* 1, 28, p. 1316. Si duas solas partes minoris numeri superhabuerit, per easdem partes.... minorem major summa transcendit. — Hactenus de cataplasmo dictum dumtaxat notabant.

SŬPĔRIMPENDO, is, ere, a. Insuper impendo. *Vulg. Ep.* 2. *Corinth.* 12, 15. Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris.

SŬPĔRIMPLEO, es, ere, a. Supra modum impleo. *Gloss. Cyril.* Ὑπερπίμπλαμαι, superimpleo (imo superimpleor).... Ὑπερπληρῶ, superimpleo.

SŬPĔRINCRĔPĬTO, as, are, n. Insuper increpo. *Juvenc.* 2, 162. Et superincrepitans : Procul hæc auferte, profani.

SŬPĔRINDICTICIUS, a, um, adj. Qui ad superindictionem pertinet. *Cod. Theod.* 6, 23, 3. A sordidis quoque muneribus, excoctione calcis et superindicticiis titulis. *Ib.* 11, 1, 36. Et *Novel. Valent., tit.* 10.

SŬPĔRINDICTUS, a, um, part. *Cod. Theod.* 15, 2, 1. Ad aliud superindictæ rei onus.

SŬPĔRINSPECTOR, oris, m. Qui desuper inspicit (episcopus). *Ambros. De Dignit. sacerdot.* 6. Nam quid aliud est episcopus nisi superinspector? *Eucher.* p. 293. Episcopus, superinspector. Et *Cassiodor. In Psalm.* 108.

SŬPĔRIRRUO, is, ere, n. et a. *Mar. Vict. Macchab.* 263. Paruit, et dicto citius superirruit ignes.

SŬPERLAPSUS, a, um, part. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, *Præf.* Quia lituram tantam scribenti pluvia superlapsa suffudit.

SŬPERLAUDĀBĬLIS, e, adj. Maxime laudabilis. Vid. in v. SUPERGLORIOSUS.

SŬPERLĬGO, as, are, a. *Plin. Valer.* 1, 8. Et in cerebro vel hemicraneo superligabis.

SŬPERLĬNIO, is, ire, a. Superlino. *Marc. Emp.* 8, 1. Vel ad inungendum vel superliniendum.

SŬPERLĬNĪTIO, onis, f. Superlitio. *Marc. Emp.* 8, 3. Et ad suffusionem vel superlinitionem oculorum uteris.

SŬPERLUCROR, aris, ari, d. Insuper lucror. *Vulg. Matth.* 25, 20. Et ecce alia quinque (talenta) superlucratus sum.

SŬPERNASCOR, eris, i, d. Insuper nascor. *Cur. Fortun.* 1, p. 65. Quomodo hic supernascitur qualitas qualitati?

SŬPERNĀTŪRĀLIS, e, adj. Qui super rerum naturam est. *Cassian. Coll. Patr.* 20, 3. Pro sapientia supernaturali. — Non hoc adjectivum, sed adverbium *Supernaturaliter* est ap. *Cang.*

SŬPERNEXĪVÆ conjunctiones, f. pl. Quæ nectunt. *Asper*, p. 1734. Aut supernexivæ, ut *similiter*.

SŬPERNŎTĀTUS, a, um, part. *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 104. Primum de nudis litteris, secundum subnotatis, tertium supernotatis determinandum.

SŬPĔRŎPĔRIO, is, ire, a. Operio. *Prosp. In Psalm.* 105 (ad illud : Et aperta est terra, et deglutivit Datham). Quod est deglutivit, hoc est superoperivit.

SŬPĔROPTO, as, are, a. Valde opto. *Hilar.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 95. In qua (cruce) etiam magna superopto.

SŬPĔRORDĬNO, as, are, a. Refingo, muto. *Vulg. Ep. ad Galat.* 3, 15. Testamentum nemo spernit aut superordinat. *Alcim. Avit. fragm.* p. 209, hunc locum citat.

SŬPERPARTĬCŬLĀRIS, e, adj. *Boet. Arithm.* 1, 24, p. 1312. Superparticularis est numerus ad alterum comparatus, quoties habet in se totum minorem et partem ejus aliquam. *Ib.* 1, 32, p. 1319. Rursus, multiplices si convertantur, ex his superparticulares orientur, et ex duplicibus quidem sesquialteri, ex triplicibus sesquiquarti, et ceteri in hunc modum. (Adde *Cassiod.* p. 585 ; *Capel.* 7, p. 252; *Isid. Or.* 3, 6.) *Boet. Music.* 2, 22, p. 1409. Superparticulare genus. — Paucula de hac voce Forcelliniano Lexico addiderat *Furlan.*

SŬPERPARTĬCŬLĀRĬTAS, atis, f. Superparticularis numeri natura. *Boet. Arithm.* 1, 32, p. 1321. Si quis idem de cunctis in infinitum partibus multiplicatis faciat, convenienter ordinem superparticularitatis inveniet. *Id.* p. 1375, 1376, 1396, 1397, 1411, et passim.

SŬPERPARTIENS, tis, adj. Numerus qui numerum continet pluresque ejus partes. *Boet. Arithm.* 1, 32, p. 1319. Ex superparticularibus conversis superpartientes nasci necesse est. *Id.* p. 1311, 1316, 1317, et passim. Adde *Cassiod. Arithm.* p. 585; *Isid. Or.* 3, 6.

SŬPERPŎSĬTĪVUS, a, um, adj. *Prisc.* p. 1163. Et (verba) quæ per obtinentiam, id est κατ' ἐπικράτειαν, dicuntur, superpositiva, ut *habeo*, *possideo*, *teneo*, etc.

SŬPERPOSTŬLĀTIO, onis, f. Rei postulatæ additamentum. *Cod. Theod.* 7, 4, 28. Ne actuariorum fraudibus ulla relinquatur superpostulationis occasio.

SŬPERQUADRĬQUINTUS numerus, m. *Boet. Arithm.* 1, 28, p. 1317.

SŬPERRĪDEO, es, ere, n. De aliqua re rideo. *Cypr. De Singul. Cleric.*, *init.* Et ego vestræ perditioni superridebo.

SŬPERRŬTĬLO, as, are, n. Supra rutilo. *Prud. Peristeph.* 9, 196. Tecta corusca superrutilant.

SŬPERSCRIPTIO, onis, f. Inscriptio. *Vulg. Luc.* 23, 38. Erat autem et superscriptio scripta. *Ib. Matth.* 22, 20. Et *Schol. Juv.* ad *Sat.* 5, 34. Vinum ita vetus ut non possit ex superscriptione cognosci quanti sit temporis. Cf. *Cang.*

SŬPERSCULPTUS, a, um, part. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 58. Anaglypha, supersculpta vasa.

SŬPERSĔRO, is, sevi vel serui, serere, a. Supersemino. *Arn. In Psalm.* 55. Detegitur (homo) tritico supersevisse zizanias. *Zeno Veron.* p. 399. Quod inimicus homo bonis Dei seminibus superseruit.

SŬPERSESQUĬDĔCĬMUS, a, um, adj. *Boet. Music.* 3, 1, p. 1419. Supersesquidecima proportio.

SUPERSESQUĬSEXTUSDĔCĬMUS, a, um, adj. *Boet. Music.* 3, 1, p. 1419. Supersesquisextadecima proportio.

SŬPERSPARGO vel SŬPERSPERGO, is, ere, a. *Arn. Adv. Gent.* 7, p. 223. Rebusque his omnibus cunilam superspergere bubulam. *Plin. Valer.* 1, 56. Et farinam fabæ supersparges. — Exemplum *Catonis*, quod pro dubio refertur, probum est.

SŬPERSPĒRO, as, are, n. Continuo spero. *Vulg. Psalm.* 118, 43. In judiciis tuis supersperavi. (*Ibid.* quinquies legitur.) *Ambr. In Psalm.* 118, *Serm.* 15. Et in verbum tuum spero. Græcus tamen ἐπέλπισα habet, quod est supersperavi : quod de eo dicitur qui semper addit ad sperandum, et quum speravit aliquid, iterum sperat. *Prosp. In Psalm.* 118. Et super verbum tuum supersperavi.

SŬPERSTĬTIŌSIOR, us, adj. comparat. *Vulg. Act. Ap.* 17, 22. Quasi superstiosiores vos video.

SŬPERSUBSTANTIĀLIS, e, adj. Qui nutritui sufficit. *Vulg. Matth.* 16, 11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

SŬPERSŪMO, is, ere, a. Abundantius sumo. *Plin. Valer.* 1, 61. Ne aliquem supersumat humorem.

SŬPERSUSPENSUS, a, um, part. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 5. Immobilis et supersuspensa palpebrarum ac superciliorum positio.

SŬPERTERRESTRIS, e, adj. Superterrenus. *Interp. Iren.* 2, 6. Aut cœlestium, aut superterrestrium, aut aquatilium.

SŬPERTEXO, is, ere, a. Quasi texto operio. *Avien. Or. mar.* 127. Parvaque aquarum vi supertexi solum. — Cf. *Prisc. Peri.* 163. Parcior et tenui prætexens ima fluento.

SŬPERTŬMESCO, is, ere, n. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 364. Marissa, vesica quæ masculorum cuti supertumescit.

SŬPERVĂCUĬTAS, atis, f. Vanitas, vana gloria. *Vulg. Sapient.* 14, 14. Supervacuitas hominum advenit in orbem terrarum.

SŬPERVESTĪTUS, a, um, part. *Ambr. In Psalm.* 38. Minorem laborem nobis exspoliatus homo vetus quam supervestitus afferret.

SUPPĂRĬLIS, e, adj. Subsimilis. *Carm. De Schem.* p. 72. Supparile est, tale æquisono si nomine dicas : *Mobilitas*, non *nobilitas.* (In margine παρονομασία, græcum nomen schematis.)

SUPPLANTĀTIO, onis, f. Deceptio. *Vulg. Psalm.* 40, 10. Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

SUPPLĒTIO, onis, f. Completio. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 398. Pro suppletione hemitoniorum. Cf. *Cang.*

SUPPLĬCĀBĬLIS, e, adj. Placabilis. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 816. Παραιτητός, supplicabilis.

SUPPLĬCANTER, adv. Suppliciter. *Gloss. Plac.* p. 499. Suppliciter legimus et Supplicanter.

SUPPLĬCĀTRIX, icis, f. Quæ supplicat. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 811. Ἱκέτις, supplicatrix.

SUPPORTĀTŌRIUM, ii, n. Fulmentum. *Ambr. De Noe et Arca*, 7. Addidit etiam illic supportatoria immobilia esse. — Curtato verbo dicimus *support.*

SUPPŎSĬTĪVUS, a, um, adj. *Prisc.* p. 842. Quæ Latini in plurali numero imperativa primæ personæ accipiunt, hæc Græci ὑπο-

θετικὰ vocant, id est suppositiva, sive hortativa. *Id.* p. 1144 et 1145 et 1224.

SUPPŎSĬTŌRIUM, ii, n. Quod supponitur. *Gloss. Cyril.* Ἔρεισμα, suppositorium. *Ibid.* Ὑπόθεμα, suppositorium. || Scabellum. *Gloss. Cyril.* Ὑποπόδιον, scabellum, subsellium, scamillum, suppositorium. || Quod poculo supponitur (*soucoupe, plateau*). *S. Greg. Epist.* 1, 42. Suppositorium aliquod argenteum pro uno solido dicitur esse oppositum, et calix pro solidis. Cf. *Cang.*

SUPPOSTŌRIUM, n. Sync. nominis præced. (Quod vide. Et exhibetur cum hac varietate *Gregorii* locus ibi laudatus.) *Excerpt. ex vet. Lexic.* p. 268. Subposturium (*sic*), ὑπόθημα καὶ ὑποθητήριον.

SUPPUNGO, is, ere, a. Interius pungo. *Eugen.* 5, 16. Quod tenuis miseros suppungit anhelitus artus. *Cypr. Adv. Jud.* 3, 1. Aut etenim subjectos nobis suppungitis.

SUPRĀFUNDO, is, ere, a. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 10, 153. Deinde acetum acrum (*sic*) suprafundebat.

SUPRĀPŎSĬTIO, onis, f. *Cœl. Aurel. Tard., Præf.* Præscriptis celerum passionum libris, tardarum placet curationes ordinare, quæ solo suprapositionis tempore superioribus sunt similes. (*Suprapositionem* intelligunt exacerbationem per intervalla redeuntem τῆς ἐπιτάσεως.)

SUPRĀSĔDENS, tis, part. *Vulg. Eccli.* 33, 6. Subsannator sub omni suprasedente hinnit. *Cod. Theod.* 5, 8, 9. Suprasedente adversario.

SURCŬLUM, i, n. Surculus. *Ven. Fort.* 5, 15, 4. Insita cum fructu surcula, poma simul.

SURDEO, es, ere, n. Surdesco. *Onomast. lat. gr.* Surdeo, κωφοῦμαι.

SURDĬTIA, æ, f. Surditas. *Gargil. De Pom.* ap. *Mai.* t. III, p. 424. Antiquam surditiam tollunt. *Id.* p. 426. Surditiam purgat.

SURDO, as, are, a. Surdum aliquem reddo. *Onomastic. lat. gr.* Surdo, κωφόω. Cf. *Cang.*

SURRECTIO, onis, f. Actus surgendi. *Prisc.* p. 1277. Dic ab eo quod est *surgo* nomen verbale. *Surrector, surrectrix;* ipsa res, *Surrectio* et *Surrectus*. *Gloss. Cyril.* Ἔγερσις, surrectio. — Semel dictum ap. *Forcell.* et translato sensu.

SURRECTOR, oris, m., et SURRECTRIX, icis, f. Qui vel Quæ surgit. Vid. v. præced.

SURRECTUS, us, m. Surrectio. (Hanc vocem vide.)

SURTARIA, æ, f. Scutum ubi sunt pictæ imagines (interprete *Baron.*). *S. Greg. Ep.* 7, 54, *Ind.* 2. Direximus tibi surtarias duas imaginem Dei Salvatoris et sanctæ Dei genitricis Mariæ continentes. Cf. *Cang.*

SUSCEPTĬBĬLIS, e, adj. Capax (gallice *susceptible*). *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 141. Orationem et opinionem contrariorum esse susceptibilia. *Id.* p. 195. Omne quod boni malive susceptibile est. *Id.* p. 665. Susceptibilis doctrinæ homo. *Id.* p. 82. Susceptibile disciplinæ. *Id.* sæpissime. (Cf. apud Nostrum, p. 141, capax contrariorum; et p. 153, Neque aliud simul contraria suscipit.)

SUSCEPTĪVUS, a, um, adj. Susceptibilis. *Boet. Arist. Top.* 5, 1, p. 694. Animal mortale disciplinæ susceptivum. *Id.* p. 41. Substantia contrariorum susceptiva. *Id.* p. 373, 677, 719, et passim.

SUSCEPTŌRIUM, ii, n. Matrix. *Interp. Iren.* 1, 10. Hic igitur Marcus vulvam et susceptorium.... fuisse dicens.

SUSCEPTRIX, icis, f. Quæ suscipit. *Cassian. Incarn.* 3, 15. Aut (numquid) carnem illam theotocon, id est susceptricem deitatis, imaginem nominavit? *Boet. In Porphyr. Dial.* 2, p. 35. Accidentis susceptrix substantia. *Id.* p. 375. Hujus enim materia et coloris susceptrix est et frigoris. *Ibid.* Quum sit materia contrarietatis susceptrix.

SUSCĬTĀTIO, onis, f. Resuscitatio (translate). *Ambr. De Bono Mort.* 4. Sepultura vitiorum, virtutum suscitatio. — Vocis unum exemplum datur, proprio sensu.

SUSPECTIUNCŬLA, æ, f. *Gloss. Paris.* Suspectiuncula, parva suspectio.

SUSPECTĪVUS, a, um, adj. Qui suspicionem significat. *Prisc.* p. 1163. Suspectiva etiam (verba) vel opinativa : *suspicor, opinor*, etc.

SUSPENSĒ, adv. Cum dubitatione. *Publicol. Ad Aug. Ep.* 35. Dignare autem mihi definitive scribere, et non suspense. — Vocem non nisi comparative exhibet *Forcell.*

SUSPENSIOR, us, adj. compar. Vid. in v. SUBMERSIOR. — Exemplum referre libuit, quod faceret ad locum *Hirtii, B. Afric.* 48, ubi varia lectio est : *suspensiore animo commoveri* et *suspensione animi*. Illud verum duco.

SUSPĬCIENTER, adv. Cum veneratione. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 547, et VII, 580. Suspicienter, venerabiliter.

SUSTENTUS, a, um, part. a Sustineo. *Aur. Vict. Cæs.* 42. Sustentoque interim Persarum impetu.

SUSTĬNENTIA, æ, f. Patientia. *Vulg. Eccli.* 2, 16. Væ his qui perdiderunt sustinentiam. *Prosp. De Vit. contempl.* 3, 20. Superandorum malorum sustinentia. Cf. *Cang.*

SŬSURRĀTOR, oris, m. Qui susurrat. *Vulg. Eccli.* 5, 17. Susurratori autem odium et inimicitia. *Ennod. Ep.* 5, 27. Quis favis toxica, quis cœnum fontibus clandestinus susurrator admiscuit? (Et vid. v. seq.) — Vox auctoritate carebat, quum darent (pro var. lect.) exemplum *Cœlii* ap. *Cic.*, certissime expungendum.

SŬSURRIŌSUS, adj. m. *Gloss. Cyril.* Ψιθυριστής, susurriosus, susurrator. — *Susurrosus* magis placuisset, nisi vidissem nomen *susurrium* exstitisse. *Thom.* p. 552. Hoc *susurrium, rii*, quod etiam *susurrum* dicitur.

SŬSURRIUM, ii, n. Susurrus. *Hier.* in *S. Malcho*, 6, citante *Cang.* Juge susurrium. Et alia exempla *ibid.* Vid. etiam v. præced.

SŪTĒLO vel SŪTELLO, as, are, a. Suo. *Gloss. Cyril.* Ῥάπτω, sarcio, insuo, obsuo, sutello.

SŪTĒLŌSĒ, adv. Fraudulenter. *Gloss. Philox.* Sutellose (*sic*), πανούργως.

SŪTERNA, æ, f. Sutura. *Onomast. lat. gr.* Suterna, ῥαφή. *Varr.* ap. *Non.* p. 168. Qui suternas facere inscius, nihil homo agis. (Sic *Forcell.* pro var. lect. in v. SUTRINUS. Vulgo enim *sutrinas* vel *subtrinas*. Sed *suternas* meliorem sensum efficit. In eodem Glossario legitur, solenni sensu : Sutrina, ῥαφεῖον.)

SŪTŌRIA, æ, f. (suppl. ars, scil. *la cordonnerie*). *Boet. Arist. Elench. soph.* 2, 9, p. 756. Si quis dicat.... deinde sutoriam quidem non doceat, etc.

SŪTŌRIUM, ii, n. Atramentum sutorium. *Onomast. lat. gr.* Sutorium, χαλκάνθη (male χαλκαύθη).

SŪTRĬBALLUS, i, m. Malus sutor. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 3, 150. A sutriballo sutus (calceus). *Gloss. Cyril.* Παλαιοράφον (male Παλαιοράφιον), sutriballum.

SȲLĀTĒRIA vel SȲLĒTĒRIA, orum, n. pl. (συλάω, unde conjicio συλητήριον). Spolia. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 3, 68. Nam et niceteria syleteria sunt. (Vulgo *syllateria*. Quod nemo explicat.)

SYLLĂBĬCĒ, adv. Ratione syllabarum. *Prisc.* p. 984. Est quando abundant (præpositiones) syllabice, id est additionis syllabarum causa tantummodo. Et *Thom.* p. 539.

SYLLĂBĬCUS, a, um, adj. (συλλαβικός). Ad syllabam pertinens. *Prisc.* p. 1299. Syllabica adjectio. — Inde gall. *syllabique*.

SYLLŎGISTĬCĒ, adv. More syllogistico. *Boet. Arist. Analyt. poster.* 1, 9, p. 530. Contigit autem quosdam non syllogistice dicere propter id quod accipiunt utrisque consequentia. *Id.* p. 736. Syllogistice disputare.

SYLLŎGIZO, as, are, n. (συλλογίζω). Ratiocinor. *Boet. Arist. Analyt. poster.* 1, 9, p. 530. Aliquando quidem syllogizare non contingit ex acceptis. *Id.* p. 502, 503, 504, 746, 751, et passim. Cf. *Cang.*

SYMBŎLĬCUS, a, um, adj. (συμβολικός). Qui aliquid significat. *Charis.* p. 134. Nec enim significatio eorum legitima magis quam symbolica est. — Unde gall. *symbolique*.

SYMMĔTER, adj. m. Symmetros. *Boet. Arist. Anal. post.* 1, 2, p. 523. Ut quod diameter sit symmeter. *Id.* p. 494.

SȲNĂTHRŒSMOS vel SȲNĂTHRISMOS, i, m. (συναθροισμός). Quoddam schema. *Gloss. Paris.* Synatrismos (*sic*), congregatio, quotiens multa in unum colleguntur (*sic*), vel qui uno tractu atque circuitu crimina multa concludit. Et *Rutil. Lup.* p. 1.

SȲNAXIS, is vel eos, f. (σύναξις). Congregatio. *Cassian. Cœnob. Inst.* 2, 11. Psallunt in synaxi. *Ibid.* Fastidium synaxeos. *Ven. Fort.* 8, 16, 1. Repsit quale nefas intra pia septa synaxis! (Scil. monasterii.) *Bed. Vit. Cuthb.* c. 10. Instante hora communis synaxeos. Cf. *Cang.*

SYNCELLĪTA, æ, m. In eadem cella habitans. *Cassian. Coll. Patr.* 20, 2. Ut nos, tanquam pristinos syncellitas, etiam cellulæ suæ honoraret hospitio. Cf. *Cang.* — Quos *Sidon.* vocat concellitas, *Ennod.* concellaneos.

SŸNECDŎCHĬCUS, a, um, adj. (συνεκδοχικός). Ad synecdochen pertinens. *Cassian. Incarn.* 6, 23. Tropo scilicet synecdochico. (Sic vetus codex, exquisitius quam ut edd. *synecdoches.*)

SŸNEDRIUM, n. (συνέδριον). Cœtus, concilium. *Arn. In Psalm.* 103. Judæi ad synagogas suas (se collocabunt), hæretici ad synedria sua. *Gloss. Paris.* Synedrium, conventum.

SŸNEMPTŌSIS, is, f. (συνέμπτωσις). Rerum concursus (*coïncidence*). *Prisc.* p. 1199.

SYNGRĂPHUM, i, n. Syngrapha, privatum scriptum, monita. *Corip. Laud. Just.* 2, 368. Lege sacra parentis Syngrapha. || Diploma. Cf. *Cang.*

SYNOCHITIDÆ, pl. Vid. SINOCHITIDÆ.

SŸNŎDĀLĬTER, adv. Juxta synodi præscriptum. *Synod. Rom. celebrata anno* 502. Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur. Cf. *Cang.*

SŸNŎDĬCĒ, adv. Synodaliter. *Epiphan. Hist. Eccl.* 4, 25. Rogans ut juberet rex non synodice, etc.

SŸNŎDĬCUS, a, um, adj. Ad episcopos absentes scriptus (gall. *lettre synodique*). *Liberat. Breviar.* p. 62. Postulavit Eusebius duas Cyrilli synodicas recitari epistolas. *Ib.* p. 63. Et obtulerunt ei synodicam chartam. *S. Greg. Ep.* 1, 4. Synodicam vero epistolam subsequenti festinatione transmitto. (*Ibid.* 6, 4.) Et absolute, *ibid.* 5, 64. Priusquam ad nos synodica deferatur. Cf. *Cang.* — Vocem exhibet *Forcell.*, sed sensu ad astronomiam spectante.

SŸNŌDIUM, ii, n. (συνῳδία, forte et συνῴδιον). Concentus. *Diom.* p. 489. Si quando monodio agebat (chorus), unam tibiam inflabat; si quando synodio, utrasque.

SŸNŌNŸMIA, æ, f. *Prisc.* p. 648. Futuri vero anceps significatio est, id est synonymia. *Ib.* Synonymiæ causa. Et *Isid. Or.* 2, 21. (Cujus verbi nullum exemplum habet *Forcell.*, nec magis in v. INTERPRETATIO.) — Inde gall. *synonymie.*

SYNTHICIA vel SYNTHISIA, æ, f. (συνθήκη, συνθεσία). Pactum, conventio. *S. Greg. Epist.* 1, 30 (31, ed. Bened.). Longobardi, quorum synthisiæ spathæ sunt. (Scil. qui non jure, sed armis omnia dirimunt.) — Duo græca vocabula confusa fuisse videntur, et scriptum tunc temporis συνθησία : unde *synthisia.*

SŸRIA, æ, f. Genus oleæ. *Isid. Or.* 17, 7, 67. Syria dicta pro eo quod de Syria est allata. (Non dubitandum quin hæc, et aliæ ibidem laudatæ, *paphia*, *crustumia*, absolute dictæ sint. Sic *avellana*, *cydonium*, etc.)

SŸRIĂCĒ, adv. Syriaca lingua. *Vulg.* 4. *Reg.* 18, 26. Precamur ut loquaris nobis servis tuis syriace.

SŸRIARCHIA, æ, f. Syriæ administratio. *Cod. Theod.* 12, 1, 103. Voluntate propria unusquisque syriarchiæ munus suscipere debet.

SYRTĪTES, æ, f. Lapidis genus. *Plin. H. N.* 37, 25, 2. Proximos illos (carbunculos) quos vocant syrtitas. (*Hard.* et *Littré* leg. *sititas.* Vide an alius sit lapis qui ap. Nostrum occurrit, lib. 11, 83, 1, *syrites.*) *Isid. Or.* 14, 14. Gignit (Italia) gemmas syrtiten, lyncurium et corallium. (Sic pars codd. Vulgo *serciten.* Et ubique *n* in fine servatur. Nihilominus *Areval.* et *Lindem.* exhibent *syrtitem.*) *Id.* 16, 15, 10. Syrtites vocata quoniam in littore Syrtium inventa est primum.

SYRUPUS, i, m. Jusculum medicum (*sirop*). *Onomast. lat. gr.* Syrupus, σύριον (*sic*). Cf. *Cang.* vv. SIRUPPUS et SYRUPUS.

SYSTĒMĂTĬCUS, a, um, adj. (συστηματικός). Qui pertinet ad systema (versuum). *Mar. Vict.* p. 2500. Systematica (species) quæ ex pluribus metris subsistit. *Atil. Fort.* p. 2700. Inter binos versus decurrunt melica systematica. — Inde nostrum adj. *systematique.*

SYSTŎLE, es, f. Correptio verbi contra naturam. *Isid. Or.* 1, 34, 4. — Qui, de more suo, latinis litteris scribit.

T

TĀBEFĂCIO, is, ere, a. In tabem resolvo. *Vulg. Eccli.* 31, 1. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. *Ib.* 1. *Macch.* 4, 32. Et tabefac audaciam virtutis eorum. *Onomast. lat. gr.* Tabefacio, μαραίνω. *Thom.* p. 585. Tabeo.... Et per compositionem Tabefacio. — Rarissimum sane, sed non omnino *inusitatum* verbum, ut dicunt in v. TABEFACTUS.

TĂBERNĀRIA, æ, f. Popa (*tavernière*); item meretrix. *Novel. Martian., tit.* 4. Scenicam vel scenicæ filiam, tabernariam vel tabernariæ filiam. *Ibid.* iterum. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 8, 162. Nomen tabernariæ, pro qualibet. *Isid. Or.* 15, 2. Tabernæ.... Unde et tabernariæ, quod ibi soleant considere. (Ad hunc sensum referendus *Apuleii* locus, ubi est *tabernariis blanditiis* : quod non bene a *Forcell.* exponitur.)

TĂBERNĀRIUS, ii, m. Caupo (gall. *tavernier*). *Gloss. Paris.* Caupo, tabernarius pessimus, etc. Caupones, tabernarii qui vinum adulterum vendunt. *Ibid.* Tabernarii, caupones. *Gloss. vet. S. Genov.* Caupo, tabernarius. *Gloss. Laudun.* Caupo, negotiator tabernarius. (Latius dictum de mercatore a *Cic.*) || Qui tabernas ambit. *Non.* p. 161. Popinones, vel hi quos dicimus tabernarios, a popinis; vel luxuriosi, qui se popinis dedunt. *Gloss. vet. S. Genov.* Ganeo, tabernarius. *Thom.* p. 256. Ganeo, tabernarius vel potator. *Gloss. Cyril.* Καπηλοδύτης, ganeo, tabernarius.

TĂBERNIO, onis, m. Qui tabernas ambit. *Gloss. Isid.* Tabernio (omissa interpretatione). *Ibid.* Gulosus, tabernio, popinator. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 525. Ganeo, tabernio. *Gloss. Paris.* Ganeo, gulosus, popinator, luxuriosus, tabernio. *Thom.* p. 590. Taberniones, tabernæ sectatores. || Qui tabernam habet. *Gloss. Paris.* Tabernio, qui vinum vel alia negotia vendit. *Thom.* p. 574. Tabernio, qui frequentat tabernam, vel qui vendit potum; quod etiam *tabernarius* dicimus.

TĀBĬFĬCO, as, are, a. Tabefacio. *Aug. De Peccat. Merit.* 1, 10. Occulta tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificavit omnes.

TABLISTA, æ, m. Qui tablissat. *Carm.* in *Anthol.* t. II, p. 439 (de ebore). Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis, Discolor et tabulæ calculus inde datur.

TĂBŬLĀRIUS, ii, m. Tabularum compages. *Inscr. Orel.* t. I, p. 289. Deæ Palladi C. Aur. Festinus.... tabularium pensilem a solo fecit. Cf. *Cang.*, qui priscam vocem nostram *taulier* memorat.

TĂBŬLO, as, are, a. Tabulis consterno. *Onom. lat. gr.* Tabulo, as, σανιδόω. Cf. *Cang.* — Et hoc exemplum sit verbi quod *Furlan.* addidit ex *Jul. Valer.*

TACTIM, adv. Tangendo. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 279. Ex verbis ejusmodi adverbia reperiuntur, utputa Tango, tactim.

TÆDENS, tis, part. Pertæsus. *Alcim. Avit. Carm.* 4, 327. Nonne piger lucri quisquis tædensque laboris Insanire putet?

TÆDIŌSĒ, adv. Cum tædio. *Gloss. Cyril.* Ἀηδῶς, tædiose. Et *Thom.* p. 588. — Vox est ap. *Apul.* cum var. lect.

TĀLAX, acis, adj. (talus). *Gloss. Isid.* Talax, scaurus. — Hoc idem compareret, sed corrupte, in *Gloss. Pith.*, ut notant *Cang.* et *Furlan.*

TĀLIĀTŪRA vel potius TALLIĀTŪRA, æ, f. Scissura (gall. *taille*, *taillade*). *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 360. Terminus si aliquam scissuram [hoc est taliaturam] habuerit, montem scissum [hoc est taliatum] ostendit. — Verba uncis inclusa glossam sapiunt, ut notat *Furlan.* Vox ejusdem ævi est atque *intertaliare* ap. *Non.* p. 414.

TALLUS, i, m. *Gloss. vet. S. Genov.* Talli sunt vasa offertoria in vino. — Quod et testatur *Cang.* in v. TALLOS.

TĂMĂRĬCIA, æ, f. Tamarice. *Isid. Or.* 17, 7, 49. Myrice, quam Latini tamariciam vocant. — *Lindem.*, post *Areval.*, exhibet *tamaricem.* Quod sane rectius; non tamen ideo *Isid.* usurpavit.

TANTĂLUS vel TANTALLUS, i, m. Ardea. *Isid. Or.* 12, 7. Hanc (ardeam) multi tantalum nominant. *Gloss. lat. gall.* ap. *Cang.* Tantallus, *héron.*

TANTŌCIUS, adv. *Gloss. Paris.* Tantocius, tanto velocius, tam cito. *Gloss. Hildeb.* Tantocius, tanto velocius. (Notum est *quantocius.*)

TARANTŬLA, æ, f. *Onomast. lat. gr.* Tarantula, φάλαγξ. (Gallice *tarentule.*)

TARATRUM, i, n. Terebræ genus. *Isid. Or.* 19, 19. Taratrum, quasi teratrum. *Thom.* p. 577 et 591. Teratrum, Taratrum, quod perforat lignum. — Exstitisse litteram *a* in prima syllaba, testatur vocabulum nostrum *tarière.*

TARDA (avis). Vid. AVIS TARDA.

TARDĀTIO, onis, f. Pedum tarditudo. *Cœl. Aur. Tard.* 2, 1. Sed appellari claudicationes, vel tardationes possunt, sive alienationes. *Gloss. Paris.* Tardatio, tarditas.

TARMUS, i, m. Tarmes. *Gloss. Isid.* Tarmus, vermis (male vermes) in carne. *Gloss. vet. S. Genov.* Tarmus (male Turnus), vermis in carne. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 276. Vermis laridi tarmus et tarmes (male tramus et tramites), quod etiam lignorum solet dici. *Johan. de Jan.* Tarmus, vermis lardi. — Vid. TERMUS.

TĀRUUM, i, n., et TĀRUA, æ, f. *Corip. Johan.* 4, 1136. Omnia jam pereunt Maurorum tarua nusquam. *Ib.* 6, 273. Aurasii et latos implevit tarua campos. — Sic *Imman. Bekker.* e conject. Quod quum nulla nota illustret *Mazzuchelli*, de voce dubito.

TAUTONES, um, m. pl. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Tautones, palpebræ. *Thom.* p. 593. Tautones, palpebræ inferiores, quæ et cilia dicuntur. Cf. *Cang.*

TAXĀTIUNCŬLA, æ, f. *Gloss. Paris.* Taxatiuncula, brevis taxatio.

TAXĀTOR, oris, m. Qui taxat (gall. *taxateur*). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 592. Taxator, numerator, calculator, computator. — Vox non nisi translate usurpata reperitur ap. *Fest.*

TAXILLĀRIUS, ii, m. Qui cum taxillis ludit. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 594.

TECHNĪTES, æ, m. (τεχνίτης). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 582. Technitæ, artifices. *Append.* ad *Gloss. vet. S. Genov.* Tecnites (male Tecnite), artifex.

TECTIO, onis, f. Opertio. *Cœl. Aur. Acut.* 3, 5. Utendum etiam limpidæ lanæ tectione mediis partibus capitis et collo.

TECTŌNĀTUS. Vid. v. seq.

TECTŌRĀTUS, a, um, adj. *Gloss. vet. S. Genov.* Tectoratis, tecto coopertis. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat.* t. VII, p. 582. Tectoratus, tecto coopertus. (Cf. *Cang.* in v. TECTORA.) *Thom.* p. 593. Tectonatus (*sic*), tecto coopertus.

TĔGILLA, æ, f. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Mappa, gausape, tegilla. (Sed *Johan. de Jan.* habet *Togilla*, quod probat *Cang.*)

TĔGĬMENTUM, i, n. Tegmentum. *Ambr. De Isaac et An.* 4. Surge secura in tegimento petræ. (Quod in *Cantic. Cantic.* Alia autem est *Vulgatæ* versio.) *Thom.* p. 573. Hoc tegimen : unde hoc tegimentum vel tegumentum. — Allatis *tegumen*, *tegumentum*, *tegimen*, deerat *tegimentum.* Cf. sup. INTEGIMENTUM.

TĒGŬLĀTOR, oris, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 574. Tegularius vel Tegulator, qui facit tegulas. Cf. *Cang.*

TĒLĀRIA, æ, f. Instrumentum texendæ telæ. *Isid. Or.* 19, 29. Tela pro longitudine staminum dicta : cujus derivativum est telaria. — Quod nolim pluraliter usurpatum, a v. *telarium*, ut censet *Furlan.*

TĔLEŎPORPHŸROS, on, adj. (τελειοπόρφυρος). *Chart. Cornet.* Item mafortem e teleoporphyro tramosericum opus maximum.

TĔLIAMBUS, adj. m. (τελίαμβος). Iambo

terminatus. *Mar. Vict.* p. 2512. Homerum his versibus teliambis frequenter usum. (Idem versus est qui hexameter *miurus*.)

TĔLŌNEĀTUM, i, n. Teloneum. *Gloss. Cyril.* Τελώνιον, vectigalium, teloneatum. (Ibi perperam *telonatum*. Sed *Cang.* habet *teloneatus*, quod rectius esset neutri generis *teloneatum*.)

TĔMĔRĀBĬLIS, e, adj. Temeratus. *Ven. Fort.* 2, 4, 10. Sed de sede pia pepulit temerabile guttur.

TĔMĔRĀTIO, onis, f. Adulteratio. *Cod. Theod.* 1, 32, 1. In baphiis etiam admixta temeratio inquinatæ nævum alluvionis adducit.

TEMNĬBĬLIS, e, adj. Contemnendus. *Cassiod. Instit. div. Litt.* 29. Nec magnitudine undarum suspectus (amnis) habetur, nec exiguitate temnibilis.

TEMPESTUŌSUS, a, um, adj. Procellosus (gall. *tempêtueux*). *Bed. De Tempor. Rat.* t. II, p. 107. Tempestuosum mensem portendere (lunam). *Onomast. lat. gr.* Tempestuosus, θυελλώδης. *Thom.* p. 583. Tempestuosus, tempestate plenus. — Unum exemplum habet *Forcell.*, sed translato sensu.

TĔNEBRASCO, is, ere, n. Tenebresco. *Thomæ Thes. nov. Latin.* p. 569. Tenebrasco.... Obtenebrasco.... Contenebrasco. (Sic et *Aug.* juxta libros ap. *Forcell.* Quod non mutandum.)

TĔNEBRĬCOR, aris, ari, p. Tenebresco. *Onomast. lat. gr.* Tenebricor, σκοτίζομαι. — *Tenebrico*, neutraliter, est ap. *Tert.*

TĔNEBRŌSĬTAS, atis, f. Obscuritas. *Arn. In Psalm.* 103. In ipsa enim tenebrositate abundant catuli leonum. *Id. In Psalm.* 118. Funes peccator in tenebrositate distendit. Et *Thom.* p. 569. Cf. *Cang.*

TĔNĔRŌSĬTAS, atis, f. Tenera ætas. *Ven. Fort. Vit. S. Medard.* 3. Quum tenerositatis annos temperaret propriæ voluntatis arbitrio. Cf. *Cang.*

TĔNĔRŬLUS, a, um, adj. Dimin. ab Tener. *Rufin. Met. comic.* p. 2712. O quæ tenerulæ comparis tenes crinem!

TĔNĬLIS, e, adj. *Gloss. arab. lat.* Tenilis, qui teneri potest. *Gloss. Isid.* Tenilis, qui potest tenere (l. teneri). — Secundum analogiam; nam Habeo, habilis.

TENSĬBĬLIS, e, adj. Qui tenditur (de chordis dictum). Vid. in v. INFLATILIS. (Et cf. *Johan. de Jan.*)

TENTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui tentat, captiosus. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 10, p. 741. Circa ea de quibus dialectica tentativa est. *Id.* p. 734 et 756. — Excidit apud nos adject. *tentatif*, sed nomen permanet *tentative*.

TENTRIX, icis, f. Quæ tendit. *Prisc.* p. 1247. Nomen verbale *tentor*, femininum *tentrix*, ipsa res *tentio*.

TENTŪRA, æ, f. Tensura. *Hyg. De Castr. met.* p. 13. Ut tenturæ amplius efficientes quam strigæ, in eamdem pedaturam incurrant. — Exstat apud nos, sed alio sensu, nomen *tenture*. Cf. *Cang.*

TĔNUĀRIUS, a, um, adj. Tenuis. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4111. Tunicam tenuariam, denario uno semisse. — Si proba scriptio, vox a verbo *tenuare* proficiscitur. Non autem displiceret *tenuiarius*, quod jam pro substantivo nomine notum est.

TĔNUĀTIO, onis, f. Macies. *Cæl. Aur. Tard.* 2, 1. Cum pallore et tenuatione partis vitiatæ.

TĔPĬDĬTAS, atis, f. Tepor. *Onomast. lat. gr.* Tepor, Tepiditas, χλιαρότης. Cf. *Cang.*

TERATRUM, TERETRUM, n. Vid. TARATRUM.

TERDĔCĬMUS, a, um, adj. Tertiusdecimus. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 708. Augustina parens quarto me flebilis anno Terdecimoque die perdidit orba satum. Conf. TREDECIMUS.

TERETISSO, n. Vid. TETRISSITO.

TERJŬGUS, a, um, adj. Triplex. *Carm. de Schem.* p. 75. Terjuga sunt quæ respondent secum ordine trino. (Sic vertitur græcum τρίκωλον.)

TERMES, itis, m. Vid. TERMUS.

TERMĬNĀTOR, oris, m. Qui terminos ponit. *Aug. Civ. D.* 4, 11. Ipse sit Jupiter in merce Mercurius, in Jano initiator, in Termino terminator. Cf. *Cang.*

TERMUS, i, m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 591. Termus vel Teredo, vermis lignum comedens. — *Termitem* et *Tarmitem*, leguntur ap. *Vitr.* 2, 9, de eodem verme. Cf. TARMUS.

TERNĬTAS, atis, f. Ternarius numerus.

Prisc. p. 1355. Unitas.... ternitas vel trinitas, septimana.

TERQUĪNI vel TER QUĪNI, æ, a, adj. pl. Quindecim. *Victor. Genes.* 2, 381. Et jam terquinis super omnia celsior ulnis Arca ferebatur.

TERRĂCEUS, a, um, adj. *Onomast. lat. gr.* Terraceus, Terreus, γήϊνος. — *Terracéa, Terracia, Terraceum* et *Terraceum* sunt ap. *Cang.* Adjectivum habemus *terraqué.*

TERRĀNEŎLA, æ, f. Alauda. *Phæd. Fab. nov.* 31, 1. Avis quam dicunt terraneolam rustici. *Onomast. lat. gr.* Terraneola, κορυδαλός.

TERREFĂCIO, is, ere, a. Pavefacio. *Onomast. lat. gr.* Terrefacio, ἐκπλήσσω.

TERRĬBĬLĬTAS, atis, f. Torvitas. *Jornand. Reb. Get.* 24. Huuni, quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes, terribilitate fugabant. Cf. *Cang.*

TERRĬBŎLUM, n. Vid. v. seq.

TERRĬBŬLUM, i, n. Terriculum. *Gloss. Paris.* Terribula, formidolosus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 548. Terribola, formidolosus, timidus. (Prava sane interpretatio.) *Thom.* p. 592. Terribulum, tormentum, tormen, cruciamen, crucium, cruciatus, supplicium. Cf. *Cang.*

TERRĬCRĔPUS, a, um, adj. (terreo, crepo). Qui terribiliter crepat. *Aug. Conf.* 8, 2. Terricrepo ore. Cf. *Cang.*

TERRŬLENTER, adv. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 578. Terrula.... Terrulentus, et inde Terrulenter. In Decretis : Rem spiritalem (male spiritualem) terrulenter quærere. (Nempe versus est ex *Prud. Peristeph.* 10, 378. Exsulat ex bonis editionibus var. lect. *terrulente.*)

TESSĂRĂCOSTĒ, es, f. (τεσσαρακοστή). Dies quadragesima. *Ambr. In Luc.* 3, 3. Et Pentecoste, cujus Lucas, et Tessaracoste, cujus Matthæus secutus est gratiam.

TESSELLĀRIUS, a, um, adj. Ad tessellas pertinens. *Inscr. Orell.* t. II, p. 264. Artifex artis tessellariæ.

TESSĔRĀRIUS, a, um, adj. Ad tesseras pertinens. *Amm.* 14, 6. Is adhibetur qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem tesserariam profitetur, aut secretiora quædam se noscere confingit.

TESTĀMENTĀLIS, e, adj. Testamentarius. *Jornand. Reb. Get.* 59. Testamentali voce denuntians. Cf. *Cang.*

TESTĬFĬCĀTOR, oris, m. Testis. *Gloss. Isid.* Vepra, callidus testificator, diversipellis.

TETRĂGŎNĀLIS, e, adj. Quadratus. *Boet. Music.* 2, 16, p. 1405. Horum tetragonale latus assumo, fiunt viginti. *Id. Geom.* p. 1525 et 1527 et 1530.

TETRĂGŌNĬCUS, a, um, adj. (τετραγωνικός, ut conjicere licet). Tetragonalis. *Boet. Arithm.* 2, 50, p. 1365. Tetragonicum latus inquire. *Id.* p. 1525.

TETRĂGŌNISMUS, i, m. (τετραγωνισμός). Quadratio. *Boet. Arist. Analyt. post.* 1, 7, p. 528. Est enim sic monstrare, sicut Bryson tetragonismon.

TETRĂGŌNUS, a, um, adj. (τετράγωνος). Quatuor angulos habens. *Boet. Arithm.* 2, 22, p. 1337. Si a tetragona basi proficiscatur. Iterum p. 1340. — *Furlan.*, ap. *Forcell.*, nihil exhibet nisi *tetragonus numerus*, translate scilicet.

TETRAGRAMMĂTOS, on, adj. (τετραγράμματος). Qui quatuor litteris constat. *Isid. Or.* 19, 21. Petalum, aurea lamina quæ nomen Domini tetragrammaton hebraicis litteris habebat scriptum.

TETRAIS, idis, f. Odoramenti genus. *Isid. Or.* 4, 12. Tetraidos formulæ incensi in longitudinem porrectæ, quæ fiunt ex quatuor pigmentis. (Forte *Tetraides*, formulæ.)

TETRALIX, icis, f. (τετραέλιξ et τετράλιξ). Fruticis genus. *Plin. H. N.* 11, 15, 4.

TETRAPLĂSIOS, on, vel TETRAPLĂSIUS, a, um, adj. (τετραπλάσιος). Quadruplus. *Cassiod. Music.* p. 587. Disdiapason.... symphonia est quæ constat ex ratione tetraplasia.

TETRĂPȲLUM, i, n. (τετράπυλον). Ædificium quatuor portas habens. *Junior, Descr. Orb.* p. 394. Cujus (Cæsareæ) tetrapylum nominatur ubique. *Ibid.* p. 399. Et *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1850. Basilicam Constantianam cum porticibus et tetrapylo.

TETRARYTHMUS vel TETRARRYTHMUS, a, um, adj. (τετράῤῥυθμος). *Mar. Vict.* p. 2543. Tetrarythmum (pæonicum) etiam acatalectum tale est.

TETRISSĬTO, as, are, n. Clamare ut anates. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 78. Anatum (proprietas est) tetrissitare. — Malim *tetrissare*, quum *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. I, p. 569, exhibeat : Anates teretissant.

TEUTON, onis, n. Cateia (teli genus). *Isid. Or.* 18, 7. Unde et eos Hispani et Galli teutones vocant. — Ap. *Cang.* est *Teutona*, f.

THĂLASSŎMEL, ellis, n. Thalassomeli. *Plin. Valer.* 1, *Præf.* Oxymel faciemus.... Thalassomel quomodo conficiatur, dicemus. — Nota serioribus declinatio.

THĂLASSŎMETRA, æ, m. (θαλασσομέτρης, ut conjicere licet). Maris mensor. *Ambros. Hexaem.* 5, 10. Quis geometra his (piscibus) divisit habitacula, nullis rumpenda temporibus? Sed geometram audivimus, thalassometram nunquam audivimus : et tamen pisces mensuram suam norunt. — *Maris mensor* est ap. *Hor. Carm.* 1, 28, 1.

THANEUS, m. Vid. TRANEUS.

THAU, ind. Tau, littera græca, crucis signaculum. *Vulg. Ezech.* 9, 4. Signa thau super frontes virorum. *Greg. Tur. Hist. Fr.* 4, 5. Unde a rusticis hæc scriptio thau vocabatur. Cf. *Cang.*

THEATER vel THEATRUS, m. Vid. in v. PRODIGIUS.

THĔLŎDĪVES, itis, adj. (θέλω, dives). Qui vult videri dives. *Aug. Ep.* 59, *Paulino.* Sic enim et vulgo dicitur qui divitem affectat, thelodives, et qui sapientem, thelosapiens, et cetera hujusmodi. Ergo et hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est volens humilis, affectans humilitatem, quod intelligitur, volens videri humilis, affectans humilitatem. (Scil. exponit verba : « Corpus ergo Christi, nemo vos convincat volens in humilitate cordis. »)

THĔLOHŬMĬLIS et THĔLŎSĂPIENS, adj. Qui vult videri humilis, sapiens. Vid. in v. præced.

THEŎMĂCHIA, æ, f. (θεομαχία). Pugna adversus deos vel Deum. *Bed. De sex Ætat. Mund.* t. II, p. 186. Gallienus, ob meritum vel propriæ libidinis vel paternæ theomachiæ.

THEŌRĒTĬCUS, a, um, adj. (θεωρητικός). Speculativus. *Cassian. Collat. Patr.* 14, 2. Nam practice (scientia) absque theoretica, etc. *Ambr. Hexaem.* 1, 5. Aliæ (istarum artium) theoreticæ, quæ vigorem mentis exercent. Adde *Fulgentii* exemplum quod Lexico Forcelliniano inseruit *Furlan.* in v. PHILARGICUS. Etiam *Gloss. Paris.* Theoreticeu et practicen, contemplativam et activam.

THEŌRIA, æ, f. (θεωρία). Contemplatio, meditatio. *Cassian. Collat. Patr.* 1, 8. Videtis principale bonum in theoria sola, id est in contemplatione divina posuisse. *Ven. Fort.* 5, *init.*, *Ep. ad Martin.* Theologiæ ac theoriæ tirocinio mancipatur. Vid. *Cang.* — Galli habemus nomen *théorie.*

THEŌRĬCUS, a, um, adj. (θεωρικός). Contemplativus (gall. *contemplatif*, *spéculatif.* Opponitur *actualis*). *Cassian. Collat. Patr.* 1, 1. Theorica virtute flagrabat. Vid. *Cang.* — Gallicum exstat adj. *théorique.*

THĔRĂPEUTĬCA, orum, n. pl. (θεραπευτικός). Liber de medicina. *Cassiod. Inst. div. Litt.* 31. Legite Therapeutica Galeni, ad philosophum Glauconem destinata.

THERMŬLĀRIUS, ii, m. Thermularum custos. *Inscr.* ap. *Murator.* p. 909. Livia.... Augustæ l.... thermulario. (Hoc *Murator.* conjicit, quum scriptum sit *thermutario.* Quod sane probandum.)

THĒSAURIZĀTIO, onis, f. Thesaurorum acervatio. *Eucher. Formul. spirit.* p. 238. Sacculus, thesaurizatio.

THĔTĬCUS, a, um, adj. (θετικός). Positivus. *Cur. Fort. Art. Rhet.* 2, p. 86. Accidens (species quæstionis), erratica sive thetica.

THIUS. Vid. TIUS.

THŌRĂCA, æ, f. Thorax. *Ennod. Parænes. didasc.* p. 440. At mihi crux cuspis, crux scutum, cruxque thoraca. (In quo littera *o* male corripitur.)

THRŎNUM, i, n. Thronus. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 4, 213. In sublime thronum procedens æde superba. Cf. *Cang.*

THYĬNUS, a, um, adj. (θύϊνος). Qui est e thya. *Vulg.* 3. *Reg.* 10, 11. Ligna thyina multa nimis. *Gloss. Paris.* Thyina ligna. De his Salomon.

THȲRAMBUS, i, m. Dithyrambus, carmen. *Ennod.* 1. *Carm.* 7, 66. Si meos vellet modicos thyrambos.... pendere. *Id.*

Epig. 2, 109. Nunquam frugiferis per sæcula longa thyrambis, etc.

THYRSĬCUS, a, um, adj. Ad thyrsum pertinens, bacchans, ebrius. *Ven. Fort.* 1, *Epist. dedicat.* De quo convivam thyrsicum, non fatidicum licet exire. — Inde conjicias græcum θυρσικός.

TĪBĬCĬNĀRIA, æ, f. Ars inflandi tibias. *Boet. Arist. Topic.* 1, 8, p. 666. Si unam numero grammaticen esse (probabile est), ut tibicinariam unam. *Ibid.* Plures tibicinarias.

TĪBĬCĬNĀTUS, a, um, adj. Qui habet tibicines (*des poteaux*). *Schol. Juv.* ad *Sat.* 3, 193. « Urbem tenui tibicine fultam. » Tibicinatam.

TIBRACA, æ, f. Tubracus. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 18. Ut, semel calceatus tibracis, quas pelliceas habere solebat, sic menses perduraret integros.

TIGNĀTIO, onis, f. Contignatio. *Gloss. Cyril.* Δόκωσις, tignatio.

TIGNO, as, are, a. Contigno. *Gloss. Cyril.* Δοκῶ (scil. Δοκόω), tigno.

TIGNŬLUM, i, n. Parvum tignum. *Boet. Arithm.* 2, 4, p. 1328. De laterculis etiam, vel tignulis, et cuneis.

TIMBRIS vel TYMBRIS, is, m. Pelles (*fourrures*). *Cassiod. Var.* 5, 1. Cum pictis timbribus et pueros gentili candore lucentes, et spathas nobis, etiam arma desecantes, vestra fraternitas destinavit. — Vulgo *cum piceis*, nullo sensu. Equidem *pictis*, ex codicibus quos adii, revoco. Dicitur et *Timbrium*, ut videas ap. *Cang.* Ceterum *Cang.* et *Furlan.* in loco cit. perperam intelligunt *tympanum*.

TĪMOCRĂTEUM metrum, n. Metri genus, a Timocrate dictum. *Serv. Centim.* p. 1823.

TINCTŌRIUM, ii, n. Baptisterium. *Eucher. De græcis Nomin.* p. 293. Baptisterium, tinctorium.

TĬNEĀTUS, a, um, part. A tineis infestatus. *Gloss. Cyril.* Σητόκοπον, tineatum.

TĬNEO, as, are, n. Tineis scatere. *Vulg. Baruch*, 6, 71. A purpura quoque et murice, quæ supra eos tineant, scietis quia non sunt dii.

TINNĪTO, as, are, n. *Gloss. Cyril.* Ἠχῶ, ἐπὶ χαλκοῦ, tinnio, tinnito. *Thom.* p. 578. Tinnito, as, id est frequenter tinnire. —Vox in Lexicis incerta, nec primo suo sensu.

TINTĪNO, as, are, n. Tinnio. *Onomast. lat. gr.* Tintino, ἀλαλάζω. — Hoc ideo exscripsi ne quis conjecturæ *tinniunt* faveat ap. *Catul.* 51, 10. Ap. *Cang.* est *Tintinnare*, ut passim vitiose scriptum reperitur.

TĪRŌNĪCO et TĪRŌNIZO, as, are, n. Tiro sum. *Gloss. Isid.* Tironicare, militare. *Gloss. Pith.* Tironizare, militare.

TĬSĂNA, æ, f. Ptisana (gall. *tisane*). *Gloss. Cyril.* Τισάνη, tisana. *Gloss. Paris.* Tipsina (*sic*), de ordeo decorticato grana in pila lignea tunsa : deinde coquent in quo voluerint. Cf. *Cang.*, apud quem etiam scriptura *tipsana* invenitur.

TĬTIUNCŬLUS, i, m. Quædam avis. *Gloss. Cyril.* Κεγχρίς, εἶδος ἱέρακος μικροῦ, titiunculus. — An eadem est quæ *miliaria volucris* ap. *Varronem?* Ipsa vox incerta, quum avis *Pipiunculus* etiam sit accipitris genus. Cf. *Cang.* in v. PIPIONES.

TĬTŬBANTIA, æ, f. Translate. Animus titubans. *Jul. Val. Alex. Ort.* 20. Nisi per prudentiam vestram illorum titubantia sit directa. — Vocabulo solus *Sueton.* usus est, ad linguam referens.

TĬTŬBĀTIO, onis, f. Pedis offensio. *Cassian. Coll. Patr.* 23, 9. Vel si exigua pes eorum (funambulorum) titubatione deviaverit. — Loci a *Forcell.* citati, et *Cic. Invent.* 2, 12, vocem non nisi translate exhibent.

TIUS vel THIUS, ii, m. *Isid. Or.* 9, 6, et *Gloss. arab. lat.* Tius, avunculus. (Unde nunc Itali dicunt *zio.*) — *Cang.* scribit *thius*, a græco θεῖος.

TŎMĂCELLA, æ, f. Tomaculum. *Gloss. vet. S. Genov.* Tomacula, tomacellas. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 583. Tomacula, tomacellas (male tomacellus).

TŌMICLA, æ, f. Dimin. a v. Tomix (copula spartea, gr. θώμιγξ). *Apul. Metam.* 8, p. 575. Et illico me, tomicla spartea deligatum, tradidit Philebo. (*Tomicla* vel *Tumicla*, pro *tumida*, egregia est *Jos. Scaligeri* conjectura, aliquot libris posterius confirmata. Ultro scribam *thomicla.*)

TŎNÆUS, a, um, adj. (τοναῖος). Intentus (de sono dictum). *Boet. Music.* 5, 15, p. 1478. Chromatici mollis, et chromatici hemiolii et chromatici tonæi.

TŎNANTER, adv. Cum tonitru. *Dracont. Hexaem.* 3, 223. Temporibus nostris Christo regnante tonanter.

TONDĬTO, as, are, a. Tonsito. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildebr.* Tonditantes, frequenter tondentes. *Gloss. Vatic.* t. VI, p. 548, et t. VII, p. 584. Tonditantes, sæpe tondentes. — Quum frequentativum verbum sit *Tonsitare*, quod ap. *Plautum*, etiam ap. *Thom.* p. 573 (a Tondeo, tonsito), aliquis dubitare possit an sinceram habeamus lectionem. Non autem desunt hujusmodi exempla, præsertim apud seriores, ut *Legito*, *Pangito*, *Ungito*. Etiam *Agito* et *Actito* veterem simul obtinent auctoritatem. Aliud est de quo ambigi possit, nempe scribendumne sit *Tondito* vel *Tundito*. Illud magis probat *Hildeb.*

TŎNITRUĀBĬLIS, e, adj. Tonitrualis. *Gloss. Cyril.* Βρονταῖος, tonitruabilis.

TONSO, as, are, a. Tondeo. *Onomast. lat. gr.* Tonso, as, ἀποκείρω. Cf. *Cang.*

TONSŌRIUM, ii, n. *Gloss. Cyril.* Κούριον, tonstrina, tonstrinum, tonsorium. *Thom.* p. 573. Hoc tonsorium, locus ubi tondetur; quod etiam Hæc tonstrina dicitur.

TONSŪRĀTUS, a, um, part. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 6. Tonsurato capite. *Ib.* 4, 4.

TONSŪRO, as, are, a. Tonsura caput insignio (gall. *tonsurer*). *S. Greg. Ep.* 4, 50. Quidam ex laico habitu, per appetitum gloriæ temporalis, defunctis episcopis, tonsurantur. *Ibid.* 4, 54; 8, 23. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 6, 15. Te debeat tonsurare. — Vox antiquior quam plerique credant. *Cang.* certe nihil, quod sit ante *Concil. Meldens.* an. 845, laudat.

TŎPAZUS, i, m. f. (τόπαζος). *Prisc. Peri.* 1021. Curaliique decus liquidi gratique topazi. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 3, 517. Omnicolorque decens et in omnibus una topazos. *Ibid.* 4, 323. Trama topazus erat rutilans, et stamen iaspis. *Ibid.* 1, 136, et sæpius. — Quod miror *Forcellinum* omisisse, quum adjectivum *topazus* ex eodem afferat.

TŎPOGRĂPHIA, æ, f. (τοπογραφία). Descriptio locorum (gall. *topographie*). *Hieron. Præf. Onomast.* Topographia terræ Judææ. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 159. Topographia est rei vera descriptio. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 2, 32. In ejusmodi descriptione, ubi vera loci facies demonstratur, topographia dicitur; ubi fictum quid venit, topothesia. *Empor. Demonst. Mat. Præcep.* p. 311, ed. *Capper.* Sed topographiæ a pluribus existimantur. *Gloss. vet. S. Genov.* in *Append.* Topographia, pictura.

TŎPŎTHĔSIA, æ, f. (τοποθεσία). Positio loci. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 1, 159. Est topothesia, id est fictus secundum poeticam licentiam locus. Et cf. *Lact.* in v. præced. — *Forcell.* notat *Ciceronem* græce vocabulum scripsisse.

TORNĀTĬLIS, e, adj. Tornatus. *Vulg. Cantic.* 7, 2. Umbilicus tuus crater tornatilis. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 361. Termini factura tornatilis, hoc est rotundi. (Ubi *Gœs.* p. 266, habet *tornatiles.*)

TORNĀTIM, adv. Cum torno. *Asper*, p. 1732.

TORNĀTŪRA, æ, f. Toreuma. *Vulg.* 3. *Reg.* 6, 18. Domus habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas. Cf. *Cang.* — Alio sensu habemus nomen *tournure*.

TORRĬGER, era, erum, adj. *Gloss. vet. S. Genov.* Torriger, ignitus, ustulatus (male obstulatus).

TORRUS, a, um, adj. Torridus. *Fest.* Torum (*sic*), torridum, aridum.

TORRUS, i, m. Torris. *Serv.* ad *Virg. Æn.* 12, 298. Torrem. Nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut *hic torrus*, *hujus torri* dicamus.

TORSOR, oris, m. Vetuste, ut Tortor. *Prisc.* p. 871. Itaque et *torsores* et *tortores* dicuntur. *Gloss. lat. gall.* ap. *Cang.* Torsor, *tourmenteur*.

TORSUS, a, um, part. Vetuste, ut Tortus. *Prisc.* p. 871. Torsi quoque et *torsum* et *tortum* facit. Vid. in v. CONTORSUM.

TORTA, æ, f. Opus quoddam pistorium (unde gallice *tourte*). *Vulg.* 1. *Paralip.* 16, 3. Divisit universis tortam panis. Cf. *Cang.* — Quod quum sexies in *Vulgata* sit, semper jungitur cum voce *panis*.

TORTIO, onis, f. Actus torquendi vel intendendi (gall. *torsion*). *Aug. De Morib. Manich.* c. 16. Mortuarum carnium sordibus tempore arefactis, et attritione tenuatis, et tortione distentis. (De nervis cithararum agitur.) || Distortio. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 515,

et t. VII, p. 555; *Gloss. Pap.* Cinnus, tortio oris. (Vox *cinnus* mihi, ut *Maio*, suspecta videtur.) — Ignotas retuli *Forcellino* significationes.

TORTRIX, icis, f. Quæ torquet. *Ven. Fort. Vit. S. Radeg.* 26. Adhuc aliquid gravius in se ipsa tortrix exagitans.

TORTŬLA, æ, f. Torta. *Vulg. Num.* 11, 8. Et faciens ex eo (man) tortulas saporis quasi panis oleati. Cf. *Cang.* in v. TORTA. || Translate. Pastillus. *Marc. Emp.* 7. Aphronitri floris tortulas numero xxx. || Trochlea, orbiculus (*poulie*). *Gloss. Philox.* Tortula, τροχιλία.

TORTUŌSE, adv. Torte. *Aug. Contr. Acad.* 2, 6. Quoddam decus animi, quod erumpere in veram pulchritudinem nitens, tortuose ac deformiter, inter scabra vitiorum et inter opinionum fallacium dumeta, frondescit.

TŎRUM, i, n. Torus. *Lact. De vero Cult.* 6, 23. Nec tantum alienis toris (abstinendum), quæ attingere non licet. *Poet.* in *Anthol.* II, p. 123. Quæ commune torum servavit casta mariti. *Gloss. Paris.* Tora, lecta. Cf. *Cang.*

TOSTĀTUS, part. Vid. v. seq.

TOSTO, as, are, a. Valde torreo. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549, et t. VII, p. 584. Torrere, tostare. *Gloss. Cyril.* Κάτοπτον, τὸ πολυέψητον, tostatum. *Pseudo-Juvenc.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 180. Lateribus crudis quos solis lampada tostat. Et *Plin. Valer.* 2, 28. Cf. *Cang.*

TŌTĀLĬTER, adv. Omnino. *Cassian. Cœnob. Instit.* 10, 9. Nec tamen se solum totaliter inter eos conversatum fuisse testatur. Cf. *Cang.* (Gall. *totalement.*)

TOXĬCĀTUS, a, um, adj. Venenatus. *Cypr. De Singul. Cler.*, *ante med.* Viscus est toxicatum, quo diabolus aucupatur. *Mythog. prim.* p. 23. Fervens ira (Hercules), emissa sagitta toxicata, vulneravit eum (Nessum). *Gloss. Vat.* t. VII, p. 583. Toxicatus, toxicis [seu] venenis imbutus. — Vocem refert *Forcell.* ex *Sarisber.*

TRACONES, um, m. pl. Meatus subterranei. *Bed. Mund. Const.* t. I, p. 377. Terra, ad imitationem arteriarum, per quas spiritus discurrit in homine, habet cavernas, foramina et tracones, per quæ venti et flumina discurrunt. Nam flumina mare intrant omnia, nec tamen redundant, quia ad suos alveos per tracones redeunt. *Gloss. ms.* a *Cangio* laudatus : « Traco, idem est quod via subterranea. » Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

TRĀDUCTICIUS, a, um, adj. Derivatus. *Adamant.* ap. *Cassiod. De Orthog.* 6, p. 613. Composita, vel appellativa, vel traductitia, sive factitia.... notare debemus.

TRĂGĬCŌMŒDIA, æ, f. Tragicocomœdia. *Lact.* ad *Stat. Theb.* 4, 147. De qua Plautus tragicomœdiam dixit.

TRĂGUM, i, n. *Isid. Or.* 19, 5. Tragum, genus retis, ab eo quod trahatur nuncupatum : ipsum et verriculum. *Onomast. lat. gr.* Tragum, σαγήνη. Et *Thom.* p. 590. Cf. *Cang.*

TRAHĬTŌRIÆ, adj. f. pl. Quæ trahunt. (Fictum vocabulum, ut vertatur græcum *Sirenes.*) Vid. in v. SIRENA.

TRĀMŎSĒRĬCUS, a, um, adj. *Isid. Or.* 19, 22. Tramoserica, stamine lineo, trama ex serico. *Chart. Cornet.*, quod vid. in v. LEUCORHODINUS. Cf. *Cang.*

TRANEUS, i, m. *Gloss. Pap.* Traneus, Tuscorum lingua, julius mensis dicitur. *Gloss. Paris.* Thaneus (*sic*), mensis junius.

TRANSĂNĬMĀTIO, onis, f. Metempsychosis. *Gloss. Cyril.* Μεταψύχωσις (*sic*), transanimatio.

TRANSBEO, as, are, a. Ultra et in posterum beatum (aliquem) facere, ut ait *Isid. Or.* 19, 24, 8.

TRANSCENSIO, onis, f. Hyperbaton. *Isid. Or.* 1, 36, 16.

TRANSCENSUS, us, m. Hyperbaton. *Carm. de Schem.* p. 76. Transcensus porro est quum intersita pendulu' laudo. (In margine ὑπέρβατον.)

TRANSCISSUS. Vid. v. seq.

TRANSCĪSUS, a, um, part. a v. Transcido. *Auct. De Termin.* in *Gromat. vet.* p. 305. Terminus si caput de aquila factum habuerit, montem transcisum transit. — Sed possit esse *transcissus*, a *Transcindo.*

TRANSCORPŎRĀTUS, a, um, part. Transfiguratus. *Interp. Iren.* 1, 24. Sic transcorporatum (corpus) semper quoadusque, etc.

TRANSCURSIO, onis, f. Transcursus,

iter (*trajet*). *Ennod. Ep.* 8, 11. Quam (epistolam), dum de basilica remearem, [in] transcursione dictavi. *Ib.* 8, 30. Quamvis in temporis angustia et viridarii transcursione conscriptos (versus). — Translate ap. *Forcell.*, nempe de tempore, dictum.

TRANSFICTIO, onis, f. Perversa conversio (verborum). *Interp. Iren.* 1, 2. Manifesta est expositionis eorum transfictio.

TRANSFINGO, is, ere, a. Perverse converto (verba). *Interp. Iren.* 1, 2. Hi transfingentes secundum verisimilem expositionem.

TRANSFLŪMĬNĀLIS, e, adj. Qui est trans flumen. *Gloss. Philox.* Transfluminales, πειρατικοί.

TRANSFŎRĀTIO, onis, f. Actus transforandi; foramen (in corpore). *Cassiod. Complex. in Psalm.* 44. *Acutæ* pertinet ad transforationis celeritatem. *Cœl. Aur. Tard.* 1, 3. Ista passione possessi quum surrexerint, faciem atque transforationis partes uvidas et humectas sentiunt. Cf. *Cang.*

TRANSFUNGOR, eris, nctus sum, gi, d. Perfungor. *Pompon. Bassul.* in Epitaphio suo (ap. *Mommsen, Inscr. Napol.*, et iterum edito in opere cui titulus : *Revue archéol.* XI° anno, p. 744). Ne, more pecoris, otio transfungerer, Menandri paucas vorti scitas fabulas.

TRANSĪDO, is, ere, a. Transcendo. *Simplic.* p. 83, ed. *Gœs.* Ex non stante propositione in restante transidunt controversiæ, quoties loci, de quo agitur, specialia argumenta nulla exsistunt.

TRANSIEŚ, TRANSIET, TRANSIENT, fut. pro Transibis, bis, bunt. *Vulg. Ep.* 2. *Petr.* 3, 10. In quo cœli magno impetu transient. *Arn. In Psalm.* 102. Et transiet spiritus ejus ab eo. *Balb.* in *Gromat. vet.* p. 102. Lineam quæ per punctum semicirculi transiet. *Nips. ib.* p. 285. Quum diligenter comprehenderis, transies ex alia parte ferramenti. — Scil. apud seriores verbum fuit *Transio, is*, ut videre est ap. *Thom.* p. 586. Cf. EXIES.

TRANSĬLĪTUS, a, um, part. p. Transactus. *Cassiod. De Anim.* 12, *sub fin.* Restat ut, mole istius mundi salubriter transilita, divinæ misericordiæ nosmet ipsos velociter offeramus.

TRANSĬTĪVĒ, adv. Significatione transitiva. *Prisc.* p. 994. *Sine* tamen, et *absque*, et *tenus* non inveni, nisi cum ablativo, et semper transitive. *Id.* p. 1120 et 1128.

TRANSLĀTĪVĒ, adv. Translate. *Isid. Or.* 17, 6. In animalibus vero abusive et translative dicimus *fructum*.

TRANSMEĀTIO, onis, f. Trajectio. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 382. Naulum, pretium quod datur pro transmeatione.

TRANSMIGRĀTUS, a, um, part. Qui transmigravit. *Isid. Orig.* 9, 2. Qui (Assyrii) transmigrati habitaverunt in Samaria. Cf. MIGRATUS.

TRANSMISSĬBĬLIS, e, adj. Qui transmitti potest (gall. *transmissible*). *Testam. Perpet.* ap. *Pardess. Diplom.* t. I, p. 23. Serviant.... Sed absque servitute ad heredes transmissibili et glebaria. *Thom.* p. 593. Transmissilis vel Transmissibilis.

TRANSMISSĬLIS, e, adj. Vid. v. præced.

TRANSMISSOR, oris, m. Qui transmittit. *Ambr. De Tob.* 20. Legimus duas sortes in Levitico, de quibus dictum est : Unam Domino facies, alteram transmissori. Transmissor sortem suam ad fœneratores transmisit. — Quod vocabulum non est in *Vulgata* versione.

TRANSMUNDĀNUS, a, um, adj. Qui trans mundum est. *Claud. Mamert. Stat. Anim.* 2, 12. Ignium ætheriorum spatia usque in extima transmundana.

TRANSPLANTO, as, are, a. Alibi consero (gall. *transplanter*). *Vulg. Jerem.* 17, 8. Et erit (vir) quasi lignum quod transplantatur super aquas. *Ib. Ezech.* 19, 13; *Luc.* 17, 6.

TRANSPUNCTUS, a, um, part. Transfossus. *Alcim. Ep.* 3. Et hiulcum transpuncti lateris aditum felici indicio vitalis plaga servabat.

TRANSSŎNO, as, are, n. *Gloss. Plac.* p. 498. Dicitur et transonans (*sic*), qui sub lingua sonat.

TRANSSUMPTUS, a, um, part. *Boet. Arist. Anal. pr.* 1, p. 487. In omnibus enim syllogismus quidem fit ad transsumptum. *Id.* p. 493 et 495.

1. TRANSVĂDO, as, are, a. (vadum). Vado transeo. *Vulg. Ezech.* 47, 5. Torrens qui non potest transvadari. *Onomast. lat.*

gr. Transvador, διαπορθμεύω. — Inusitatum verbum ait *Furlan.* ap. *Forcell.*

2. TRANSVĀDO, is, ere, n. Transeo. *Ambros.* seu *Pseudo-Ambros. De Morib. Brachm.* p. 556. Ad quas (feminas) earumdem mariti julio et augusto mense transvadere consuescunt.

TRANSVŎLŪTIO, onis, f. Fornix. *Greg. Tur. De Glor. Confess.* 35. Eo quoque tempore pars transvolutionis illius.... super unum eorum sarcophagum ruit. *Gloss. Pap.* Concameratio, fornix, transvolutio.

TRANSVŎLŪTUS, a, um, part. *Greg. Tur. De Glor. Confess.* 35. In basilica sancti Venerandi transvoluta cellula a parte occidentis fuit.

TRANSVŎRĀTUS, a, um, part. Devoratus. *Arn. Adv. Gent.* 7, p. 235. Ne quod in stomachi tramite male transvoratum substiterit viscus.

TRĂPEZIUS, a, um, adj. (τραπέζιος). Qui quadratus est nec rectos angulos habet. *Balb.* in *Gromat. vet.* p. 249. Rhombus sive trapezius (male *trapizeus*). *Nips. ibid.* p. 290. In quibus trigoni trapezia (male *trapizea*) pentagona sunt. *Boet. Geom.* 1, p. 1491. Omnes quadrilateræ figuræ trapezia, id est mensulæ nominantur. *Ibid.* 2, p. 1530. Area hujus trapezii tali ratione constituenda est.

TRAUMĂTĬCUS, a, um, adj. (τραυματικός). Ad vulnera pertinens. *Veg. Veter.* 4, 19. Traumaticum medicamentum curationi vulnerum valde convenit. *Ibid.* 3, 13. Si fistula ceciderit, traumatico curabis. *Ibid.* 3, 26.

TRĔCENTĒNĀRIUS, a, um, adj. Trecentesimus. *Prisc.* p. 1355.

TRĔDĔCIES, adv. Ter et decies. *Bed. De Numer.* t. I, p. 100.

TRĔDĔCĬMUS, a, um, adj. Tertiusdecimus. *Bed. Prognost. Temp.* t. I, p. 467. Tredecimus julii decimo innuit ante calendas. (Sed legendum *terdecimus*, ut metrum constet.) Cf. *Cang.* — Vid. TERDECIMUS.

TRĔDĔCUPLUS, a, um, adj. Terdecies multiplicatus. *Bed. De Ration. Calcul.* p. 156.

TRĔMENTER, adv. Cum tremore. *Dracont. Hexaem.* 671, citante *Furlan.* Suspexisse Deum satis est corde trementer. (Excidit præpositio: *in*, *cum* vel *sub* corde).

TRĔMŬLO, as, are, n. Tremere (gall. *trembler*). *Gloss. vet. S. Genov.* Vacillat, nutat, titubat (male titulat), tremulat. *Gloss. Cyril.* Τρέμω, tremulo. *Gloss. arab. lat.* Tremulo, dubito, hæsito. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 574. Tremulare, trepidare, etc. Cf. *Johan. de Jan.* et *Cang.*

TRĔMŬLUS, i, f. Populus tremula (gall. *tremble*). *Plin. Valer.* 2, 12. Corticem de tremulo. Cf. *Cang.*

TRIAMBUS, i, m. *Fest.* Iambi vocabantur qui singuli ex proscenio loquebantur; triambi, qui terni.— Forte *triiambi*, ut dicitur *diiambus* et τρίιππος. Ceterum etiam græce dicitur ἴαμβος de actore.

TRIANGŬLĀTIO, onis, f. Natura rei quæ tres angulos habet. *Boet. In Arist. Prædic.* 3, p. 181. Triangulum a triangulatione denominatum est, et quadratum a quadratura. — Unde nos diximus *triangulation.*

TRIAS, adis, f. (τριάς). Ternarius numerus. *Mar. Vict.* p. 2501. In primo epodo subjectæ triados. *Capel.* 7, p. 239. Trias vero princeps imparium numerus. (Vocem apud *Boethium* non vidi.) || Trinitas. *Ven. Fort.* 5, 1, 1. Lumen apostolicum quum spargeret una Triades. (Alii leg. *triados.* In quo secunda male producta.) Cf. *Cang.*

TRĬCERBĔRUS, i, m. Triplex Cerberus, ob tria capita. *Fulg. Contin. Virg.* p. 756, ed. *Staver.* Deinde tricerberum mellitis resopit offulis. *Mythog. prim.* p. 38. Jupiter trifidum fulmen (gerit), Neptunus tridentem, Pluto tricerberum.

TRICHRUS, m. (τρίχρως). Lapidis genus. *Isid. Or.* 16, 11, 7.

TRĬCŎLOR, oris, adj. Qui tres colores habet (gall. *tricolore*). *Prisc.* p. 1358.

TRĬCŬBĬTUS, a, um, adj. Qui trium cubitum est. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 127. Quantitas, ut bicubitum, tricubitum. Qualitas, ut album, grammaticum. *Ib.* p. 214. Dicitur enim tricubitam magnitudinem habere.

TRĬCŬLA, æ, f. Quæ pilos vellit. *Gloss. Cyril.* Παρατίλτρια, tricula. (Forte *Trichula.*)

TRĬCŪRIUM, ii, n. (cura). Magna sollicitudo. *Prisc.* p. 1242. Composita (a v. Cura): *securus*, *obscurus*, *tricurium*. Cf. *Cang.*

TRĬCUUS. Vid. TRICHRUS.

TRĬDĬGĬTUS, adj. Qui tres digitos habet.

Bed. De Numer. t. I, p. 102. — Ap. *Cang.* est *Tridigitalis.*

TRIENNĀLIS, e, adj. Triennis (gall. *triennal*). *S. Greg. Ep.* 12, 20. Post triennale tempus. *Gloss. Philox.* Triennalis, τριετηρικός. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 818. Τριετές, triennale. Cf. *Cang.* — Vox sane latina fuit, etsi Inscriptionem sublestæ, ut ait, fidei tantummodo laudat *Forcell.*

TRIENNIS, e, adj. Trimus. *Vulg. Gen.* 15, 9. Sume mihi vaccam triennem.

TRĬFĪLUS, a, um, adj. Tifilis. *Gloss. Cyril.* Τρίλινον, trifilum gemmarium. (Scil. *collier à trois rangs.*) Cf. *Cang.*

TRĬFĪNIUS, a, um, adj. Qui ad trifinium pertinet. *Auct.* in *Grom. vet.* p. 250. Terminus trifinius.

TRĬFŎRIS, adj. m. f. Qui habet tres introitus. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 594. — Vid. *Triforium* ap. *Cang.*

TRĬFORMĬTAS, atis, f. Natura rei triformis. *Claud. Mamert. Stat. An.* 3, 9. Nobis dicito quibus modis quove situ triformitas cerebri coeat.— Etiam addidi sup. v. QUADRIFORMITAS.

TRĬFORMĬTER, adv. Trifariam. *Argum. vet. in Matthæum.* (Locum vide in v. QUATERDENARIUS.) Et cf. *Cang.*

TRĬGŌNĀRIA pila, f. *Isid. Or.* 19, 69. Inter species pilarum sunt trigonaria et arenaria.

TRĬMĂNUS, a, um, adj. Qui tres manus habet. *Isid. Orig.* 12, 3. Aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites et trimani. Adde *Prisc.* p. 1358.

TRĬMASTĪGIA, æ, m. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549. Trimastigia, triverbero.

TRĬMENSIS, e, adj. Qui tribus mensibus provenit. *Isid. Or.* 17, 3. Tertium (hordei genus) trimense, quia, dum cogit necessitas, verno seminatur, et celeriter colligitur. (Dicimus nos *trémois.*)

TRĬMŎDUS, a, um, adj. Qui trium generum est. *Isid. Or.* 2, 17. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi, humile, medium, grandiloquum. Cf. *Cang.*

TRĪNĀRIUS, a, um, adj. Ternarius. *Isid. Or.* 3, 6. Quinarius numerus trinario fortior est. *Ib.* 18, 64. Trinariis lineis.

TRĪNIO, onis, m. Ternio. *Isid. Or.* 19, 65.

TRĬNŌMIUS, a, um, adj. Qui tria nomina habet. *Isid. Or.* 7, 6. Esaü trinomius est. *Ibid.* 7, 9. Et fuisse constat Petrum trinomium.

TRIŌBŎLĀRIS, e, adj. Qui triobolo constat. *Bed. De Numer.* t. I, p. 102. Cf. *Cang.*

TRĬPARTĪTIO vel TRĬPERTĪTIO, onis, f. Divisio in tres partes. *Aggen.* in *Gromat. vet.* p. 64. Alio (libro) de arte disputavimus, cujus tripartitionem ex libris, ut puto, satis commode exsecuti sumus. (Quod *Simplicio* tribuit *Gœs.* p. 86.)

TRIPLĀBĬLIS, e, adj. Triplex. *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. III, p. 571. Quod simplex, triplicet, quodque est triplabile, simplet. — *Simplet*, pro *simplex*, correxit *Furlan.*

TRIPLĬCĬTAS, atis, f. Natura triplex (gall. *triplicité*). *Inscr. Gruter.* p. 1174. Spiritus huic genitorque suus sine fine cohærent, Triplicitas simplex, simplicitasque triplex. (Iterum edidit *Mai. Nov. Coll.* t. V, p. 22.)

TRIPLUM, i, n. Tripla quantitas seu triplum pondus. *Boet. In Arist. Prædic.* 2, p. 158. Duplum et triplum secundum quantitatem. *Capel.* 7, p. 254. Ergo major ratio tripli quam dupli, minor tripli quam quadrupli est. *Bed. De Numer.* t. I, p. 100. Simplum, duplum, triplum, quadruplum. *Mythogr. prim.* p. 5. Triplo majorem.

TRĬPŎDA, adj. pl. n. (τρίπους). *Isid. Or.* 20, 11. Candelabra tripoda.

TRĬPŎDA, æ, f. Tripus. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 50. Interminatur tripodam quoque se sublaturum. Et cum dicto aufert scilicet tripodam.

TRĬPONDIS, adj. Qui pondere est trium assium. *Zeno Veron.* p. 294. Singulos ponderate.... Tripondes sunt homines, numismatis sacri una libra signati, qui mensæ deserviunt.

TRĬPŎTENS, tis, adj. Ter potens. *Victorin. philosoph.*, teste *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. XVIII.

TRIRYTHMUS vel TRIRRYTHMUS, a, um, adj. (τρίρρυθμος). Qui tres rhythmos vel tria metra habet. *Mar. Vict.* p. 2543.

TRISCHĒMĂTISTUS et TRISCHĒMĂTISTĬCUS, a, um, adj. (τρισχηματιστος, τρισχηματιστικός). Qui tria schemata habet, trium formarum. *Plot.* p. 2632.

TRĬSEXTIUM, ii, n. Mensura liquidorum continens tres sextarios. *Marc. Emp.* 16, *sub fin.* Ita ut ad tertias coquantur, hoc est ut simul universa ad trisextium veniant. — Vocabulum tantum citatur ex *Not. Tir.*

TRISSO, as, are, n. Minurire ut hirundines. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 594. Trissare, proprietas hirundinum. Et *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 569. Hirundines trutissant vel trissant. — Ita vox confirmatur, quæ ap. *Auct. Philom.* cum varia lectione occurrit.

TRISTĬFĬCO, as, are, a. Tristem facio. *Eugen. Præf.* 6. Atque animum cœptis tristificare bonis.

TRISTO, as, are, a. *Onomast. lat. gr.* Tristo, λυπέω. Cf. *Cang.* — Gall. *attrister, contrister.*

TRĬSYNTHĔTON, i, n. (τρισύνθετον). Penthemimeres. *Mar. Vict.* p. 2590.

TRĬTHEĪTÆ,' arum, m. pl. (τριθεῖται). Hæretici qui tres deos admittunt. *Isid. Or.* 8, 5. Cf. *Cang.*

TRĪTĬLIS, e, adj. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Paris.* Tritile, quod teri potest. Item *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549; *Thom.* p. 591. Cf. *Cang.*

TRĪTŪRĀTŌRIUS, a, um, adj. Ubi teritur (frumentum). *Publicol. Ad Aug. Ep.* 35. Area trituratoria.

TRĪTŪRO, as, are, a. Tero (gall. *triturer*). *Vulg.* 1. *Corinth.* 9, 9. Non alligabis os bovi trituranti. (*Ibid.* decies.) *Isid. Or.* 15, 13. Alii aream vocatam dicunt quod pro triturandis frugibus eradatur, vel quod non triturentur in ea nisi arida. *Onomast. lat. gr.* Trituro, τρίβω, ἀλωάω. Et *Thom.* p. 590. Cf. *Cang.* — Unum exemplum exhibet *Forcell.*, et translato sensu.

TRIUMPHĀBĬLIS, e, adj. Triumphans. *Cypr. Laud. Martyr.*, *sub init.* Signatum sit quoties de hoste triumphabilis, spoliis onustus, miles ingreditur.

TRIUMPHĀLĬTER, adv. Cum triumpho (gall. *triomphalement*). *Alcim. Avit. fragm.* p. 196. Quod admirabiliter quoque ac triumphaliter ipse Deus fecerat. Cf. *Cang.*

TRIŪSIĀNI, orum, m. pl. (τριουσία). Qùi tres naturas Deo esse contendunt. *S. Fulg. Resp. contr. Arrian.* p. 63. Volunt nos homousianos dici, quomodo se nolunt triusianos.... appellari.

TRĬVERBĔRO, onis, m. Verberum patientissimus. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549. Trimastigia, triverbero. *Gloss. Cyril.* Καρτερικὸς ἐν πληγαῖς, triverbero.

TRĪVIĀLĬTER, adv. Humiliter, abjecte. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 7, 53. Nihil trivialiter scribat, sive male. — Translatum sensum ignorant Lexica.

TRIXĀGO, inis, f. Chamædrys. *Gloss. Philox.* Trixago, χαμαίδρυς.

TRŌGĂLIA, orum, n. pl. (τρωγάλια). *Cassian. Coll. Patr.* 8, 1. Apposuit sale frictum, oleas ternas, cicer frictum, quod hi trogalia vocant. (Etiam in *Gloss. Cyril.* Τρωγάλια, cicer frictum.)

TRŬCISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Rhem. Palæm.* p. 1369. *Ux* (positivo), ut trux, trucior, trucissimus.

TRŬCŬLENS, tis, adj. Truculentus. *Cassiod. Var.* 1, 13. Sponsionem suam præsumptione truculentium rusticorum despiciente. — *Truculens*, ut *violens, gracilens:* unde *truculenter.*

TRŬCŬLENTER, adv. Truculente. *Cassiod. Var.* 1, 30. Nolite trunculenter insequi inania verba populorum. *Ib.* 5, 42. *Fort. Vit. S. Mart.* 4, 541. Inque sacerdotem truculenter acerba redundans.

TRUNCĀTIM, adv. Cæsim, carptim. *Boet. Arist. Elench. sophist.* 2, 2, p. 747. Quæcumque non plane, sed truncatim interrogantur.

TRŬTĬNĀTIO, onis, f. Examinatio. *Cassian. Coll. Patr.* 12, 8. Arbiter justa trutinatione discernet.

TRŬTĬNĀTOR, oris, m. *Isid. Or.* 10, *litt. T.* Trutinator, examinator ex judicii libra perpendens recta. *Cassiod. Var.* 6, 23. Ut civilia negotia æquus trutinator examines. *Ennod. Epist.* 1, 1. Dum sermonum cymbam inter loquelæ scopulos rector frenas, et cursum artificem fabricatus trutinator expendis.

TŬBĬCĬNO, as, are, n. Tuba cano. *Gloss. Cyril.* Σαλπίζω, tubicino. Cf. *Cang.*

TUBRACUS vel TUBRUCUS, i, m. Quoddam ocreæ genus. *Isid. Or.* 19, 22, 30. *Tubrucos* vocatos dicunt quod tibias braccasque tegant. *Tubraci* quod a braccis ad

tibias usque perveniant. — De hoc fusius agit *Cang.*, ap. quem scriptum etiam videmus *tubragus, tybrugus, tribucus* et *tribuces* (pl.). Idem verbum esse videtur in *Gloss. arab. lat.*, ubi scriptum legitur *Trubucos.*

TULLIĀNUS, a, um, adj. Ad M. Tullium Ciceronem pertinens. *Macr. Somn. Scip.* 1, 1. Tullianus Scipio (scil. a Cicerone inductus). *Fronto ad Cæs.* 4. Hic aliqua sequatur Tulliana conclusio. *Ib.* 7. Tullianis litteris. *Prob.* p. 1489. Sicut exemplis Tullianis breviter probare poterimus. — *Macrobii* locus ap. *Forcell.* est, sed nullo alio exemplo de Cicerone agitur.

TUNDĬTO, as, a. Vid. TONDITO.

TURBANTER, adv. Turbide. *Arn. In Psalm.* 44. Quid turbanter, quid festinanter lingua prophetæ proferre vult, audiamus.

TURBASIS, is, m. vel f. Stimmi. *Onomast. lat. gr.* Turbasis, στίμμι. (De verbo nihil assevero.)

TURBĒDO vel TURBĪDO, inis, f. Turbidus succus. *Ven. Fort. V. S. Radeg.* 15. Vini puritatem cervisiæque turbidinem non contigit (Radegundis). || Turbo. *Gloss. Paris.* Turbidines, venti vertigines, minæ, perturbationes, tempestates. Cf. *Cang.*

TURBĬNO, as, are, a. Verto, volvo. *Onomast. lat. gr.* Turbino, as, ἐπιτροχίζω. Cf. *Cang.*

TURBISCUS, i, m. Nomen fruticis. *Isid. Or.* 17, 7. Turbiscus, quod de uno cespite multa virgulta surgant, quasi turba.

TURBŬLENTO, as, are, a. Turbo, conturbo. (Etsi *Apuleium* laudat *Forcell.*, verbum non hoc solo auctore niti, ostendere placuit.) *Zeno Veron.* p. 303. Serenitatem suam nebulis turbulentare non novit. *Onomast. lat. gr.* Turbulento, διαθορυβέω.

TURBUS, a, um, adj. Turbidus. *Prisc.* p. 635. Probo, probus; turbo, turbus; orbo, orbus; superbio, superbus.

TURGIŎLUM, i, n. (turgeo). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 593. Turgiolum, vas inferius grossum. Cf. *Cang.*

TŪRĬFĬCĀTIO, onis, f. Actus turificandi. *S. Optat.* 2, 25, p. 45. Facitis vos hodie quod a nullo factum est post turificationem.

TŪRĬFĬCĀTUS, a, um, part. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549. Turificatus, purificatus. — Vox est ap. *Forcell.*, addita a *Furlan.*, sed cum activo sensu, scil. qui tus idolis offerebat, item ut *turificator.*

TŪRĬFĬCO, as, are, n. Idolis tura incendo. *S. Optat.* 1, 13, p. 12. Et Menalius, qui, ne turificasse a suis civibus probaretur, ad consessum suorum procedere trepidavit. *Id.* 2, 25, p. 44. (*Id.* 3, 8, p. 62, ait *tura ponere.*) — Unicum exemplum affert *Furlan* ap. *Forcell.* ex *Anthelm.* Sed vocem pervulgatam fuisse, testantur vv. *Turificator* et *Turificatus*, quæ Noster exhibet.

TŪRĪNUS, a, um, adj. Tureus. *Gloss. Cyril.* Λιβάνινος, turinus.

TURNUS. Vid. TARMUS.

TURPĀTOR, m. Vid. v. seq.

TURPĬFACTOR, oris, m. Qui turpia facit. *Gloss. Cyril.* Αἰσχροποιός, turpifactor, turpator. — Hæc verba eo differre mihi videntur quod *turpator* non absolute usurpari possit.

TURREUS, a, um, adj. Ad turrim pertinens. *Onomast. lat. gr.* Πύργινος, turreus.

TURRĬFĬCO, as, are, a. Turrim ædifico. *Onomast. lat. gr.* Turrifico, πυργοποιῶ.

TUSSĪTUS, a, um, part. Tussiendo elicitus. *Cœl. Aurel. Acut.* 2, 16. Et tussita itidem sputa per pulmonem feruntur.

TYBRAGUS, m. Tubracus. (Locus ap. *Cang.* in v. TUBRUCUS.)

TYMBRIS. Vid. TIMBRIS.

TYMPĂNIZO, as, are, n. (τυμπανίζω). Tympanum pulso. *Tractatus morales, Bibl. S. Genov.* (*sæc.* XIII). Maria soror tympanizabat. (Legitur autem in *Vulg. Exod.* 15, 20. Sumpsit ergo Maria tympanum in manus.) *Thom.* p. 579. Tympanizo, as. Cf. *Cang.* (*Forcell.* exhibuit participium *Tympanizans* ex *Suetonio*, de verbo, ut videtur, ceteris temporibus usurpato dubitans.) — Inde gall. *tympaniser.*

TȲPHŌNIĂCUS, a, um, adj. (Typhon). *Gloss. Vat.* t. VI, p. 549, et t. VII, p. 584. Typhoniacus, tartareus.

TȲPHŌNĬCUS, a, um, adj. (τυφωνικός). Ad typhonem pertinens, turbidus, vorticosus. *Vulg. A. Ap.* 27, 14. Ventus typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.

TȲPHUS, i, m. (τῦφος). *Isid. Or.* 4, 7. Typhi sunt frigidæ febres, quæ abusive typhi appellantur ab herba quæ nascitur in

aqua. (An alludit ad herbam *tiphyon?*) — Nos morbum quemdam dicimus *le typhus*.

TȲPĬCĒ, adv. Figurate. *Eucher. Formul. spirit.* p. 212. Seu virtuosos electos typice accipi oportet. *Bed. Exposit. in Samuel*, 3, p. 337. Et Ecclesia typice leæna vocatur. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 584. Typice, figurate, formaliter. Et *Thom.* p. 582. Cf. *Cang.*

TȲPOGRĂPHUM, i, n. (τυπόγραφος, ut videtur). Signum, character. *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 4. Sane soluto per Jesum Christum Salvatorem nostrum debito prævaricationis antiquæ, deleto typographo mortis.

TYSĬLOGRAMMUS, a, um, adj. *Liber Colon.* in *Gromat. vet.* p. 214. Si scriptus tysilogrammus fuerit terminus. — Obscura et incerta lectio, quam etiam exhibet *Gœs.* p. 112, nulla nota illustratam. Est qui conj. *hypselogrammus*.

TZANGA, æ, f. Vid. ZANCHA (ap. *Forcell.*). Sæpius *Tzanga* scribitur ap. *Cang.*

U

ŪBĔRŌSUS, a, um, adj. Uber. *Gloss. Philox.* Uberosum, γόνιμον. *Thom.* p. 626. Ubertuosus, uber, uberosus, habundans, affluens, opiparus, redundans, etc.

ŪBERTUŌSUS, a, um, adj. Uber. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 617. Ubertuosus, i. e. fertilis; unde Josephus in primo : Dum placuisset Isaac ut iret in Ægyptum, ubertuosam valde provinciam. (Quæ Josephi versio quinti sæculi esse existimatur.) Et vid. in v. præced.

ŪBERTUS, a, um, adj. Uber. *Onomast. lat. gr.* Hubertus, γόνιμος. — *Forcell.* duo exempla refert, quæ expungit. Porro *Ubertim*, *Ubertare*, *Ubertus*, *Ubertuosus* ejusdem formationis sunt.

ULLĀTĔNUS, adv. In aliqua parte. *S. Fulg. Ad Monim.* 3, 2. Non possunt ullatenus suffragari. *Claud. Mamert. Stat. An.* 1, 21. Nulla autem res se ipsam ullatenus amittit. *S. Greg. Ep.* 2, 8. Quatenus nihil alias a quolibet sacerdote alio ullatenus præsumatur. *Greg. Tur. Hist. Franc.* 2, 9. Non tamen regem primum eorum ullatenus nominat.

ULTRĀTUS, a, um, adj. Ultra positus. *Nips.* in *Grom. vet.* p. 290. In qua parte agri sis, an in ultrato et dextrato, an in citrato et dextrato. *Ib.* 291. Erit pars ultrata.

UMBRĀTĬCĒ, adv. Umbra tantum, specie (non reipsa). *Pseudo-Cassiod. De Amic.* 34. Quum veteris legis præcepto præcipiamur amicum diligere non umbratice, non simulatorie.

UMBRĀTIM, adv. Per umbram, cum umbra. *Bed. De Ration. Temp.* t. II, p. 60. Horis umbratim suas per lineas currentibus.

UMBRESCO, is, ere, n. Obscuror. *Cassiod. In Apocal.* 3. Facies ejus splendebat ut sol, quoniam quidquid non intendit, umbrescit.

ŪNĀRIUS, a, um, adj. Qui est unius generis. *Prob.* p. 1478. Prima forma (casuum) unaria nuncupatur.

UNCES vel UNX, uncis, f. Nomen animalis cujusdam (unde gall. *once*). *Schol. Juv.* ad *Sat.* 11, 140. Oryx, animal minus quam bubalus, quem Mauri uncem vocant.

UNCO, as, are, a. *Gloss. Paris.* et *Gloss. Hildeb.* Uncat, curvat. *Thom.* p. 623. Uncare, curvare, lunare, camerare.

UNCTŌRIUS, a, um, adj. Ubi unguuntur (post balneum). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4251. Cella unctoria, quæ per seriem annorum in usu non fuisset, restituta et dedicata est. (*Cella unctoria* idem est atque *Unctorium.*)

UNDĔCĬMĀNI limites, m. pl. *Auct.* in *Gromat. vet.* p. 248.

UNDĔCĬMO, adv. Undecimo loco. *Cassiod. De Anim.* 2.

UNDĔCIMPRĪMI, m. pl. Undecim primi decuriones. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 1824. Undecimprimus gentis. — Frequentius est nomen *Decemprimi.*

UNDĔCUPLUS, a, um, adj. Octies multiplicatus. *Bed. De Ration. Calcul.* t. I, p. 155. Decupli, undecupli, duodecupli.

UNDĬSĔCA, æ, adj. m. f. Qui undas secat. *Tert. Carm. Niniv.* 56. Undisecæ qui cogit munia proræ.

UNDĬVŎMUS, a, um, adj. Qui undas vomit. *Onomast. lat. gr.* Undivomus, κυματοβόλος.

UNDŬLA, æ, f. Parva unda (*ondulation*). *Boet. Music.* 1, 14, p. 1379. Quum paludibus vel quietis aquis jactum eminus mergitur saxum.... semperque posterior et major undula pulsu debiliore diffunditur. *Ibid.* Iisdem undulis rotundatur motus.

ŪNĒ, adv. Uniter. *Sever.* ap. *August. Epist.* 109. Tecum arctius conjunctus, et, ut ita dicam, unissime, quantum potest, adhærens.

ŪNESCO, is, ere, n. Copulor. *Claud. Mam. Stat. An.* 3, 9. Testimonium animadvertis nobiscum profectu disputationis unescere.

UNGUELLŬLA, æ, f. Parva ungula. *Diom.* p. 313.

UNGUĬFER, era, erum, adj. Ad unguem pertinens. *Ven. Fort. Vit. S. Mart.* 1, 497. Nam simul ut tetigit benedictas ore salivas, Effugit unguiferum languoris sarcina tactum.

UNGUĬNĀRIA, æ, f. Unguinis commercium. *Gloss. arab. lat.* Negotiatio pinguedinis, unguinaria, axungiaria.

ŪNĬCŬBUS, i, adj. m. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 622. Unicubus (male Uniculus), unius uxoris vir.

ŪNĬGĔNUS, a, um, adj. Unigenitus. *Vict. Genes., Præf.* 91. Unigeni redimis profuso sanguine nati.

ŪNĬMAMMA, æ, adj. Quæ unam mammam habet. *Isid. Or.* 9, 2. Has (Amazones) Titianus unimammas dicit. — Vocem addiderat *Furlan.* ex *Jul. Valer.* et *Auct. Itin. Alexand.*

ŪNĬNŌMĬNIS, e, adj. Unius nominis. *Isid. Or.* 1, 6. Homonyma, hoc est uninomina. (*Lindem.*, cum parte codicum, dat *uninomia.* Sed *Ars Bonifacii*, apud *Mai.* t. VII, p. 476. Homonyma, hoc est uninomina.) — Sic et *Plurinomina.*

ŪNĬNŌMIUS, a, um, adj. Vid. v. præced.

ŪNĬSŎNUS, a, um, adj. Qui unum eumdemque sonum reddit. *Boet. Music.* 5, 4, p. 1472. Vocum aliæ sunt unisonæ, aliæ minime. *Ibid.* non semel, et p. 1473. Cf. *Cang.* — Gall. *unisson.*

ŪNĪTIO, onis, f. Copulatio. *Boet. De Unit.* p. 1274. Sed separatio et unitio contraria sunt. *Ibid.* sæpius. *S. Greg. Ep.* 8, 39. Utrum in perpetuum hæc unitio extendi, an temporalis esse debeat. Cf. *Cang.*

ŪNĪTĪVUS, a, um, adj. Qui unit (*qui fusionne, de fusion*). *Liberat. Breviar.* p. 113. Henoticon vero Zenonis, quod latine dicere possumus unitivum, hujusmodi est. *Ibid.* p. 129.

ŪNĪTUS, adv. Uniter. *Diom.* p. 403.

ŪNĬVERSĀLIOR, us, adj. compar. *Boet. In Cic. Topic.* 3, p. 798. Singulæ partes majores esse videntur et substantialiter universaliores ab ea re quam definiunt. *Id.* p. 252. Sed quoniam universalius est, justum esse quam hominem.

ŪNĬVERSĀLĬTAS, atis, f. Generalitas (gall. *universalité*). *Prisc.* p. 1058. Si (nomina infinita) generalem habent pronuntiationem, colligentem universalitatem numerorum de quibus loquimur, etc. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 236. Quum sit universalis homo, huic universali universalitatem consignificat id quod additur *omnis*, etc. *Ib. ed. sec.* p. 341. *Onomast. lat. gr.* Universalitas, τὸ καθόλου. Cf. *Cang.*

ŪNĬVERSĀLĬTER, adv. Modo universali, ex toto, sine exceptione. *Boet. In Arist. De Interp. ed. sec.* p. 467. Illam quidem (rem) universaliter affirmare, illam vero universaliter negare. *Id.* p. 235. Universaliter

enuntiare. *Id.* p. 288. Si universaliter sit bonum. *Id.* p. 514. Universaliter sumptus. *Id.* sæpius. Cf. *Cang.* — Vocem *Forcell.* tantum non omisit.

ŪNĬVERSĬPŎTENS, tis, adj. Omnipotens. *Onomast. lat. gr.* Universipotens, παντοκράτωρ.

ŪNĬVŎCĀTIO, onis, f. Conditio vocabulorum quæ sunt univoca. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 118. Secundum igitur posteriorem univocationis designationem, etc. *Id.* p. 337.

ŪNĬVŎCĒ, adv. Ex univocatione. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 5. Omne genus ad species, quæ sunt sub ipso positæ, univoce prædicari potest. *Id.* p. 26, 40, 74, 130, 338, 672, et sæpissime.

ŪNĬVŎCUS, a, um, adj. (Res) quæ cum alia re uno nomine designatur. *Boet. In Arist. Prædic.* 1, p. 117. Univoca dicuntur quorum nomen commune est, et secundum nomen eadem ratio substantiæ, ut *animal* homo atque bos : communi enim nomine utraque animalia nuncupantur, et est substantiæ ratio eadem. *Id.* p. 6, 74, 641, 688, et passim. *Prisc.* p. 786. Quamvis hoc non in omnibus consimilibus vel univocis soleat fieri. *Onomast. lat. gr.* Univocum, ὁμώνυμον. Et *Capel.* p. 103, quod unum exemplum *Forcell.* profert. — Vox non ignota *Cartesio* nostro, qui scribit (*Principes*, I *part.*) : « On a raison dans l'école de dire que le nom de substance n'est pas *univoque* au regard de Dieu et des créatures. »

ŪNO, as, are, a. Unio, jungo. *Prisc.* p. 1355. Unicus, unitas, unio (scil. nomen), universus, et uno, verbum, unas, unat. *Thom.* p. 610. Unio, is, congregare; unde unitus. Et Uno, as, quod non est in usu, sed componitur Aduno, as. (Vocem Unare *Tertul.* usurpavit, sed de hoc solo exemplo dubitare potuisses.)

UNX. Vid. UNCES.

UR. *Gloss. Hildeb.* Incendium, ur. *Ibid.* Ur, incendium. (Deest nominis terminatio, sed brevicula, ut mihi videtur : non ergo de *ustrina* cogitandum. Equidem suspicor *ustus, us*, quam vocem habet *Cang.* Litteras *r* et *s* easdem in codicibus longobardicis esse, omnibus notum est.)

URBĀNOR, aris, ari, d. Civitatem administro. *Gloss. Cyril.* Πολιτεύομαι, urbanor. (*Cangius* vertit : Rempublicam administrare; in urbe degere.)

URBĀTIO, onis, f. *Gloss. Cyril.* Περιχάραξις, circumductio, urbatio. (*Festus :* Urvat, circumdat.)

ŪRĒTHRA, æ, f. (οὐρήθρα). Urinæ meatus (gall. *urètre*). *Cœl. Aur. Tard.* 5, 16. In vesicæ collo, vel in prima ejus parte, quam Græci urethram vocant.

URGENTIA, æ, f. Vicina necessitas (gall. *urgence*). *Jul. Valer. Alex. Ort.* 20. Non ut ipsi bellorum urgentiam subire cogamini.

ŪRIA, æ, f. *Isid. Or.* 12, 5. Uria, vermis est porci, appellata quia urit. (Vulgo legitur *usia*, solenni litterarum confusione.) *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 276. Uria (male Usia), vermis porci, quæ mordens urit.

URSĀRIUS, ii, m. Ursorum custos. *Inscr.* ap. *Steiner, Corp. Inscr.* n. 665. Cessorinius Amansius ursarius.

ŪRŪCA, æ, f. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 6, 275. Uruca est proprie illud quod in faba nascitur. (Sed ap. *Juv.* legitur *curuca* vel *curruca.*) || Eruca. *Gloss. Cyril.* Λαχάνων κάμπη, uruca. *Ibid.* Κάμπη λαχάνου, eruca, uruca. *Gloss. Philox.* Uruca, κάμπη.

URVĀTIO. Vid. URBATIO.

ŪSIA, æ, f. (οὐσία). Essentia. *Hier. Ep.* 14, *Damaso* (t. IV, p. 20). Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasin, nisi usiam, novit. *Isid. Or.* 2, 27. Extra usiam sunt locus, tempus et habitus. *Gloss. Paris.* Usia, substantia materiæ. Cf. *Cang.* || Nomen vermis. Vid. URIA.

ŪSĬTĀTIO, onis, f. Usus. *Zeno Veron.* p. 34. Possumus etiam in superioribus *elementa* dicere, sed longe semotum hoc ab usitatione. (Quod idem ex *Victorino* philosopho refert *Mai. Nov. Coll.* t. III, p. 34, et novum vocabulum notandum ait.) Adde *Chartam* quamdam ap. *Cang.*

USTERNA, æ, f. Ustrina. *Gloss. Cyril.* Καῦσις νεκρῶν, bustuarium, usterna. (Nisi legendum *ustrina.* Quod suspicor ex sequentibus. « In ms. Sangerman., ait *Cangius*, legitur *ustrena.* » Adde *Gloss. Philox.* Ustrina, καύστρα νεκρῶν.)

USTŪRA, æ, f. Ustio. *Arn. In Psalm.* 74. Sicut ignis justis proficit ad splendorem, ad usturam infertur injustis. *Cœl.*

Aur. Acut. 3, 8. Plerique superficiem vulnerant ustura. Cf. *Cang.*

ŪSŪFRUCTUĀRIA, æ, f. Quæ usufructum habet (*usufruitière*). *S. Greg. Ep.* 11, 59. Epiphanius conjugem suam usufructuariam constituerat. — Quod in legibus utile est, ut *usufructuarius.*

ŪSŪFRUCTUĀRIĒ, adv. Usufructu. *Resp. Papin., tit.* 16. Ad secundas nuptias post designatum anni spatium transeuntes (mulieres), donationem mariti priores usufructuarie possidere licet.

ŪSŪFRUCTUĀRIUS, a, um, adj. Ad usumfructum pertinens. *Isid. Or.* 5, 24. Donatio usufructuaria ideo dicitur quia donator ex ea usumfructum adhuc retinet, servato, cui donatum est, jure. *Cod. Theod.* 8, 18, 10. Usufructuario tantum ordine possidebit. *Ibid.* Filiorum jure usufructuario retinebit. *Respons. Papin., tit.* 22. Usufructuariæ donationes.

ŪSŪFRUCTUS, us, m. Ususfructus (gall. *usufruit*). *Gloss. Cyril.* Ἐπικαρπία, usufructus. *Ibid.* Καρπίας χρῆσις, usufructus.

ŪSURPĀTŌRIĒ, adv. Usurpative, abusive. *Ambros. Hexaem.* 3, 15. Usurpatorie videamur exponere differentias arborum. *Id. In Psalm.* 118, *Serm.* 5. Itaque non usurpatorie dicam, sed vere.

ŪSUS, a, um, part. passivo sensu (gall. *employé*). *Aug. De Nat. et Grat.* 30. Quod quidem ut inolesceret, de non recte usa sanitate descendit.

UTRĬCISCUS, i, m. Parvus uter. *Gloss. Cyril.* Ἀσκίδιον, utrisciscum (l. utriciscus). — Nolim cum *Cangio* legere *utricidium.*

ŪVEUS, a, um, adj. Ad uvam pertinens. *Onomast. lat. gr.* Uveus, σταφύλινος.

V

VĂCANTIA, æ, f. Vacivum tempus (gall. *vacance*). *Gloss. Cyril.* Σχολή, vacantia, otium. Cf. *Cang.*, qui jurisconsultorum dictionem exponit.

VĂGĀTUS, a, um, part. Qui erravit. *Cæs. Bell. Gall.* 4, 4. Et multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt. *Ovid. Met.* 10, 477. Latosque vagata per agros, Palmiferos Arabas... relinquit. *Just.* 37, 2. Vagatus per silvas.

VĀGĪTO, as, are, n. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Paris.* Vagitat, violenter flet. (Utrubique perperam Vagitatur.) *Thom.* p. 624. Vagitare, sæpe vagire. — Quod verbum quidam legunt ap. *Stat. Silv.* 4, 8, 35.

VAGNA, æ, f. Cupa. *Gloss. Philox.* Cupa seu Vagna, βοῦτις μεγάλη. (Item *ibid.* in v. VAGNA.)

VĂGURRIO, is, ire, n. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Vat.* t. VI, p. 550, et VII, p. 585, *Gloss. Paris.*, *Gloss. Hildeb.* et *Gloss. vet. S. Genov.* Vagurrit, per otium vagatur. *Gloss. Pith.* Vagurrit, per otium passim vagatur. *Gloss. arab. lat.* Vagurrio, per otium vaco (*sic*).

VĂLĬTO, as, are, n. *Gloss. Isid.* Valitant, valent. *Gloss. Paris.* Sanus est, valet, valitat. *Gloss. Paris.*, *Gloss. vet. S. Genov.* et *Gloss. Hildeb.* Valitant, valent, sani sunt. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 550. Valitant, valent, id est sani sunt.

VALLĀTIO, onis, f. *Gloss. Paris.* Obsidione, vallatione. *Gloss. Cyril.* Χαράκωμα, septus, vallatus, vallatio. — Mirum est hujus vocis unum exemplum exstare, idque translato sensu; quam nec *Cangius* memorat. Mirum etiam apud nos non nisi com-

posita figura dici *circonvallation*, *contrevallation*.

VALLĀTUS, us, m. Vallatio, protectio. *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, t. I, p. 229. Nos quoque vallatu alarum, Sancte, tuarum Protege. Et vid. in v. præced. Cf. *Cang*.

VĂLOR, oris, m. *Thom.* p. 622. Valor, valitudo. *Onomast. lat. gr.* Valor, τιμή. Cf. *Cang.* — Unde gall. *valeur*.

VĀNĬFĬCO, as, are, a. Vanum facio, refello. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singul. Cleric.*, *ante med.* Tales Paulus vanificat, dicens.

VANNO, as, are, a. Vannere. (Inde gall. *vanner*.) *Onomast. lat. gr.* Vanno, as, λικμάω. Cf. *Cang.* v. VANARE, n. 2. Et inde *Vanatio*, quod apud eumdem.

VANNŬLUS, i, m. Parvus vannus. *Gloss. Cyril.* Λεικνάριον, vannulus.... Λικνάριον, vannulus.... Θρίναξ, vannus, vannulus.

VĀNOR, aris, ari, p. *Gloss. Cyril.* Ματαιοῦμαι, evanesco, vanor. Conf. *Cang.* in v. VANARE.

VĀNUI, perf. verbi Vaneo seu Vanesco. *Alc. Avit. fragm.* p. 169. Sed principium ejus deludere, finisque vanuisse sit.

VĂPŌRĀLĬTER, adv. In modum vaporis. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 387. Secunda (conjectura) est quod ibi vaporaliter, quemadmodum hic nubes pendent, contineantur (aquæ cœlestes). Et vid. sup. in v. CAUMALITER.

VĂPŌREUS, a, um, adj. Ferventissimus. *Theod. Prisc.* 2, 21. Ad impetus vaporeos. — Quæ vox ut incerta exhibebatur, nec eo sensu.

VAPPO, onis, m. *Prob.* p. 1450. Vappo, onis, animal volans.... Lectum est apud Lucretium : Hos vappones. — Quod apud *Lucret.* nusquam comparet. Itaque nonnulli verisimiliter *Lucilio* tribuunt.

VĀRĀTUS, us, m. Varatio. *Nips.* in *Gromat. vet.* p. 287. Si vero varatus intervenerit, unde tibi venerit, versuram facies. — Non video quomodo *varatus* possit hoc loco esse participium, ut censet *Furlan.*

VĀRĬCĀTIO, onis, f. Diductio. *Cassiod. De Anima*, *sub fin.* Lubricus anguis, ne ejus intelligatur adventus, fixum non habet impressa varicatione vestigium.

VĂRIUS, ii, m. Piscis quidam, alio nomine Tructa. *Isid. Or.* 12, 6, 6.

VASCUS, a, um, adj. Vacuus, inanis (proprie et translate). *Gloss. vet. S. Genov.* Vascum (scriptum *uvascum* vel *wascum*), vacuum, inane (perperam mane). *Thom.* p. 623. Vascus, inanis. *Gloss. Vat.* t. VII, p. 585. Vascum, inanem vel nugatorium. *Thom.* p. 625. Vascus, nugax. *Johan. de Jan.* A vanus dicitur vascus, id est vanus, nugatorius. — Hinc gall. *vasque*, et forte verbum *s'avachir*.

VĀSĬFER, eri, m. Qui fert vasa, bajulus. *Gloss. Cyril.* Σκευοφόρος, vasifer, sarcinator.

VASTĀTRIX, icis, f. Quæ vastat. *Interp. Iren.* 1, 35. Interficere vastatricem illam bestiam. — Vocem translate usurpavit *Sen.*

VĀTĬCĬNĀTRIX, icis, f. Quæ vaticinatur. *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 9, 13. Lingua Thessala peliades et columbæ vaticinatrices vocantur. (Quod exscriptum a *Mythogr. pr.* ap. *Mai.* t. III, p. 36, ubi lemma : « Oraculum columbarum. » Græce autem πελειάδες.)

VĒCORDĬTER, adv. Furiose. *Thom.* p. 627. Vecorditer, irascibiliter.

VECTUS, us, m. Vectio. *Gloss. Cyril.* Ὄχησις, vectus.

VĒFĂBA, æ, f. *Gloss. Isid.* Vefaba, parva faba. — *Festus*, v. VESCULI, dicit *vegrandem fabam*.

VĔGĔTO, as, are, n. Vivo. *Boet. De Different. topic.* 3, p. 873. At ipsum neque vegetare, neque sentire, neque intelligere corporale esse. *Id.* p. 646. Animæ alia est potentia sapiendi, alia sciendi, alia vegetandi. — Sensus verbi recentior ignotus erat, itemque neutralis qualitas, quæ mansit apud nos in verbo *végéter*.

VĒLĀTĒ, adv. Dissimulanter, furtim. *Bed. Vit. Cuthb.* c. 7. Et aliquando quidem palam, aliquando autem velate et quasi sub persona alterius facere certabant.

VĒLĀTŪRA, æ, f. Velamen sanctimonialium. *S. Greg. Ep.* 4, 18. Comperimus quasdam mulieres... sacram vestem et suam velaturam deponere, et conjugibus sociari. (Quam vocem *Cang.* habere debuit.) — Gallice dicimus *voilure*, sed tantummodo de navibus.

VELIFOX. Vid. VELIVOX.

VĒLĬGER, era, erum, adj. Qui vela seu

naves gerit. *Cassiod. Var.* 7, 9. Veligerum mare.

VELINENSIS, adj. f. *Isid. Or.* 19, 22. Velinensis tunica est quæ affertur ex insulis. — Nec vocábulum, nec expositionem pro certo habeo.

VELIVOX, ocis, m. vel f. *Prisc.*, ed. *Krehl.* t. II, p. 376. *Ox* terminata breviantur, ut *velox, atrox, celox, velivox, esox;* in obliquis producuntur, ut *velocis... velivocis...* (Vulgo *velifox*, ut etiam ed. *Putsch.* p. 1295.) — « Hæc vox, ait *Krehlius*, in nullo alio libro legitur. » Quam nemo interpretatur.

VELLĬCĀTUS, a, um, part. *Zeno Veron.* p. 203. Et si fuerit de rosario falce pollicis vellicata (rosa). — Vox passiva *vellicatus* non scribitur in exemplis quæcunque refert *Forcell.*

VĒNĀBŬLĀTOR, oris, m. Qui venabulo excipit (feras). *Gloss. arab. lat.* Cf. *Cang.*, qui laudat etiam *Schol. Stat.* a *Maio* editum : « Venator, quasi venabulator. »

VĒNĀTĬLIS, e, adj. Qui ex vena provenit. *Cassiod. Var.* 13, 3. Aquilegius, qui aridis locis aquas dare possit venatiles. — Nisi intelligendum *vestigabiles;* nam ap. *Cang.* vox significat, Qui venatu capitur (*animalia venatilia*).

VĒNĀTĪVUS, a, um, adj. Qui venatur (translate); captiosus. *Pseudo-Cassiod. De Amic., Præf.* In amicitia vera nihil est simulatorium, nihil lucri temporalis aut inanis gloriæ venativum. *Boet. Arist. Elench. soph.* 1, 12, p. 743. Nam id, ad nullum determinatum interrogare propositum, venativum est illorum.

VĔNĒNŌSĒ, adv. Cum veneno (translate). *Epiphan. Hist. Eccles.* 6, 25. Ita venenose responderunt.

VĔNĒNŌSIOR, us, adj. compar. *Cypr.* seu *Pseudo-Cypr. De Singular. Cleric., ante med.* Et quod est venenosius super cuncta, psallere delectatur aut canere. || Venenosissimus, superl. *S. Cæsar. Homil.* 3, p. 22, ed. *Baluz.* Tanquam a spinis venenosissimis compunguntur.

VĔNĔRĀBĬLĬTAS, atis, f. Honesta appellatio viri venerabilis. *Marcellin. ad Augustin. Ep.* 136. Accepta autem venerabilitatis tuæ epistola, homo ita motus est, etc. Cf. *Cang.*

VĔNĔRĬPĔTA, æ, m. (venus, peto). *Gloss. Isid.* Veneripeta, luxuriosus. Etiam *Thom.* p. 623.

VĔNĔRO, as, are, a. Veneror. *Greg. Tur. Ex Glor. Martyr.* 1, 47. In cujus altari Beati Genesii reliquiæ venerantur. *Ibid.* 51. *Bed. Eccl. Hist. Angl. Gent.* 5, 20. Ut a majoribus amaretur et veneraretur. — De quo sensu nihil affirmat *Forcell.*

VĔNĔTIĀNUS, a, um, adj. Venetus (color). *Gloss. Cyril.* Καλλάϊνος, venetianus.

VĔNIĀBĬLIOR, us, adj. compar. *Aug. Ep.* 152 (*Macedonius Augustino*). Nam omnia peccata videntur veniabiliora, quum is, qui reus est, correctionem promittit.

VĔNIĀBĬLĬTER, adv. Cum bona venia. *Cassian. Collat. Patr.* 17, 17. Sanctos viros veniabiliter legimus usos fuisse mendacio. *Ib.* 19, 14. *Alcim. Avit. Ep.* 4. Qui veniabilius onerabatur fragilitate peccati.

VĔNIĀLĬTER, adv. Veniabiliter. *Cassian. Cœnob. Instit.* 5, 30. Aut recte coram Deo aut venialiter agunt. Cf. *Cang.*, qui exempla haud contemnenda refert.

VENTĬCĂPIUM, ii, n. *Gloss. Vat.* t. VI, p. 524. Flabellum, venticapium.

VENTĬLĀMENTUM, i, n. *Gloss. Cyril.* Λικμητήριον, ventilamentum, ventilabrum.

VENTOR, oris, m. Qui venit. *Ennod. Epigr.* 22, 4 (De compostile). Limitibus certis quod junctus dividit ordo, Unus in argento quam bene ventor habet!

VENTRŌSUS, a, um, adj. Ventriosus. *Gloss. Philox.* Ventrosus, πρόκοιλος, προγάστωρ. *Gloss. Cyril.* Προγάστωρ, ventrosus. Προκοίλιος, ventrosus.

VĒNULLA, æ, f. Parva vena. *Pers.* 1, 103. Si testiculi venulla paterni Viveret in nobis. — Hoc e palimpsesto libro eruit *A. Mai.* t. III, p. xx. « *Venulla*, ait, profecto verissima lectio est. » Non tamen mihi liquet, ob solenne deminutivum *venula.* Vulgo *vena ulla.*

VĔNUSTĀTUS, a, um, part. *Ambr. In Luc.* 2, 2. Operum miracula divinorum, nullis venustata sermonibus, veritatis suæ lumine refulserunt. *Pseudo-Cassiod. Amic.* 24. Arida vestita est herbis et arboribus decorata, venustata floribus et fructibus fecundata.

VĔNUSTO, as, are, a. Orno. *Ambr.*

Hexaem. 1, 7. Ut primo faciamus aliqua, postea venustemus. *Thom.* p. 604 et 623. Cf. *Cang.* — His apposite roboratur *Nævii* exemplum, a suspecto *Fulgentio* relatum. Vid. etiam v. præced.

VERBĀLĬTER, adv. Verbi modo (*comme un verbe*). *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 808. Δύω, dualiter, duo. Δύω, verbaliter, ingredior. *Ibid.* p. 811. *Thom.* p. 611. Verbalis, verbaliter. — Dicimus *verbalement*, sed alio sensu. Cf. *Cang.*

VERBELLA, f. Vid. VERVELLA.

VERBENNA, æ, f. *Gloss. Philox.* Verbenna, terra proscissa aratro, id est vomere. Actum (*sic*). — *Vulcan.* legendum putat *vervactum.*

VERBĔRĀLIS, e, adj. Verberabilis. *Onomast. latin. gr.* Verberales, μαστιγίαι. (Nisi legendum *verberabiles.*)

VERBĔRANTIA, æ, f. Verberatio. *Bed. Exposit. in Samuel,* lib. 3 (t. IV, p. 338). Nostro verberantiæ more, qui virgam.... ad punctum sublevando tollimus, ut iterum ferire queamus.

VERBĔRŌSUS, adj. m. Verbero, verberabilis. *Gloss. Cyril.* Μαστιγίας, verberosus, flagellaticius.

VERBŬLUM, i, n. Dimin. a v. Verbum. *Onomast. lat. gr.* Verbulum, ῥημάτιον. *Pseudo-Bed. Prov. Prol.* (t. II, p. 284). Aliqua sententiæ brevissimæ verbula.

VĔRĒCUNDĀTUS, a, um, part. *Ambr. Hexaem.* 5, 7. Reverentiam marito deferens, verecundata nuptialem gratiam. Et *Thom.* p. 602.

VĔRĒDĀRIUS, a, um, adj. Ad veredos pertinens. *Cod. Theod.* 8, 4, 8. Quos necessitas veredariæ non adigat functionis.

VERENNIS, is, f. Plaustri vel trahæ genus. *Isid. Or.* 20, 14. Verennes, a vehere, id est exportare, nominatæ.

VĒRĬFĬCO, as, are, a. Verum esse agnosco seu ostendo (gall. *vérifier*). *Boet. Arist. Top.* 4, 5, p. 692. Oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus. *Id.* p. 698. Si non de quo nomen et oratio verificatur. *Id.* p. 705, 710 et 722. Cf. *Cang.*

VERMĬCO, as, are, n. Vermibus scateo. *Gloss. Cyril.* Σκωληκιῶ, vermico. (Malim *vermicor*, ut *vermiculor.*)

VERMĬCŬLĀTIM, adv. Vermiculate (translate). *Zeno Veron.* p. 180. Ne venas vermiculatim pollice profanus intenderet.

VERMĬNĀTUM, i, n. Tabes quæ vermiculos gignit. *Gloss. Cyril.* Σκωληκίασις, verminatum.

VERNĔMĔTES, is. Vox celtica, quæ significat Ingens templum. *Ven. Fort.* 1, 9, 9. Nomine vernemetis voluit vocitare vetustas Quod quasi fanum ingens Gallica lingua refert.

VERRŪCŌSUS, a, um, adj. Qui verrucas habet. *Gloss. Philox.* Verrucosus, μυρμηκίας. — Citatum *Persii* exemplum translatum sensum exhibet.

VERSĬCŎLOR, oris, adj. *Gloss. Paris.* Versicolor, versipellis. Versipellis, versicolor, hortator malitiæ, diversos mutans colores, seu perversus.

VERSĬFĬCOR, aris, ari, d. Versus facio (gall. *versifier*). *Prisc.* p. 830. Nec non ex neutris quædam in compositione fiunt deponentia. *Facio*, neutrum; versificor, aris, gratificor, aris, deponentia. — Duo exempla, quibus ap. *Forcell.* verbum *Versifico* nititur, ad deponentis formam potius referenda.

VERSĬLŎQUUS, a, um, adj. Qui versibus loquitur. *Ennod. Carm.* 1, 6, *fin.* Tristia nil capiunt pectora versiloqui.

VERSĬPELLIO, onis, m. Chamæleon (qui præcipuus sensus). *Gloss. Philox.* Versipellio, χαμαιλέων, καὶ λυκάνθρωπος. *Gloss. Cyril.* Χαμαιλέων, ζῶον, vertipillo (*sic*), versipillo (*sic*). *Ibid.* Κυνάνθρωπος, versipillo (*sic*).

VERSĬPILLO. Vid. v. præced.

VERTĬBĬLIS, e, adj. Mutabilis. *Boet. Arithm.* 1, 1, p. 1296. Quæ ipsa quidem natura incorporea sunt.... in vertibilem inconstantiam transeunt. Cf. *Cang.*

VERTĬBĬLĬTAS, atis, f. Mutabilitas. *Hilar. In Epist. ad Galat.* in *Spicil. Solesm.* t. I, p. 61. Multas ipsas patimur vertibilitates, quasi qui et natura mortali. *Ib.* p. 62. Gratia Spiritus Sancti in vertibilitate per omnia custodiente. Cf. *Cang.*

VERTĬCĀLIS, e, adj. Rectus (gall. *vertical*). *Auct. De Colon.* in *Gromat. vet.* p. 225.

VERTĬCILLUM, i, n. Vertibulum (*vertèbre*). *Gloss. Phil.* Verticillum, σπονδύλιον. *Gloss. Cyril.* Σφόνδυλος, verticillum. *Excerpt.*

ex vet. Lexic. in *Thes. utr. Ling.* p. 166. Verticellus (*sic*), σφόνδυλος.

VERTĬCĬNOR, aris, ari, p. Vertor. *Gloss. Cyril.* Στροφοῦμαι, verticinor. (Et hic forte legendum *vertiginor.*) Vid. v. seq.

VERTĪGĬNOR, aris, ari, p. Vertiginem patior. *Gloss. Cyril.* Σκοτοῦμαι, vertiginor (male verticinor).

VERTĬLIS, e, adj. Qui vertitur, qui se convolvit. *Sid. Paneg.* 5, 406. Quoties crassatur vertile tergum Flatibus. (De angue dictum.) Cf. *Cang.*

VERTĬPILLO. Vid. VERSIPELLIO.

VĒRVĒCĬNA, æ, f. Vervecis caro. *Gloss. Cyril.* Προβάτειον κρέας, vervecina.

VERVELLA, æ, f. Vervex. *Incert.* in *Anal. gramm.* p. 163. Vervella, τὸ προβάτιον. (Editores : « *Verbella.* Sic Cod. et *Gloss. Labb.* Scribendum haud dubie *vervella.* » Quibus equidem adstipulor : *verva* enim latinum est, cujus deminutivum *vervella.*) — Alio sensu *Vervella* ap. *Cang.*

VĒSĀNIO, is, ire, n. Insanio. *Epiphan. Hist. Eccl.* 9, 30. At ille (Ambrosius) dicebat contra Deum vesanire Theodosium. — Semel occurrit verbum et participio, et translato sensu, apud *Catul.* 25, 14, vesaniente vento.

VESPERTĪNA, æ, f. Cœna (*souper*). *Isid. Or.* 20, 2. Est autem cœna vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant. — Cf. *Vesperna* in Lexico *Forcell.*

VESPĔRUS, a, um, adj. Vespertinus. *Cœl. Aur. Acut.* 1, 15. Omni igitur ratione caret vesperum cibo tempus eligere.

VESPILLO, onis, m. *Gloss. Isid.*, *Gloss. Pith.* et *Gloss. Paris.* Vespillo, sepulchrorum violator. Et vid. v. VISPILIATOR.

VESTIĀRIUS, ii, m. Qui vestes custodit (*garde des effets d'équipement, garde magasin*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2874. Abascantus.... ex familia castrensi, ex numero vestiariorum. Cf. *Cang.*, qui in monasteriis *vestiarium* quondam apud nos dictum *vesturier* memorat.

VESTĪGĀBĬLIS, e, adj. Qui vestigari potest. *Prosp. Respons. ad Capitul. Gall.* 8. Profitetur sibi scrutabilia judicia Dei et vestigabiles vias ejus.

VESTRĀTIM, adv. Vestro more. *Gramm. Vatic.* ap. *Mai.* t. V, p. 279. Meus, meatim, more meo.... Noster, nostratim; vester, vestratim.

VĔTĀTĪVUS, a, um, adj. Qui vetat. *Isid. Or.* 2, 21, 23. Vetativæ sententiæ.

VĔTĔRĀRIUS, ii, m. Sarcitor. *Gloss. Philox.* Veterarius, παλαιοράφος.

VĔTĔRESCO, n. Veterasco. *Ennod. Epist.* 2, 1; 2, 6; 3, 2. — *Not. Tiron.* tantum proferuntur.

VĔTĔRĬVALLUS, i, m. *Gloss. Cyril.* Παλαιοράφος, veteramentarius, veterivallus. — Vox corrupta, quam non emendo. Non probabiliter *Cang.* reponit *sutriballus*. Cf. sup. VETERARIUS.

VĔTUSTOR, aris, ari, p. vel d. Vetustesco. *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* 1, p. 247. Tunica utendo vetustabitur. Cf. *Cang.*

VEXILLĬFER, eri, m. Signifer. *Thom.* p. 613. Hoc vexillum : quod componitur Vexillifer. *Vopisc. Aurelian.* 31. Aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis. Cf. *Cang.*

VIĂCŬLUS, i, m. Curator viarum. *Gloss. Philox.* Viaculus, ὁδῶν ἐπιμελητής. (Sed recte emendare mihi videntur *viocurus.*)

VIĀTĬCOR, aris, ari, d. Viaticum comparo. *Onomast. lat. gr.* Viaticor, ἐφοδιάζεσθαι. — *Viaticare* (viatico instruere) est ap. *Cang.*

VIĀTĬCUM, i, n. Sacra eucharistia quæ ægris ac morituris datur (*le saint viatique*). *S. Greg. Ep.* 7, 63, *Ind.* 2. Ut iis, qui mortis urgentur periculo, viaticum non negetur. Cf. *Cang.*, qui laudat *viaticum eucharistiæ* ex Capitular. Caroli Magni.

VĬCĔCŎMES, itis, m. Qui Comitis vicarius est. *S. Greg. Ep.* 7, 20. Scripsimus autem et Mauro, vicecomiti. Cf. *Cang.* — Hinc nostrum nomen *vicomte.*

VĬCĔDŎMĬNUS, i, m. Qui domini vices explet. *S. Greg. Ep.* 1, 11. Vicedominum eum constituimus, cujus arbitrio episcopum commisimus disponendum. *Ibid.* 5, 55, et 9, 37. Cf. *Cang.*, qui *vicedominos* ecclesiarum aut episcoporum memorat. — Vetus nomen habuimus *vidame.*

VĪCESSIS, is, m. Viginti asses. *Varr.* ap. *Prisc.* p. 1350. Ab duobus decussibus vicessis. — *Forcell.* de verbo dubitat, Prisciani locum ignorans.

VĪCĪNISSĬMUS, a, um, adj. superl. Pro-

ximus. *Bed. Mund. Constit.* t. I, p. 382. Saturnus in Scorpione vicinissimus est firmamento.

VĬGĬLIĀRIUM, ii, n. Sepulchrum. *Inscr. Orel.* t. II, p. 308. Hoc vigiliarium pertinet ad heredem Æliæ, etc. — Ibi editor: « Hoc nomen sepulchri vix alibi invenias. »

VĪGINTĪSĒVIR, iri, m. Qui fungitur magistratu ubi sex et viginti viri numerantur. *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 806. Qui vigintisevirorum scriba fuit. Aliæ ap. *Kellermann.*

VĬGŌRŌSUS, a, um, adj. Validus, robustus (gall. *vigoureux*). *Onomast. lat. gr.* Vigorosus, ἀκμαῖος. Adde *Thom.* p. 621. — Adv. *Vigorose* est ap. *Cang.*

VILLĀTUS, a, um, adj. Villosus. *Gloss. Isid.* Bigera, vestis gufa vel villata.

VĪNĀGO, inis, f. Vinea seu pampinus. *Onomast. lat. gr.* Vinago, ἡ οἰνάς.

VĪNĀRIA (suppl. cella), f. *Gloss. Cyril.* Οἰνών, ὁ τόπος, vinaria.

VINCENTER, adv. Ratione firma ad probandum (gall. *victorieusement*). *Schol. Cic.* ap. *Mai.* t. II, p. 118. Quibus vincenter posuit. *Id.* p. 264. Deinde vincenter subjicit.

VĪNEŎLA, æ, f. Parva vinea. *S. Greg. Ep.* 9, 14. Vineolam parvam juris ejusdem ecclesiæ nostræ tenere dicitur, et ipse sibi pariter vineolam petit debere locari. *Ibid.* Ei vineolam ipsam locare debeas. Cf. *Cang.*

VĪNĬFĔRUM, i, n. OEnophorum. *Gloss. Cypr.* Βαυκίς (forte Βαῦκος), hoc viniferum.

VĪNĪVŎRAX, acis, adj. Bibosus. *Commod.* 18, 16. Monstra adeo ista ficta sunt per vinivoraces.

VINNĬCUS, a, um, adj. Segnis, piger. *Gloss. Philox.* Vinnicus, νωχελής.

VĪNŬLUM, i, n. Villum, seu parum vini. *Charis.* p. 73. Vinum, vinulum; talus, taxillus, etc.

VIŎLA rustica, f. Chrysanthemum. *Gloss. Philox.* Viola rustica, χρυσάνθεμος (male τρυσάνθεμος), βοτάνη. — Qui flos ignotus *Plinio.*

VIŎLĀTRIX, icis, f. Quæ violat (gall. *violatrice*). *Aug. De Morib. Manich.* c. 12. Facile intelligat non jam duas, sed tres esse naturas, unam inviolabilem, alteram violabilem, tertiam violatricem.

VIŎLĒTUM, i, n. Locus violis consitus. *Collect. Voc.* in *Thes. utr. Ling.* p. 811. Ἰωνιά, violetum.

VIRGĬDĒMIA, æ, f. Virgarum desectio. *Onomast. lat. gr.* Virgidemia (male Virgindemia), ῥαβδολογία. — Duo loci a *Forcell.* laudati ad flagra et verbera translato sensu respiciunt. Nota etiam verbum græcum Lexicis addendum.

VIRGĬLIĀNĒ, adv. More Virgilii. Vid. in v. HORATIANE.

VIRGĬLIŎMASTIX, icis, m. Virgilii censor. *Serv.* ad *Ecl.* 2, 22. Sane hunc versum male distinguens Virgiliomastix vituperat.

VIRGĬNEUM, i, n. Locus ubi sunt virgines. *Gloss. Cyril.* Παρθενεών, virgineum (male vigrinem). — Παρθενεών, pro Παρθενών, vox est Glossariorum.

VIRGĬNEUS, a, um, adj. Ad sanctam Virginem pertinens. *Vincent. Lirin. Common.* p. 332. Conceptus seu partus virginei tempore. —Qui sensus non omittendus.

VIRGĬNIUM, ii, n. *Gloss. Cyril.* Παρθενία, virginitas, virginium.

VIRGĬNO, as, are, n. Castitatem servo. *Gloss. Cyril.* Παρθενεύω, virgino. *Thom.* p. 622. Virginare, caste vivere.

VIRGĬNŬLA, æ, f. Virguncula. *Gloss. Cyril.* Παρθενισκάριον, virginula (male vigrinula).

VĬRĬDE, is, n. Arbores et herba (*la verdure*). *Ambr. In Luc.* 7, 16. Qua die fecit cœlum et terram, et omne viride agri. *Vulg. Apoc.* 9, 4. Ne læderent fœnum terræ, neque omne viride. *Ib. Eccli.* 43, 23. Exuret desertum et exstinguet viride. — Notissimus pluralis numerus *viridia.*

VĬRĬDESCO, is, ere, n. Viresco. *Ambr. Hexaem.* 5, 1. Terra verbo Dei jussa viridescere. *Id. In Luc.* 7, 9. Utinam, Domine Jesu, mens mea pluviæ tuæ humore viridescat! — Cujus verbi unicum exemplum profertur ex *Gloss. gr. lat.*

VĬRĬDĬCĀTUS, a, um, part. *Onomast. lat. gr.* Viridicatus, χλωρός.

VĬRĬDĬCO, as, are, n. Viridesco. *Gloss. Paris.* Viridicat, germinat. *Gloss. Hildeb.* Virdicat (*sic*), germinat. — *Tertul.* usurpat participium *viridicans.*

VĬRĬDO, as, are, n. Vireo (gall. *verdoyer*). *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 2132. Hic viridat tumulis laurus prope Delia no-

stris. *Gloss. Cyril.* Ἀνθῶ, virido, floreo, floresco, etc. — Activum sensum exhibent Lexica.

VĬRĬDUS, a, um, adj. Viridis. *Septim. Seren.* ap. *Non.* p. 467. Rure puella vagat virido. *Gloss. Paris.* Virida, alba glauca. Cf. *Cang.* — *Viridus*, antique, ut *hilarus*.

VĬRO, as, are, a. Virum facio, viriles sensus addo. *Onomast. lat. gr.* Viro, as, ἀνδρόω.—Aliter *Virare* est gyrare. Cf. *Cang.*

VIRTUŌSUS, a, um, adj. Virtute ornatus (gall. *vertueux*). *Eucher. Formul. spirit.* p. 212. Virtuosos electos typice accipi oportet. Et *Thom.* p. 599. Cf. *Cang.*

VĪRŬLENTISSĬMUS, a, um, adj. superl. *Cassiod. De Amicit.* 14. Simulatio et assentatio, duæ virulentissimæ pestes.

VISCARĀGO, inis, f. Herbæ genus. *Isid. Or.* 17, 9. Chamæleon, quæ latine viscarago dicitur.

VISCO, as, are, a. Visco illino (proprie et translate). *Theod. Prisc.* 2, 21. Quum se inter articulorum conjunctiones usu commotionum viscaverit (sanies). *Juv.* 6, 463. Spirat, et hinc miseri viscantur labra mariti. *Gloss. Cyril.* Ἰξεύω, visco, aucupor. *Thom.* p. 626. Viscare, [visco] implicare, quod etiam Inviscare dicitur. (*Visco* addidi duce ipso grammatico, qui propius scribit: Visculentus, visco implicatus.) — Inusitatum esse verbum temere ait *Forcell.*

VĪSĬTĀTIO, onis, f. Inspectio seu ecclesiarum seu cœnobiorum. *Cassian. Collat. Patr.* 24, 19. Raris ac spiritalibus fratrum visitationibus. *Faustin. Lib. Prec.* p. 84. Supplicat ut ejus sacris visitationibus juvaretur. *S. Greg. Ep.* 1, 55. Vos etenim in ejusdem visitatione ecclesiæ vigiles estote. *Ib.* 4, 42. Cf. *Cang.* — Qui sensus desiderabatur.

VĪSĬTĀTOR, oris, m. Inspector ecclesiarum seu cœnobiorum. *S. Greg. Epist.* 3, 11. Visitatores ecclesiarum.... aliquod laboris sui capiant subsidium. Cf. *Cang.* — Qui sensus, in ecclesiasticis scriptoribus frequens, deerat.

VĪSOR, oris, m. *Gloss. Isid.* Visores, videntes. *Gloss. Paris.* Visor, videns. Cf. *Cang.* — Expungendum exemplum quod *Forcell.* refert ex *Tacit. Ann.* 16, 2. « Missis visoribus per quos nosceret, etc. » Ubi *visoribus* merum glossema est. Quod ab eximio editore *Burnouf* animadversum.

VISPILIĀTOR, oris, m., et VISPILIO, onis, m. *Gloss. Cyril.* Τυμβωρύχος, sepulchri violator, vispiliator. *Thom.* p. 624. Vispilio, sepulchrorum violator. Vispillo (*sic*), raptor, qui aliis violentiam ingerit. — Incerta sane verba. *Cangius*, qui refert *vispiliator*, alio loco exhibet, ex auctore recentiore, *vispoliator*. Æstuat *Johan. de Jan.*, qui exhibet : « Vispilio vel Vespilio, raptor, latro, prædo ; » et vocem deducit seu a *pilo* (i. e. telo), seu a v. *spoliare*. Vid. sup. VESPILLO.

VĪSUĀLIS, e, adj. Ad visum pertinens (gall. *visuel*). *Cassiod. Var.* 12, 14. Quod non alio referente cognovimus, etsi visuali probatione retinemus. *Id. De Anim.* 2. Omnia mundi istius visualia contemnere. — Unum exemplum, varie relatum, fulcire libuit. Adv. *Visualiter* est ap. *Cang.*

VĪTĀTOR, oris, m. Qui vitat. *Boet. Music.* 2, 30, p. 1416. Nunc voluminis seriem fastidii vitator adstringam.

VĪTIŎLUM, i, n. Parvum vitium. *Gloss. Cyril.* Ἐλαττωμάτιον, vitiolum.

VITRĀRIUM, ii, n. Officina ubi vitrum conficitur. *Gloss. Cyril.* Ὑαλουργεῖον, vitrarium.

VITRŌSUS, a, um, adj. Vitro similis (gall. *vitreux*). *Onomast. lat. gr.* Vitrosus, ὑαλώδης.

VĪTŬLĀRIUS, ii, m. *Thom.* p. 627. Vitularius, vitulorum custos. Cf. *Cang.*

VĪTŬPĔRĀTĪVUS, a, um, adj. Qui vituperat. *Prisc.* p. 1162. Vituperativa verba.

VĪTŬPĔRIUM, ii, n. Vituperatio (gall. *vitupère*, sed obsoleta vox). *Onomast. lat. gr.* Vituperium, ψόγος. — Verbum scribit *Forcell.*, sed ut *Ciceroni* abjudicet, eique in universum notam inurat. Cujus exempla miror non referre *Cangium*, qui adjectivum *Vituperosus* vertit : « Vituperio dignus. »

VĪVĀCISSĬMĒ, adv. superl. *Boet. In Porphyr. Dial.* 1, p. 7. Vivacissime a M. Tullio culparetur.

VĪVĒ, adv. Vivide. *Thomæ Thes. nov. lat.* p. 596. Vivo, is. Inde Vivus, unde Vive, adverbium. — In loco *Plauti*, *Epid.* 2, 2, 98, vocabulum *vive* alii pro adverbio, alii

pro imperativo habent. Illud verum est.

VĪVĬDO, as, are, a. Vividum reddo. *Capel.* 9, p. 309. Complexuque pio sidera colligans, Natos perpetuo corpore vividas.

VŎCĀBŬLĀRĬTER, adv. *Gloss. Cyril.* Προσηγορικῶς, appellative, vocabulariter.

VŎCĀTIO, onis, f. Judicium Dei quo ad vitam æternam vocamur (gall. *vocation*). *Hier. Præf. in lib. Isaiæ.* Omnis ei cura de vocatione gentium et adventu Christi est. (*Ambrosii* liber est De Vocatione gentium.) *Aug. De Don. Persev.* 33. Quos prædestinavit, ipsos et vocavit vocatione illa de qua scriptum est, etc. *Cassian. Coll. Patr.* 1, 15. Vocationem qua nos, nullis præcedentibus meritis, gratia misericordiæ suæ adscivit. *Ib.* 21, 7. Vocationi et gratiæ Christi. — Noti vocabuli omissus sensus. || Aliqua dos divinitus immissa. *Alcim. Avit. Ep.* 28. Præsumpta scribendi vocatione.

VŎCĀTĪVUS, a, um, adj. Qui vocando inservit. (*Vocativus casus* passim apud grammaticos, sed ignorabantur femininum genus et neutrum.) *Boet. In Arist. De Interp. ed. pr.* p. 216. Oratio deprecativa.... imprecativa.... interrogativa. Quarta vocativa. *Prisc.* p. 1164. Vocativa verba.

VŌCĬDUCTUS, us, m. Fistula quæ sonum ducit. *Hier. Epist. Dardano* (t. II, p. 542). Tuba angustatur in capite per quatuor vociductus, et nimium mugitum vehementissimumque profert.

VŌCĬFĔRĀRIUS, ii, m. Qui artem canendi docet. *Gloss. Cyril.* Φωνασκητής, vociferarius. Cf. *Cang.*, qui exemplum subjicit.

VŎLĀRIA, æ, f. Ferula (seu VŎLĀRIUS, a, um, adj. Ad volam pertinens). Vid. in v. PALMATORIA.

VOLARIUM, ii, n. *Seren.* ap. *Diom.* p. 516. Pingere collibitum est : graphidem date, promite volarium. — Sic *Diom.* ed. *Putsch.*, sed vitiose. Quum legatur : « Posterius comma (*promite volarium*) est dimidium elegiaci, » inquirendum quodnam vocabulum hic lateat. Equidem suspicor *bolarium* (βωλάριον), nempe terrulam ad pingendum (apud nos *pastel*). *Gloss. Cyril.* Βωλάριον, glebula.

VŎLĒMUS, a, um, adj. *Isid. Or.* 17, 8, 67. Quidam autem *volemum* gallica lingua bonum et magnum intelligunt. (*Serv.* ad *Virg. Georg.* 2, 88, *volemis* piris interpretatur magnis, ab eo, ait, quod *volam* impleant.)

VŎLĬTĀTIO, onis, f. Volatus. *Isid. Or.* 18, 57. Velites vocati sunt sive a volitatione, sive, etc.

VŎLUNTĀTĪVA verba, n. pl. Quæ voluntatem aliquam significant. *Prisc.* p. 1129. Cf. *Cang.*

VŎLŪTĀRIUM, ii, n. Cylindrus. *Gloss. Cyril.* Κύλινδρος, volutarium.

VOLVUS, i, m. Herbæ genus. *Isid. Or.* 17, 9. Volvus appellatus quod radix ejus volubilis sit et rotunda. *Ib.* 17, 10. Volvi appellati quod sint volubiles et rotundi.

VOPA, æ, f. Species quædam quæ in *Lege coriaria* exhibetur. *Inscr. Afric.*, ed. *Rénier*, n. 4111. Corium perfectum.... Pellis equina.... Scordiscum.... Vopa, pondo centum semisse.

VORTĬCŬLŌSUS, a, um, adj. Vorticosus. *Gloss. Cyril.* Εἰλιγγώδης, vorticulosus.

VŌTĪFĬCO, as, are, n. Vota nuncupo. *Gloss. Paris.* Votificantibus, dona libantibus. Cf. *Cang.*

VŌTĪVĒ, adv. Secundum votum. *Ennod. Ep.* 1, 5. Te ipsum, mi domine, qui universos vicisti, ejus primordiis existimo votive cessisse. Cf. *Cang.*

VŌTO, as, are, n. Voveo. (Inde gall. *voter.*) *Onomast. lat. gr.* Voto, as, voveo, ὁμολογέω. *Thom.* p. 626. Votare, vovere. Votitare, sæpe vovere. Cf. *Cang.*

VULCĀNŌSUS aut VOLCĀNŌSUS, a, um, adj. Vulcano similis. *Incerti Querol.* Fuliginosa, volcanosa, quæ die Sub terras habitant, nocte in terris ambulant (de furibus).

VULSO, as, are, a. Frequent. a v. Vello. *Veget. Veter.* 5, 41. Jumenta, nimio saltu vel cursu aut ruina quum aliquid intrinsecus ruperint, vulsant.

VULTISPĬCIUM, ii, n. *Gloss. vet. S. Genov.* Vultispicium (male Vultspitium), vultus inspiciendi (male inspiciendis) indicium, quod in vultu agnoscitur hominis animus. — Gall. *physiognomonie.*

X

XANCTUS seu XANTUS, a, um, adj. Sanctus. *Commod.* 35, 21. Xanta Dei lex est, quæ mortuos vivere docet. — Ubi Noster ordinem sequitur per litteras.

XANTHĬCUS, i, m. Unus e mensibus Hebræorum. *Vulg. Eccl.* 11, 38. Quintadecima die mensis xanthici. (Ter ibidem legitur.)

XĒRŎPHĂGUS, i, m. (ξηρόφαγος). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 629. Xerophagi, fructus tantum comedentes.

XȲLĬGLȲCON, n. Siliqua græca (gall. *caroubier*). *Isid. Or.* 17, 7. Xyliglycon, quam Latini corrupte siliquam vocant, a Græcis tale nomen accepit eo quod ligni ejus fructus sit dulcis : ξύλον quippe dicunt lignum, γλυκύ, dulce. (Sic *Areval.* et *Lindem.* Vett. edd. *silicon.* Græcum autem nomen est ξυλόκερας.)

XYSTRA, æ, f. (ξύστρα). Strigilis. *Schol. Juv.* ad *Sat.* 3, 263. Strigula (*sic*) autem est quam xystram dicunt.

Z

ZĂBŎLĬCUS, a, um, adj. Diabolicus. *Commod.* 35, 23. Zabolicam legem omnes omnino vitate. *Id.* 73, 12. Et *Thom.* p. 632. Zabolicus, diabolicus.

ZACO vel ZACON, onis, m. Diaconus. *Commodian.* 68, 1. Mysterium Christi, zacones, exercite caste.

ZANTHENE, es, f. Gemmæ genus. *Plin. H. N.* 37, 70, 1. (Fort. *Xanthene.*)

ZĒLŌSUS, a, um, adj. *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 632. Zelosus, de quo potest haberi zelus. Cf. *Cang.*

ZEZĪPĂRUM, i, n. Fructus quoddam genus. *Gargil.* ap. *Mai.* t. III, p. 421. Ziziparum calidum est.

ZIGENA, f. Vid. ZYGÆNA.

ZIMPĬBĔRI, n. Zingiberi. *Plin. H. N.* 12, 14, 2.

ZINZINNO, as, are, n. Gannire (de pardis dictum). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 632. Zinzinnare proprium pardorum est. Cf. *Cang.* (Aliter *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 570. Pardi feliunt.)

ZINZITO, as, are, n. Garrire (de merulis

dictum). *Aldhelm.* ap. *Mai.* t. V, p. 570. Meruli zinzitant. Et *Thom.* p. 78, ubi minus bene scribitur *zinziare.*

ZIUS, ii, m. Tius (ital. *zio*). Cf. *Cang.*

ZMILAMPIS, m. vel f. Lapidis genus. *Plin. H. N.* 37, 70, 1. Zmilampis in Euphrate nascitur, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. (Sic *Harduin.* et *Littré.* Ed. Ven. 1469, *milacis*, sed præcedente verbo *suavitatis.* Cf. *Forcell.* in v. ZMILACES, qui græcum ζμιλάκις arcessit, Lexicis ignotum.) Apud *Isid. Or.* 15, 16, 14, *zmilampis* exhibet *Areval.* ex Plinio; vett. edd. *similianicius.* In libris autem mira v rietas: *zimulantium*, *zimulantius*, *schmilanicus.* — Quis inde verum eruere possit?

ZŌNIFRĂGIUM, ii, n. (zona, frango). *Thomæ Thes. nov. Lat.* p. 631. Zonifragium, tractio zonæ.

ZORANISCEOS, i, m. Gemmæ genus. *Plin. H. N.* 37, 70, 1.

ZȲGÆNA, æ, f. (ζύγαινα). Piscis genus (gall. *marteau*, *sorte de squale*). *Ambr. Hexaem.* 5, 10. Quid gladios loquar, aut serras, aut canes maritimos, aut balænas, aut zygænas?

CORRIGENDA.

P. 10, col. 2, l. 13, *Col. Aur.*	Lege *Cœl. Aur.*
P. 22, col. 1, l. 12, *ex cog.*	— *ex cod.*
P. 107, col. 1, l. 39 et 40, pistorio (*bis*).	— pistrino (*bis*).
P. 133, col. 1, l. 25, *Hillar.*	— *Hilar.*
P. 165, col. 2, l. 51, Malobathrinus (prima syllaba producenda).	

INDEX AUCTORUM ET EDITIONUM.

(In hoc indiculo omissa sunt quæ omnibus nota esse confidi.)

Acro. Helenius Acro vel Acron, unus ex Horatii scholiastis.

Aggen. Aggenus Urbicus, scriptor rei agrariæ, incertæ ætatis. (*Gromatici veteres*, ed. Lachmann. p. 1; ed. Gœs. p. 44.)

Agrœt. Agrœtius, grammaticus quinti sæculi. (Ed. *Putsch.* p. 2265.)

Alcim. Avit. Sancti Alcimi Ecditii Aviti, Viennensis episcopi, opera, edita nunc primum vel instaurata, cura et studio Jacobi Sirmondi, societatis Jesu presbyteri. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1643. In-8. — (Qui vixit sæculo quinto et sexto.)

Alcuin. B. Flacci Albini sive Alchuini (sive Alcuini) opera, studio et diligentia Andreæ Quercetani, Turonensis. Lutetiæ Parisiorum, ex officina Nivelliana, 1617. In-fol. (Qui vixit sæculo octavo et nono.)

— Ejusdem *Grammatica.* (Ed. *Putsch.* p. 2075.)

Aldhelm. Sancti Aldhelmi, episcopi Angli, *De Septenario et De Re grammatica et metrica.* Edidit A. Mai. *Classic. Auct.* t. V, p. 501. — Cujus et alia opuscula, indicato fonte, citantur. (Vixit sæculo septimo.)

Ambros. Divi Ambrosii, episcopi Mediolanensis, omnia opera, per eruditos viros emendata. Parisiis, ex officina Gervasii Chevallonis, 1532. Volumina IV, in-fol. (Vixit sæculo quarto.)

Amm. Marcell. Ammiani Marcellini quæ supersunt. Edidit Wagner; editionem absolvit Erfurdt. Lipsiæ, 1808. Tria vol. in-8. (Historiarum scriptor, qui vixit sæculo quarto.)

Anal. gramm. Analecta grammatica, maximam partem anecdota, ediderunt Josephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher. Vindobonæ, 1836. In-8.

Annuaire de la Société archéologique de Constantine. (*Ann.* 1856 *et suiv.*) In-8.

Antiqui Rhetores latini. Edidit Claud. Capperonerius. Argentorati, 1756. In-4.

Apic. Cœlii Apicii, *De Opsoniis et de condimentis*, libri decem, cum annotationibus Martini Lister. Amstel. 1709. In-8. (Auctor incertæ ætatis, sed qui sane cadente latinitate scripsit.)

Apul. Lucii Apuleii, Madaurensis, opera omnia, ed. Oudendorp. Lugduni Batavorum, 1786-1823. Tomi III, in-4. (Qui vixisse sæculo secundo existimatur.)

— Ejusdem, ut credunt, libellus *De Herbarum virtutibus.* Ed. Ald. 1547, p. 211. In-fol.

Apul. L. Cæcilius Minutianus Apuleius, grammaticus. Fragmenta trium librorum *De Orthographia* primus edidit A. Mai. *Scriptorum veterum nova Collectio*, t. I, p. 75, sub fine voluminis. In-4. — Denuo recensuit Frid. Osann. Darmst. 1826. In-8.

Aquil. Aquila, Romanus rhetor. (Cf. *Antiq. Rhet. latin.* p. 15.)

Arat. Arator, subdiaconus Romanus, qui versibus hexametris Historiam apostolicam conscripsit, sæculo sexto. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 135.)

Arnob. Arnobii, Afri, *Adversus Gentes* libri VII, cum recensione viri celeberrimi. Lugduni Batavorum, ex officina Johannis Maire, 1651. In-4. (Qui florebat sæculo tertio.)

— Ejusdem *Commentarii in Psalmos.* Apud Froben, Basil. 1560, in-8. (In priore volumine.)

Arus. Mess. Arusiani Messii, grammatici, *Exempla elocutionum.* (*Corpus Grammaticorum latinorum veterum*, ed. Frid. Lindemann, t. I, p. 209.)

Ascon. Q. Asconius Pedianus, Patavinus, grammaticus et rhetor, qui vixit sub Tiberio. Cujus exstant *Expositiones in* (aliquot) *orationes M. Tullii.* Ed. Ald. Venet. 1548. In-8. — Etiam edidit Orelli inter Ciceronis Scholiastas, t. V, part. alt.

Asper. Asper, grammaticus, Hieronymo antiquior. (Ed. *Putsch.* p. 1726.)

Atil. Fortun. Atilius Fortunatianus, metricus, Cassiodoro æqualis. (Ed. *Putsch.* p. 2671.)

Auctores rei Agrariæ. Vid. *Gromat. vet.*

Aug. Sancti Aurelii Augustini, Hipponensis episcopi, opera. (Qui sæculo quarto floruit.) Edidit Desid. Erasmus, Roterodam. In officina Frobeniana, 1529. Tomi X, in-fol. — Ed. Benedict. Parisiis, apud Muguet, 1689. Tomi X, in-fol. (Varius in editis Epistolarum ordo; quumque ego nonnunquam manuscriptis usus sim, locos ad editiones referre non vacavit.)

— Ejusdem *Grammatica.* (Ed. *Putsch.* p. 1975.)

Aur. Vict. Sextus Aurelius Victor, major, historicus quarti sæculi. Exstant ejus : *De Viris illustribus urbis Romæ*, aliaque opuscula. Edit. Bipont. 1789.

Aur. Vict. Sextus Aurelius Victor, minor, historicus, qui librum scripsit : *Epitome de Cæsaribus*. Edit. Bipont. 1789.

Avian. Flavii Aviani fabulæ. Edidit Henricus Cannegieter. Amstelod. 1731. In-8. (Qui sæculo quinto vixisse videtur.)

Avien. Rufus Festus Avienus, poeta quinti sæculi, cujus opera exstant : *Periegesis* seu *Descriptio orbis terræ; Ora maritima; Phænomena* et *Prognostica*, ex Arato, etc. (Editus inter *Poetas Minores*, a Wernsdorf, t. V, p. 25 et 1165, et Lemaire, t. V, p. 97 et 405 et 535.)

Bapt. Bæb. Baptismus Bæbiani. (Christiani cujusdam scriptoris poemation. Cf. *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 250.)

Bed. Opera Bedæ Venerabilis, presbyteri anglosaxonis. Basileæ, 1563. Tomi VIII, in-fol. (Qui vixit septimo sæculo.)

— Ejusdem opera De Grammatica et De Metris exhibet *Putsch.* p. 2327, sqq. Et *Incerti seu Bedæ De Orthographia*, *ibid.* p. 2775, haud dubie est Bedæ adscribendus : hunc enim tractatum in vetustissimo libro vidi.)

— Ejusdem de Tropis sacræ Scripturæ. (Cf. *Antiq. Rhet. lat.* p. 375.)

Boet. Anicii Manlii Torquati Severini Boethii opera. Basileæ, 1570. In-fol. (Qui vixit sæculo quinto et sexto.)

Bothe. Poetæ scenici Latinorum. Recensuit Frid. Henricus Bothe. (Volumen quintum, Fragmenta.) Lipsiæ, 1834. In-8. — Qui etiam Plautum ac Terentium edidit.

Bréquigny. Diplomata, chartæ, epistolæ, leges, etc., prius collecta a vv. cc. De Bréquigny et La Porte du Theil, nunc nova ratione ordinata plurimumque aucta, edidit J. M. Pardessus. Lutetiæ Parisiorum, 1843-1846. Tomi V, in-fol.

S. Cæsar. Sancti Cæsarii, Arelatensis episcopi, Homiliæ. Edidit Baluze. Parisiis, 1669. In-8. (Vixit sæculo quinto.)

Cæs. Bass. Cæsius Bassus, metricus. (Ed. *Putsch.* p. 2663.)

Cang. Glossarium mediæ et infimæ latinitatis, conditum a Carolo Dufresne Domino Du Cange, cum supplementis integris D. P. Carpenterii et additamentis Adelungii et aliorum digessit G. A. L. Henschel. Septem vol. in-4. — Parisiis, excudebant Firmin Didot frères, 1840-1848.

Canis. Henrici Canisii *Lectiones antiquæ*, augente et illustrante Jacobo Basnage. Antuerpiæ, 1725. Volumina IV, in-fol.

Capel. Martianus Mineus Felix Capella, Africanus, qui vixit sæculo quinto. Edidit Hug. Grotius. Lugd. Batav. 1699. In-8. (In locis controversis, fere sequimur optimam editionem quam dedit Frid. Kopp. Francof. ad Mœnum, 1836. In-4.)

Caper. Flavius Caper, grammaticus. (Ed. *Putsch.* p. 2247.)

Carm. de Schemat. Carmen de Schematibus (pervetustum). Edidit J. Quicherat, in opere dicto *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. I, p. 51. Paris, 1839-1840. In-8.

Cassian. Johannis Cassiani opera omnia, cum commentariis D. Alardi Gazæi. Atrebati, 1628. In-fol. (Qui vixit sæculo quarto.)

Cassiod. Magni Aurelii Cassiodori opera omnia, studio J. Garetii. Rotomagi, 1679. In-fol. (Qui vixit sexto sæculo.) — Tractatum *De Schematibus* Bedæ adjudicat Garet. Libellus *De Amicitia*, etsi ad recentiorem ætatem refertur, minime spernendus est.

— Cassiodori *Orthographia*. (Ed. *Putsch.* p. 2281.)

Censor. Censorinus, grammaticus Romanus tertii sæculi, cujus exstat liber *De Die natali*. Ex recensione Sigeberti Havercampi. Lugd. Batav. 1767. In-8.

— *Censorini* seu Incerti Fragmentum *De Metris*. (Ed. *Putsch.* p. 2723.)

Charis. Flavius Sosipater Charisius, grammaticus qui vixit ineunte sæculo quinto. (Ed. *Putsch.* p. 2.) Iterum edidit Frid. Lindemann. *Corpus Grammaticorum latinorum*, t. IV, Lips. 1840. In-4.

Claud. Mamert. Claudiani Ecdicii Mamerti (*De Statu Animæ*) libri III. Edidit Caspar Barthius. Cygneæ, 1655. In-8. (Qui vixit sæculo quinto.)

Cledon. Cledonius, grammaticus Constantinopolitanus. (Ed. *Putsch.* p. 1861.)

Cod. Theod. Codices Gregorianus Hermogenianus Theodosianus, edidit Gustavus Haenel, Lipsiensis. Bonnæ, apud Marcum, 1842. In-4.

Cœl. Aur. Cœlii Aureliani, Siccensis, *De morbis acutis et chronicis* libri VIII. Jo. Conradus Amman recensuit. Amstel. 1722. In-4. (Qui vixisse creditur sæculo tertio.)

Collect. Pisaur. Collectio Pisaurensis omnium poematum, carminum, fragmentorum, etc. (Edita a Paschali Amato.) Pisauri, 1766. Volumina III, in-4.

Collect. Voc. Collectio vocum (græcarum) quæ, pro diversa significatione, accentum diversum accipiunt. (*Thes. utr. Ling.* p. 804.)

Commod. Commodiani *Instructiones* adversus Gentium deos pro christiana disciplina. (Carmen satis barbare scriptum politicis hexametris.) Tulli Leucorum, apud S. Belgrand et J. Laurentium, 1650. In-4. (Qui vixit exeunte sæculo tertio.)

Concil. Collect. Conciliorum omnium generalium et provincialium Collectio regia. Parisiis, 1643-1644. Tomi XXXVI, in-fol.

Consent. Publius Consentius, grammaticus. (Ed. *Putsch.* p. 2017.)

Corip. Fl. Cresconius Corippus, Africanus, poeta sæculi sexti, cujus exstat carmen *In laudem Justini Augusti minoris*. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 157.)

— Ejusdem *Johannidos*, seu De Bellis Libycis libri septem. Recognovit Immanuel Bekkerus. Bonnæ, 1836. In-8.

Cur. Fort. Curius Fortunatianus, rhetor sæculi tertii. (Cf. *Antiq. Rhet. lat.* p. 53.)

Cypr. D. Cæcilii Cypriani, Carthaginiensis episcopi, opera, collatione facta editionum Pauli Manutii et Gulielmi Morelii. Parisiis, apud Sebastianum Nivellium, 1574. In-fol. (Qui vivit sæculo tertio.)

— Aliquot tractatus, ut *De Singularitate Clericorum*, a multis Cypriano abjudicantur.

Damas. Damasus, pontifex, poeta christianus sæculi quarti. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. V, p. 91.)

Diom. Diomedes, grammaticus sæculi quinti. (Ed. *Putsch.* p. 274.)

Donat. Ælius Donatus, grammaticus quarti sæculi. (Ed. *Putsch.* p. 1735.)

— Ejusdem Commentarius in Terentium. (In omnibus Terentii editionibus.)

Dracont. Dracontii, Toletani episcopi (qui vixit sæculo quinto) *Hexaemeron* libri II. Ediderunt Veitzius, Francof. 1610, in-8, et Sirmondus, Paris. 1619, in-8. Comparet etiam in *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 154. — Auctiorem editionem, cum libro III, novoque opusculo, cui titulus *Satisfactio*, dedit Arevalo, Romæ, 1791. In-4.

Edict. Diocl. Edictum Diocletiani, marmore incisum. Denuo edidit A. Mai. *Scriptor. vet. nov. Collect.* t. V, p. 296.

Empor. Emporius, rhetor sexti sæculi. (Cf. *Antiq. Rhet. lat.* p. 303.)

Ennod. Magni Felicis Ennodii, episcopi Ticinensis, opera. Ed. Jac. Sirmond. Parisiis, apud Seb. Cramoisy, 1611. In-8. (Qui vixit exeunte sæculo quinto.)

Epiphan. Epiphanis Scholastici *Historia ecclesiastica tripartita.* (Inter opera Cassiodori recensetur.)

Epit. Iliad. Epitome Iliados Homeri (ab incerto poeta, quem alii Pindarum Thebanum putant, alii Rufum Festum Avienum.) Cf. *Poet. lat. Minores*, ed. Wernsdorf, t. IV, p. 617; ed. Lemaire, t. III, p. 515.

Eucher. D. Eucherii, Lugdunensis episcopi, lucubrationes, cura ac beneficio Johannis Alexandri Brassicani recens editæ. Basileæ, 1531. In-fol. (Qui vixit sæculo quinto.)

Eucheria. Eucheria, poetria, cujus aliquot carmina in *Anthologia latina* citantur.

Eugen. B. Eugenii junioris, episcopi Toletani, opuscula, ed. Sirmond. Parisiis, 1619. In-8. (Qui vixit sæculo septimo.)

Eutych. Eutyches, grammaticus. (Ed. *Putsch.* p. 2143.)

Excerpta ex veteribus Lexicis græco-latinis, edidit Vulcanius.

Fabret. Raphaelis Fabretti Inscriptiones antiquæ. Romæ, 1699. In-fol.

Faustin. Marcellini et Faustini presbyterorum *Libellus Precum* ad imperatores, primum editus opera Jac. Sirmondi. Parisiis, 1650. In-8. (Qui vixerunt sæculo quarto.)

Ferrand. Ferrandus, diaconus ecclesiæ Carthaginiensis, qui vixit sæculo sexto. Edidit A. Mai. *Script. vet. nov. Coll.* t. III, p. 169.

Fest. Sexti Festi fragmenta. Edidit Frid. Lindemannus. Lipsiæ, 1822. In-4.

Firmic. Julii Firmici Materni *Mathesis*. Basileæ, per Johannem Hervagium, 1551. In-fol. (Qui vixit sæculo quarto.)

Fort. Vid. *Ven. Fort.*

Freund. Vörterbuch der Lateinischen Sprache, von Wilhelm Freund. Leipzig, 1834. Tomi IV, in-8.

Fulg. Fabii Planciadis Fulgentii *Mythologiæ*. (Cf. *Mythogr. lat.* p. 595.)

— Ejusdem *Continentia Virgiliana*. (Cf. *Mythogr. lat.* p. 737.)

— Ejusdem *Expositio sermonum antiquorum*. (Cf. *Non. Marcel.* ed. Mercer. p. 559; *Mythogr. lat.* p. 767.)

S. Fulgent. Sancti Fulgentii, Ruspensis episcopi, opera. Parisiis, apud Guillelmum Desprez, 1684. In-4. (Vixit sæculo quinto sextoque.)

Furlan. Appendix ad totius Latinitatis Lexicon Ægidii Forcellini, in tertia editione Patavina a Josepho Furlanetto auctum et emendatum. Patavii, 1841. In-4.

Gargil. Gargilius Martialis, auctor sæculi tertii, De Re hortensi scripsit. Cujus fragmenta (*De Arboribus pomiferis*) edidit A. Mai. *Classic. Auct.* t. I, p. 391; t. II, p. 418. — Angeli Scotti editionem ad manum non habui.

Gennad. Gennadius, presbyter Massiliensis, qui vixit circa finem sæculi quinti. Cujus exstat liber: *De Viris illustribus*. Recensuit Johan. Martianay, ineunte operum Hieronymi volumine V, ed. Benedict.

Gloss. arab. lat. Glossarium arabico-latinum. (In *Thesauro utriusque Linguæ*, p. 701.)

Gloss. Cyril. Glossarium Cyrilli. Lexicon græco-latinum vetus, in calce quorumdam Cyrilli scriptorum inventum. (In *Thesauro utriusque Linguæ*, p. 364.)

Gloss. S. German. Glossarium Bibliothecæ Sancti Germani, scriptum longobardicis litteris, sæculi octavi, quod nunc est in Bibl. Imper. Parisina, n. 12. Duo volumina in-fol. maximo. (Quod præstantissimum celeberrimumque Glossarium ut typis mandetur, omnibus, qui norunt, in voto est.) — Hoc glossarium innuitur quoties numerum suppressimus. Alii interdum ex eadem Bibliotheca S. German. citantur Manuscripti, quorum numerum indicamus.

Gloss. Hildeb. Glossarium latinum Bibliothecæ Parisinæ antiquissimum, sæculi IX. Primum edidit G. F. Hildebrand, schol. Tremon. prorector. Gœttingæ, 1844. In-8.

Gloss. Isid. Glossæ Isidori. (Cf. *Thesaur. utriusque Linguæ*, edente Vulcanio. Lugduni Batavorum, 1600, in-fol. — *Auctores latinæ Linguæ*, edente Dionysio Gothofredo. S. Gervasii, 1602, in-4.)

Gloss. Laudun. Glossarium seu Vocabularium Laudunense, manuscriptum et hactenus ineditum. (Quod non sane spernendum, utpote undecimi sæculi. Inde pauca obiter exscripseram.)

Gloss. Pap. Glossæ Papiæ, qui vixit undecimo sæculo. (Codicibus fere usus sum, nisi quando citata exempla desumpsi.)

Gloss. Paris. Glossarium Parisinum. (Glossarium Bibliothecæ Imperialis Parisinæ, sæculi decimi, n. 7640, ineditum.)

Gloss. Philox. Glossarium Philoxeni. Lexicon latino-græcum, ab Henr. Stephano editum. Quod retractavit Vulcanius, Brugensis (in *Thesauro utriusque Linguæ, init.*).

Gloss. Pith. Glossæ Pithœi. (Excerpta Pithœana ex veteribus Glossis.) Cf. *Auctor. latinæ Linguæ*,

edente Dionysio Gothofredo. S. Gervasii, 1602, in-4.

Gloss. Placid. Glossæ Placidi, editæ ab A. Maio, *Classic. Auctor.* t. III, p. 427; et retractatæ ex meliore manuscripto, apud eumdem, t. VI, p. 554.

Gloss. Vatic. Glossarium Vaticanum duplex, ab A. Maio editum, *Classic. Auct.*, t. VI, p. 501, et t. VII, p. 550.

Gloss. vet. S. Genov. Glossarium vetus Bibliothecæ Sanctæ Genovefæ, sæculi decimi. (Quod ineditum.)

Grammaticæ latinæ Auctores antiqui. Vid. *Putsch.*

Grammat. Vatic. Grammaticus Vaticanus. (Apud A. Mai. *Classicorum auctorum* t. V, p. 153. Quem esse Probum existimat Editor.)

S. Greg. Sancti Gregorii Magni, papæ primi, opera. Parisiis, 1605. In-fol. (Qui vixit sæculo sexto.) — Editio Monachorum ordinis Sancti Benedicti (an. 1705, quinque voluminibus in-fol.) alio ordine epistolas digessit.

Greg. Tur. Gregorii Turonensis *Historiæ Francorum* libri decem; ed. J. Guadet et N. T. Taranne. Parisiis, 1836. Tomi II. In-8. (Qui vixit sæculo sexto.)

Gromat. vet. Gromatici veteres, ex recensione Caroli Lachmanni. Berolini, 1848. In-8. — Præivit Gœsius, cujus collectio edita est cum hoc titulo: *Rei agrariæ auctores*, etc., cura Wilelmi Gœsii, cum Nicolai Rigaltii notis. Amstelredami, 1674. In-4.

Gruter. Jani Gruteri *Corpus Inscriptionum*. Amstel. 1707. Tomi II, in-fol.

Hentzen. Vid. *Inscr. Orel.*

Hier. Sancti Eusebii Hieronymi divina Bibliotheca, studio ac labore Domni Johannis Martianay et Domni Antonii Pouget, monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Parisiis, 1693-1706. Quinque volum. in-fol. (Qui vixit sæculo quarto.) — Aliquando Vallarsii editionem (Veron. 1734-1742) laudo, qua usi sunt Forcell. et Furlan.

Hilar. Divi Hilarii, Pictavensis episcopi, quotquot exstant, opera. Parisiis, apud Sebastianum Nivellium, 1572. In-fol. (Qui vixit sæculo quarto.)

Hilar. Arelat. Divus Hilarius, Arelatensis, qui vixit sæculo quinto. Illi nonnulla opuscula immerito tribuuntur, ut carmen *De Macchabæis*. Vid. *Mar. Vict.*

Hygin. C. Julius Hyginus, Augusti libertus, grammaticus et mythographus. Omnia ejus scripta interiere: quæ sub Hygini nomine circumferuntur, deperditorum operum videntur esse epitome: scil. *Fabulæ* et *Poetica astronomica*. (*Auctores Mythographi antiqui*, curante Augustino van Staveren. Ludg. Batav. et Amstel. 1742. In-4.)

Hygin. Hyginus, gromaticus, qui vixit sæculo secundo. (*Auctores de Re agraria*, edidit Gœsius; *Gromatici veteres*, ed. Lachmann.)

— Ejusdem fragmentum De Castris metandis. (*Hygini gromatici et Polybii De Castris Romanis.* Amstel. 1660. In-4.)

Idac. Idacii vel Idatii *Chronicon et Fasti consulares*, opera et studio Jac. Sirmondi. Lutetiæ Parisior. 1619. In-8. (Qui vixit sæculo quinto.)

Inscr. Afric. *Inscriptions Romaines de l'Algérie, recueillies et publiées par Léon Rénier. Paris*, 1855. In-fol.

Inscr. Fabrett. Vid. *Fabrett.*

Inscr. Gruter. Vid. *Gruter.*

Inscr. Murat. Vid. *Murator.*

Inscr. Orell. Inscriptionum latinarum selectarum amplissima collectio. Edidit Jo. Casp. Orellius. Turici, 1828. Tomi II, in-8.

— Volumen tertium Collectionis Orellianæ, supplementa emendationesque exhibens, edidit Guilielmus Hentzen. Turici, 1846. In-8.

Inscriptions chrétiennes de la Gaule antérieures au VIIIe siècle, réunies et annotées par Edmond Le Blant. Paris, Impr. Impér. 1856. In-4.

Inscriptions gravées au trait sur les murs de Pompéi, calquées et interprétées par Raphaël Garrucci. Bruxelles, 1854. In-4.

Interp. Iren. Interpres Divi Irenæi, episcopi Lugdunensis, Desid. Erasmi, Roterodami, opera emendatus. Basileæ, 1560. In-fol.

Isid. Isidori, Hispalensis episcopi, *Origines*. In editione Grammaticorum Frid. Lindemanni edidit Frid. Vilelmus Otto. Lipsiæ, 1823. In-4.

— S. Isidori, Hispalensis episcopi, opera omnia quæ exstant. Coloniæ Agrippinæ, 1617. In-fol.

Johan. de Jan. Johannes de Janua seu Januensis, cujus nomen erat Balbi, grammaticus sæculi tertii decimi. Lexicon scripsit, cui titulus: *Summa quæ vocatur Catholicon*. Venetiis, 1483. In-fol.

Jornand. Jornandes, natione Gothus, Ravennæ episcopus, cujus liber: *De Rebus Geticis*. (Qui vixit sæculo sexto.)

Jul. Rufin. Julius Rufinianus, rhetor sæculi quarti, ut videtur. (Cf. *Antiq. Rhet. latin.* p. 29.)

Jul. Sever. Julius Severianus, rhetor sæculi sexti. (Cf. *Antiq. Rhet. lat.* p. 329.)

Jul. Val. Julius Valerius, scriptor *Alexandri historiæ*, quem sæculo quarto vixisse credunt. Edidit A. Mai. *Classic. Auct.* t. VII. Romæ, 1835. In-8.

Jul. Vict. Julii Victoris *Ars rhetorica*. Quod opus in lucem protulit A. Mai. *Scriptorum veter. nov. Collect.* t. I, p. 47, sub fine voluminis. In-4. (Qui vixisse sæculo tertio creditur.)

Junior. Junioris philosophi *Orbis descriptio* (sub Constantio imperatore). Edidit A. Mai. *Classic. Auct.* t. III, p. 387.

Juvenc. C. Vettius Aquilinus Juvencus, Hispanus presbyter, qui sæculo quarto vixit. Exstat ejus carmen quatuor libris: *Historia Evangelica*. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. V, p. 58.)

— Sub *Juvenci* nomine edita sunt carmina in *Spicileg. Solesmensi*, t. I, p. 171. Quæ, ut Juvenco abjudicanda, ita antiquitatem sapere mihi visa sunt. Hæc ad *Pseudo-Juvencum* refero.

Lact. Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii opera omnia. Ed. Johan. Bapt. Lebrun et Nicol. Lenglet-Dufresnoy. Lutet. Paris. 1748. Tomi II, in-4. — Præivit editio dicta *Variorum*, opera et studio Servati Gallæi. Lugd. Batav. 1660. In-8. (Lactantius floruit sæculo quarto.)

— Cui etiam adscribitur poematium *De Phœnice*. (Cf. *Poet. Min.* ed. Wernsd. t. III, p. 298; Lemaire, t. II, p. 347.)

Lact. Lactantius seu Lutatius Placidus, grammaticus sæculi sexti. Cujus exstant Scholia in Statium.

— *Narrationes Fabularum*. (Videndi *Auctores Mythographi Latini*, p. 787.)
— *Glossæ*. Vid. *Gloss. Placid.*
Liberat. Liberati, archidiaconi ecclesiæ Carthaginiensis, *Breviarium*. Parisiis, ap. Seb. Cramoisy, 1675. In-8. (Qui vixit sexto sæculo.)
Mabill. De Re diplomatica libri VI, opera et studio Domini Johannis Mabillon, presbyteri et monachi ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Lutetiæ Parisiorum, 1709. In-fol.
Macr. Aur. Theodosius Macrobius, litterator sæculi quinti. Ed. Zeune. Lipsiæ, 1774. In-8.
— Ejusdem libellus *De Verbo*. (*Putsch*. p. 2727.)
Mai. Angelus Maius. Classicorum auctorum, e Vaticanis codicibus editorum, tomi X, in-8. Romæ, 1828, seq. — Scriptorum veterum nova Collectio. Tomi X, in-4. Romæ, 1825, seq. — Nova Patrum Bibliotheca. Tomi VII, in-4. Romæ, 1852, sq.
Mamert. Vid. *Claud. Mamert.*
Marc. Emp. Marcellus Empiricus, medicus Burdigalensis, quinti sæculi. Ed. Ald. p. 83. In-fol,
Mar. Vict. Marius Victorinus, natione Afer, grammaticus, rhetor, philosophus et poeta, qui vixit sæculo quarto. Exstant ejus varia opuscula de Grammatica et de Metris (ed. *Putsch*. p. 2449).
— Ejusdem *Expositio in Rhetoricorum libros Ciceronis*. (Cf. *Antiq. Rhet. lat.* p. 102.)
— Ejusdem *In Epistolam ad Galatas, ad Philippenses, ad Ephesios*. (Apud Mai. *Scriptor. veter. nova Collect.* t. III, med.) — Et *De Physicis*. Ibid. p. 148.
— Ejusdem Carmen *De Macchabæis* (*Collect. Pisaur.* t. V, p. 83). — Quod poema a quibusdam Hilario Arelatensi tribuitur.
— Ejusdem carmen *De Homousio*, et carmen *De Christo* (*Collect. Pisaur.* t. V, p. 86 et 87).
Mar. Vict. Cl. Marius Victor vel potius Victorinus, Massiliensis, orator et poeta sæculi quinti. Cui tribuuntur opera : *Commentarius in Genesim*, carmen (in *Collect. Pisaur.* t. V, p. 347. Quod poema, aliis etiam auctoribus adscriptum, ad septimum vel octavum potius, quam ad quintum sæculum, referendum est.) — *De Nativitate, Vita, Passione et Resurrectione Domini*, carmen. (Cf. A. Mai. *Classicorum auctorum*, t. V, p. 382. Sed versuum pravitas Victorinum quemdam recentioris ævi prodit.)
Max. Vict. Maximus Victorinus, grammaticus. (Ed. *Putsch*. p. 1937.)
Merob. Fl. Merobaudis carminum Panegyricique reliquiæ ex membranis Sangallensibus editæ a Niebuhrio. Recognovit Immanuel Bekkerus. Bonnæ, 1836. In-8.
Murator. Novus Thesaurus veterum Inscriptionum, collectore Lud. Anton. Muratorio. Mediol. 1739. Tomi II, in-fol.
Musa. Antonius Musa, Augusti Cæsaris medicus. Edidit Florianus Caldanus. Bassani, 1800. In-8.
Mythogr. lat. Auctores Mythographi latini, curante Augustino van Staveren. Lugd. Bat. et Amstel. 1742. In-4.
Mythogr. pr. Mythographus primus, seu Hyginus quidam. Edidit A. Mai. *Classic. Auct.* t. III, p. 1. (Quem sæculo quinto vixisse autumat editor.)
Non. Nonii Marcelli nova editio. (Suppresso quidem auctore, sed notissimus editor Josias Mercerus.) Parisiis, 1614. In-8. (Vixit sæculo tertio.)
Onomast. Onomasticum vocum latino-græcarum (in *Thesauro utriusque Linguæ*, quem edidit Vulcanius).
Optatian. Optatianus Porphyrius, poeta christianus sæculi quarti. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. V, p. 39.)
S. Optat. Sancti Optati Afri, Milevitani episcopi, *De Schismate Donatistarum* libri septem, opera et studio Ludovici Ellies Dupin. Lutetiæ Parisiorum, 1700. In-fol. (Qui vixit exeunte sæculo quarto.)
Orient. Orientius, episcopus Eliberitanus, quem ut poetam citat Venantius Fortunatus. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 80.)
Oros. Paulus Orosius, Hispanus presbyter, historicus quarti et quinti sæculi. Ed. Franc. Fabricius, Marcoduranus. Coloniæ, 1582. In-8.
Palæm. Vid. *Rhem.*
Pardessus. Vid. *Bréquigny.*
Paul. Julius Paulus, jurisconsultus sæculi tertii. Præter plurima in Digestis fragmenta, exstant ejus *Sententiarum receptitiarum* libri V.
Paul. ex Fest. Paulus Diaconus, Longobardus, qui, regnante Carolo Magno, Festum breviavit ac mutilavit. (Vide Festi, quem sæpius supplet, editiones.)
Paul. Nol. Divi Paulini, episcopi Nolani, opera. Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, 1622. In-8. (Qui floruit sæculo quinto.)
Paul. Petroc. Benedictus Paulinus, Petrocorius, poeta sæculi quinti, qui carmen scripsit *De Vita S. Martini, episcopi Turonensis*. (*Collect. Pisaur.* t. VI, p. 6.)
Phoc. Phocas, grammaticus, Prisciano antiquior. (Ed. *Putsch*. p. 1687.)
Pith. Pithœus. *Antiqui Rhetores latini*, ex Bibliotheca Francisci Pithœi, jurisconsulti. Parisiis, 1589. In-4.
— Et vid. sup. *Gloss. Pith.*
Placid. Vid. *Gloss. Placid.*
Plin. Valer. Plinius Valerianus, medicus quarti, ut credunt, sæculi. Cf. *Medic. Antiq.* ed. Ald. p. 164. Venetiis, 1547. In-fol.
Plot. Marius Plotius, metricus. (Ed. *Putsch*. p. 2623.)
Pomp. gr. Pompejus grammaticus, cujus exstat *Commentum Artis Donati*. Edidit Frid. Lindemann. Lipsiæ, 1820. In-8.
Prisc. Priscianus Cæsariensis, grammaticus sæculi sexti. (Ed. *Putsch*. p. 538. — In locis controversis, optimam *Krehlii* editionem, Lipsiæ, 1819, arcessivi.)
— Ejusdem *Periegesis*, ex Dionysio (*Poet. Minor.* ed. Wernsd. t. V, p. 265 ; ed. Lemaire, t. IV, p. 252) ; *De Ponderibus et Mensuris* (*Poet. Min.* ed. Wernsd. t. V, p. 494 ; ed. Lemaire, t. IV, p. 460).
Prob. M. Valerius Probus, grammaticus quarti sæculi. (Ed. *Putsch*. p. 1386.) — Probum auctiorem fecerunt *Analecta Gramm.*
Prosp. Sancti Prosperi Aquitanici opera omnia. Parisiis, sumptibus Guillelmi Desprez, 1711. In fol. (In hac editione, Juliano Pomerio tribuitur

tractatus *De Vita contemplativa*.) — Qui vixit sæculo quinto.
Prudent. Aurelii Prudentii Clementis opera, recensita a M. Johanne Weitzio. Hanoviæ, 1613. In-8. (Qui vixit sæculo quarto.)
Pseudo-Juvenc. Vid. *Juvenc.* (Et sic de similibus.)
Putsch. Grammaticæ latinæ Auctores antiqui, opera et studio Heliæ Putschii. Hanoviæ, 1605. In-4.
Querol. Incerti *Querolus*, comœdia togata. (Quæ vulgo ad calcem Plautinarum editionum exhibetur. Hanc singulari cura et eruditione edidit Klinkhamer, Amstel. 1829, in-8.)
Rhem. Palæm. Q. Rhemnius Palæmon, grammaticus Vicentinus. (Ed. *Putsch.* p. 1366.)
Ribbeck. Tragicorum latinorum reliquiæ. Recensuit Otto Ribbeck. Lipsiæ, 1852. In-8.
Rufin. Rufinus, Antiochensis, grammaticus et rhetor sæculi quinti. (Ed. *Putsch.* p. 2705.)
Rufinian. Vid. *Jul. Rufin.*
Rustic. Helpid. Rusticus Helpidus, Theodorici regis medicus et poeta christianus. (In *Collect. Pisaur.* t. VI, p. 77.)
Rut. Lup. P. Rutilius Lupus, rhetor. (Cf. *Antiq. Rhet. Latin.* p. 7.)
Sacerd. Claudii Sacerdotis Artium grammaticarum libri II. Editi in *Anal. grammat.*
Salv. Sancti Salviani, presbyteri Massiliensis, opera, ed. Baluz. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1684. In-8. (Qui vixit sæculo quinto.)
Scaur. Terentius Scaurus, grammaticus secundi sæculi. (Ed. *Putsch.* p. 2249.)
Scheller. Imman. Joh. Gerhard Schellers lateinisch-deutsches Lexicon, etc. Leipzig, 1788. Tomi IV, in-8.
Schol. Juv. Scholiastes Juvenalis.
Schol. Stat. Scholiastes Statii. Vid. *Lact.*
Serg. Sergius, grammaticus. (Ed. *Putsch.* p. 1826.)
Serv. Servius Marius Honoratus, grammaticus quinti sæculi. (Ed. *Putsch.* p. 1779.)
— Commentarii in Virgilium Serviani; recensuit H. Albertus Lion. Gottingæ, 1836. Tomi II, in-8.
Sid. C. Sollii Apollinaris Sidonii, Arvernorum episcopi, opera, Jac. Sirmondi cura et studio recognita. Parisiis, 1614. In-8. (Qui vixit sæculo quinto.)
Simplic. Simplicius, scriptor gromaticus. Ed. Gœs. p. 76. (Quem non agnoscit Lachmann.)
Solin. C. Julius Solinus, geographus. Cujus exstat libellus *Polyhistor*. Ed. Bipont., 1794. In 8. (Qui vixit sæculo, ut credunt, tertio.)
Spicil. Solesm. Spicilegium Solesmense, complectens sanctorum Patrum scriptorumque ecclesiasticorum anecdota hactenus opera, etc., curante domino J. B. Pitra, O. S. B. monacho e congregatione gallica, etc. Parisiis, apud Firmin Didot, 1852. In-8. (Primo volumine tantummodo usus sum.)
Spon. Miscellanea eruditæ Antiquitatis, cura et studio Jacobi Sponii, Lugdunensis. Lugduni, 1685. In-fol.
Steiner. Codex Inscriptionum Romanarum Rheni. Darmstadt, 1837. Duo vol. in-8.
Sulp. Sever. Sulpicius Severus, Aquitanus, qui scripsit quarto sæculo. Amstelod. apud Elzevirios, 1665. In 8.
Sulpit. Vict. Sulpitius Victor, rhetor. (Cf. *Antiq. Rhet. Lat.* p. 255.)
Sympos. Cœlii Symposii *Epigrammata*. (Cf. *Poet. Min.*, ed. Wernsd. t. VI, p. 473; Lemaire, t. VII, p. 350.)
Terent. Maur. Terentianus Maurus, metricus sæculi tertii. (Ed. *Putsch.* p. 2383.) — In locis controversis, utor optima *Santenii* editione. Trajecti ad Rhenum, 1825. In-4.
Tert. Q. Septimius Florens Tertullianus, Carthaginiensis, scriptor ecclesiasticus sæculi tertii. Wircerburgi, 1780. Tomi II, in-8. — Cujus tractatum *Adversus Marcionem* malis versibus concinnavit nescio quis recentior poeta. (Cf. *Collect. Pisaur.* t. V, p. 1.) Tertulliano tribuuntur alia carmina: *De Judicio Domini*, *De Jona et Ninive.*
Testam. Perpet. Testamentum Perpetui, anno 475. (Apud Bréquigny, ed. Pardessus, t. I, p. 23.)
Theod Prisc. Theodorus Priscianus, medicus sæculi quarti. Ed. Ald. p. 291. Venetiis, 1547. In-fol.
Thes. utr. Ling. Thesaurus utriusque linguæ; edidit Vulcanius, Brugensis. Lugduni Batavorum, 1600. In-fol.
Thom. Thomæ Thesaurus novus Latinitatis, editus ab A. Maio, *Classic. Auct.* t. VIII.
Ulp. Domitius Ulpianus, jurisconsultus, cujus exstant plurima in Digestis fragmenta.
Valer. Vid. *Jul. Valer.*
Varr. Sent. nov. P. Terentii Varronis sententiæ novæ. Edidit J. Quicherat, *Biblioth. de l'École des Chartes*, 3ᵉ *série*, t. I, p. 8.
Vel. Long. Velius Longus, grammaticus. (Ed. *Putsch.* p. 2213.)
Ven. Fort. Venantii Honorii Clementiani Fortunati, episcopi Pictaviensis, opera omnia, studio D. Michaelis Angeli Luchi. Romæ, 1786. Duo vol. in-4. (Qui vixit sæculo sexto.)
Vict. Publius Victor, geographus sæculi quarti, cujus exstat libellus: *De Regionibus urbis Romæ.* — Vid. *Aurelius Victor*, *Julius Victor*, *Marius Victor*, *Sulpitius Victor.*
Vict. Victorinus. Vid. *Marius Victorinus*, *Maximus Victorinus.*
Vincent. Lirin. Vincentii Lirinensis *Commonitorium*. Edidit Stephanus Baluzius. Parisiis, 1663. In-8. (Qui vixit sæculo quinto.)
Zeno. Sancti Zenonis, Veronensis, episcopi et martyris, Sermones. Veronæ, 1586. In-4. (Qui vixit sæculo quarto.)

FINIS.

